DECIMVS TO:
MVS RERVM
POLONARVM
1535

156 1


Tomus decimus legationum Responsionum Epistolarum rerumque Polonicarum

Sub Divo Sigismundo primo Polonie rege per sapientiss: Senatorem Petrum Tomiczki Epm Cracovien Regni Pol. Vicecancell. actarum. dictarum. scriptarum. cosultarum

Per me Stanislaum gorski Cracovien & Plocen Canonicum eius in Cancellaria Scriptorem collectarum: et in tomos XIII Digestarum.



Hoc tomo omnes fere sunt Eple Tomicij.




Annus domini

.1535.





Sub finem anni domini 1534 actus
est conuentus regni generalis in
Pietrcow per Consiliarios et nūcios
terrarum regni: rege tum in Litua
agente



Fragmentum epistolæ Petri Tomiczki Episcopi Cracouien Regni Polonie Vicecancellarii.

Luc. de Gorka

Domino,, Castellano Posnanien, ex eo non visum est michi suggerere ea, que comunicanda illi per lras meas, scribit vra Magcia, q sciam hominem illum ad rem suam priuatam valde esse intentum, vereorqz ne vel scriptis meis, si quæ haberet de hisce rebus, ad studiu ipsius rei sue abuteretur.
Non dubito quidem illum esse eum, qui libenter videret fieri ea que futura expedire multis nominibus censet vestra Magcia, sed cum metior et expendo mecu hominis ingenium pluries iam michi cognitum, videor videre illum sic se accomodaturum exequendo ei negocio, q tamen ipse staret post principia, et quatenus non incommodaret per hoc rei sue, cuius studio tam vehementi distinetur, vt nichil supra. Curabo tamen per submissas personas rem ita instruere, vt procedat ex sententia vre Magcie, id quod futuru non dubito, Scio namqz multos pertesos esse eorum incommodorum, que inuexit, partim abusus, partim temporis iniquitas.
De hys tamen rebus et alys multis, vel ego ipse, si per valetudinem meam commode potuero, vel per Nunctium meum conferam cum vestra Mgcia, anteq Conuentus particulares celebrabuntur.

Andreas Crziczki Eps Plocen
Bonae Sffortiae reginae Poloniae.

Humillimam mei commendationem. Quemadmodum vra Sacra Mtas michi scribere dignata est, vt in hiis terris Nunctij, ad Conuentu viri probi eligerentur, terra Plocen adeo officiosam se in hac re prestitit, vt etiam tempus preuenerit, cum enim ad eligendum subiudicem, maiori solito numero conuenissent, et adesset cui legatio Regia commissa fuit, rogarunt omnes D. Palatinum, vt audita legatione regia, ne alio congressu opus esset, eligerent simul cum Subiudice et Nunctios in Conuentu. Quod ego, cum id michi significarut nequaquam approbassem, nisi viros probos, et sine vllis praescriptionibus vel Articulis elegissent, eoque obsequio et facilitate non dubitet vra Sacra Mtas id omnes has alias terras facturas.
Ad Subiudicatum vero electus est, vt audio, magno omnium consensu, primus, ille D. zielenski, quem dudum vre S. Mti commendauimus, et nunc omnes commendant, electus deinde dominus Mdzewski etiam vir dignus, reliqui duo duntaxat propter numerum. Commendo me etiam atque etiam in gratiam vre Sacre Mtis. Pulthowie XXiia Octobris. M. D. XXXiiii

Petrus Tomiczki Eps Craccouien
et Regni Polonie vicecancellarius

Sigismundo primo regi Poloniae

Post perpetue seruitutis et oracionum mearum in gram Mtis vre humilem commendationem, Tametsi ego affectus longa et graui nimis egritudine, ac per totos quinqz menses domo nusq egressus, nunc tandem Dei Optimi Maxi beneficio melius valere incipiam, nescio tamen an valetudo mea, vtiqz adhuc imbecilla erit compos tantaru virium vt proficisci possem ad Conuentu Regni futurum, ad quem lubens me conferam. si modo per valetudinem ipsam potuero / quòdsi vero secus ac vellem, de me contigerit. Supplico Mti vre Serme dignetur excusationem meam in eam partem accipere, et nichil desidie mee, a qua me prorsus alienum esse ipsa pluribus pluribus argumentis experta est, sed potius necessitati que telu est inevitabile, imputare ..



Electus est iam nouus Pontifex in locum demortui Clementis Septimi, Rxmus D. Cardinalis Fernesius, vir omniu iudicio, Summa sapientia ac virtute, vitaqz per omnia inculpata preditus, et quo in toto Cetu Rxmoru dominoru Cardinalium non erat dignior, itaqz spem optimam de se prebet omnibus, q non querat que sua sunt, sed quae illius cuius vicem gerit in terris. Curabitqz inprimis vniuersis in comune prodesse, vniuersos ex equo complecti, turbas intestinas sedare, Christianos principes inter se dissidentes ad mutuam concordiam et vnionem reducere. Deinde etiam exterminande heresi Lutherane operam suam nauabit, que nisi per indictum generale Concilium tolli et abrogari non poterit.

Heri habui ex Buda lras, quibus michi scribitur Dominum Cra:
couien ex peregrinatione redeuntem saluum et incolumem illuc
iam peruenisse, cum suis omnibus, excepto dno Stanislao Miele:
czki mortuo in Iherusalem, et quodam Baccalario Medico, qui
Constantinopoli decessit, valde autem meo iudicio oportune cecidit,
is eius Budam aduentus. poterit namqz ope ac intercessione sua
multu commodare rebus domini Palatini Syradien, iuuareqz illum
vt dimittatur, de quo nil aliud hic auditur, quam quod adhuc detinetur
Cubicularius quoqz Mtis vre illo missus, nondum rediit, spero
tamen illum breui esse reuersurum. Me gratie Mtis vre Sme
rursus supplicem commendo, simulqz summo desiderio expeto, vt
dominus deus Mtem vram cum suis omnibus in sua gratia sa:
nam, felicem, ac semper incolumem quam diutissime conseruet.
Dat Cracouie die quintadecima Nouembris. 1. 5. 3. 4.

Petrus Tomicius Eps Cracouien. Vicecancell
Bonae Reginae Poloniae

Post perpetue seruitutis et orationum mearum in gratiam Mtis
vre humilem commendationem. Reddite sunt michi Regie
Mtis littere, quibus iniungere michi dignata est, vt proficiscar
ad Conuentum Regni generalem, ac ad alios ante illum agi so:
litos, quod ipsum Mtas quoqz uestra suis perscripsit ad me lris.
Ego vero, vt lubens semper obire soleo queqz obsequia, Mti sue
Regie, et Reipublicae Regni, prestari per me debita, ita et
in presentia quoqz sum eius animi, vt mandato sue Mtis, cui
me vltro obuium exhibere semper soleo, quo maiore possim
studio perfungar, modo valetudo mea aduersa in hoc michi
non obsisteret, que me plane adhuc non reliquit, siqz sors

eius secus ac vellem tulerit. Iure excusatus esse debebo apud
Mtem suam Regiam vestramqz pariter. ac omnes deniqz homies,
qz non indormiens desidie, neqz functiones officio meo debitas ne:
gligens, sed legittimo impedimento adactus, contineboz limine do:
mestico, Nouit quidem Deus magno teneri me desiderio, profi:
ciscendi ad Conuentus predictos: in quibus ego meq fidei ac ob:
seruancie erga Mtem regiam experimentum pcebere semper
soleo: verum si vires corporis mei longa egritudine exhauste
non erunt, pares ei negocio, ne quidq tentare illud voluero.
Me in gratiam Mtis vre Serme Rursus commendo. valereqz
illam diu sanam felicem et optime incolumem vehementer desi:
dero. Dat.

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Craccouien
Vicecancellario.

Rme et colenme mi domine, Veniens ad me Dominus No:
skowski, et lras michi vre Rme Dnis attulit, et spem adue:
tus eius Piotrkowiam michi fecit, vnde gauisus sum cum Reipce
causa, tum meo desyderio, quo videndi illam teneoz. Non dubi:
to tamen, quin et sua prudentia et medicorum consilio non comit:
tet se itineri, hoc presertim tempore, nisi viribus bene confirma:
tis: nouit enim q egritudines iste, quas Celsus repetentes vo:
cat, suspecte sint semper, donec penitus eradicentur. At
me meum fatum variis hoc toto tempore, et animi et corporis
exercet molestiis, in quibus licet michi que venit indigne, poena
dolenda venit, tamen superanda omnis fortuna ferendo est.
Doctorem Hosium euntem hac et redeuntem, nolui absqz meis
lris dimittere, tametsi sperem me breui Rmam. Dnem. vram

visurum. Cuius interim me gratie omni studio commendo.
Pultowie. XXiiij^a Nouembris. Anno Domini M.D.XXXiiij

Petrus Tomicski Eps Cracc. Vicecancell.
Andree Cricio Epo Plocensi.

Rx^me in Christo pater, et domine, Nepos chax^me, Habemus iam lras Conuentuales, quibus M^tas regia me quoqz admonere dignata est, vt celebrandis Conuentibus interessem, id quod ego lubens facerem, si valetudo mea impedimento michi non esset, valeo quidem iam Deo sit gratia melius, sed sentio adhuc magnam debilitatem in membris: atqz ideo non est tutu michi prodire in aerem, presertim nunc iam frigidum. Itaqz domi me contineo, et nusq progredior, Vereor namqz ne si michi non obtemperauero, recidam in egritudinem, ita vti iam aliquot vicibus, etiam nusq prodeunti, sed in cubiculo constituto michi contigerat.

Ex Hungaria huc scribitur, et omnium sermone constanter affirmatur Ludouicum Gritti esse iam expugnatu, caputqz illius ad Ser^mum D. Ioannem Hungarie Regem perlatum, et cohortem suam omnem ad vnu cesam, exceptis filiis eius duobus ac Vrbano Vathiani et Dotzi Ianusch qui capti in vlcionem forte grauiorem, necis domini Czibak, cuius authores esse criminantur, viui asseruantur. Dominus Palatinus Siradien adhuc detinetur, sed bona spes est de illo q citto liberabitur id quod colligi potest ex eius lris, que scripte ab eo, dno PP^to fratri et aliis amicis, intercepte sunt in Hungaria, et ad Ser^ma

dominum Ferdinandum regem Viennam deportate, quarum exemplum misit inde michi dominus Carolus Cuzez Consul Cracouiensis, et quod ego transcriptum mitto cum p̄ntibus D. vre Rme. De statu meo valetudinis referet vre Rme D. Dominus Noskorowski, quem eidem vre Rme. D. singularit̄ commendo. et rogo illam plurimum, beneuolentia et fauore suo illum complecti velit, est enim vir virtute non vulgari præditus, et bonus ac fidelis Seruitor vre Rme D.nis Quæ valeat felix et incolumis, meq̄ amore suo prosequatur: et habeat sibi commendatum Dat.

Articuli seu postulata ex Conuentu Srzeden allata per nunctios Maioris Poloniæ ad Conuentum generalem Pietrcouiensem:

Naprzod o xiaza, isch Contribucie dawaia, zwalaia, a nie wiemi kandi sia palziewaia. Do skarbu gich niedawaia, ani liczbi s nich nieczinia. A tak abisczie sie dowiedzieli, abi za thy wssitki latha, iako pan nasch Croliem, abi nam liczba vniczili, pan Pan Podskarbi abo xianza, bo ku obronie pospolitey miala bicz obroczona, iedno isch sie xianza zawsszdi zwikli snass smiacz, a z nass schidzicz, czego nam zal barzo.

Jtem drugie thi Articuli, ktore sa wthich Articuliech, thich nowo skladanich Reformaciach, isch tak sthogi, isch kiedibi xiandza naliezli v czudzei zoni, abi go niebil, a nimo nicz czinil iedno gi do Biskupa dowiosl, bes obrazi iego. A tak nam sie niewidzi thak, abismi na swa zalosz mieli patrzicz, kieklosz

k naschemu takiemu Articulowi ich swowolnemu mielibismi
czirpiecz i wielkiemu smiechu. Abowiem iesze malo maia
xianza, isch nam ginschich wiele rzeczi czinia i cziasskoszi
i iusch niewiemi dalei czo sobie mami rzecz. Atho tedi, isch
z nami zadnich brzemion niechcza niesz obroni zadney
a iusch nas poziwaia o granicze do duchownego prawa
i sandza. A tak prosimi abiszie prossili Crolia iego Mczi
abi do Papiessza raczil poslacz, opowiadaiacz sie na xianza
o takie cziasskoszi, ktore nam czinia, isch bismi niechczieli
vistampicz. Bo iestli niebendzie Crolia iego Mczi wthei
rzeczi, a thedi tez mala mossze miecz v nas wobronie
Abowiem barzo narussona obrona, i znisszila sia. Abo:
wiem Scholtissow viele wikupiono. Crol iego Mcz Crole:
stwa wiele wikupil, wolnich liudzi iego Mcz wiele
vczinil od voyni

Burgrabie abi mieschkali na Zamku Cracowskim, czasso
thego, kiedi Crolia niemasch wziemi, za tho prossimi abiszie
nicz nieczinili, aliezbi prziwiodl xianza Crol iego milosz
k them wschitkim rzeczam.

Item prossimi abi iego M. Crol niedal Scholtissow wikupo:
vacz, a nawianczei duchownich, dlia sluzbi voienney,
aboviem duchowni Scholtissi vinny voina. A tak kiedi
mnischi wikupuia Scholtissa, iusch voina gynie tham, bo
Mnischi niepoiada na voina ani sslia.

It. tesch prossimi abi z ginand obroni pokusszali wisli z La:
nowego, bo nas nigth niebroni iedno Cmiothek, prossimi
abi odpoczinal then vbogi czlowiek, abi Pan Bog niepomszil
nad nami krziwdi iego. A iusch dalei nieczczemi abismi
zwaliali i prossimi.

It. prossimi, abisczie sia priczinili do Crolia iego Mczi abi nas liepiei bronil od zlodziegy, abowiem iusch niewiemi kandi sia vcziecz, abowiem na domi z ieschdzaia, zabiia: ia, niemossze sie vichilicz z domv zadni czlowiek czo za: biya, obiora iawnie, abowiem Schliachtha mowi vielie isch Starosta slie na nasche wssi niemossze obronicz domo: vim zlodzieiom y Reitharom. A thedi wiantpiemi isch iusch nas nieobroni zadnemu nieprziiaczieliowi. A przithem pa: nowie inschi zlie radza o nas, niewiemi kim sia tho dzieie, Croliemli iego Mczia, czili rada iego.
Prossimi abi tesch raczilisczie sie dowiedziecz czemv nas iego Mcz niebroni od takich czieschkosczi. Thak mami rozumiecz isch laskawschi na zle liudzie, nischli na dobre, botho vidzimi na oko.

It. Prossimi tesch abi nam tho raczili z gednacz, abi tako: ve pothwarzi bili zabiesszani. O tho isch kiedi sia powa: dza isch ieden drugiego rany. i pozowie orani onego kto: rego ranil, a thedi on zdrowi pozowie onego rannego, o kilko ran prziffiagschi na rani przewischschi ranami, a ktotak go skazi swim falschem, iczo thego dossiecz..

It. Prossimi abi tesch tho raczili opatrziecz kiedi sie komu przigodzi isch pozowie, isch go wibitho z dziessenia, a on ani bil tham, ani mial tham nicz, bi iedno wiechal do kogo, iusch pozowie isszess mie vibil zdziesszenia, a slusszebnik zeznawa isch go wibil z dziesszenia, a tak thess wielkie trudnosczi sie dzieia, i prziffiagi krziwe, i wielkie nie: nawisczi stakich potwarzi

It. vstawi o ktore prossimi zawssdi, Lokczie, Corcze, Botschi, thich nigdi niemosszemi otrzimacz v Crolia v panow swagi

kupieczskie, a isch niesłichacz podwoiewodzich, a iestli sa podwoiedze thedi sobie czinia posszitki.

It. Schaczunki ktore bili abi dosszli za tho prossimi, czemu niemaia bicz skoschtowani, isch się dowiemi czo benda vmiecz. Podobno isch czvia panowie isch bi miało bicz czo przeczivko gim, abo przeczivo komu then schaczunek, niechai bi powiedzili, czemu bi niemieli doydz, abowiem kiedi bi doschedł then schaczunek, tham się niewikrandzi zadni ani Burgrabia, ani oni ktore Crol vipusczil, a kxiazei niewiposczacz stego Schaczunku.

It. Prawa nasche o ktore zawschdi prossimi zdawnich czassow abi koniecz wziali, ktorich barszo długo czekami, a tak niemosszeli bicz poprawi iakiei, niechaibi biło, abismi ostali przi Przivileioch abo przi starem Statuczie. A kto wthem przekassza, prossimi w. Mczi panowie posłowie abisczie się dowiedzieli, kim tho, Croliemli iego Mcza, alie słischemi, isch nie Croliem Ie. M. iedno Xianza, abo pani naschimi, abo posli naschimi, czego nam wielki zal na thi, ktorzi nam wthem przekazuia.

It. Prossimi abi nam Xiansza niebronili Jmprimowacz po Polsku Historei. Cronik, praw naschich, i thesch inschich rzeczi, a zwlascza o Biblia. Abowiem tesch kassza sobie bicz rzeczi rozmaythe, a czemu thesch nam niemaia bicz naschim ianzikiem. Thu thesch nam wielka krziwda ssia vidzi od Xianzei. Abowiem kosszdi iazik, ma swim iazikiem pissma, a nam Xiaza kaza glupimi bicz.

It. Prossimi thesch abi duchowni niemowili rzeczi w naschim prawie Swietskim Ziemskim, abowiem niemasch go skand

poswacz, a mowi, smieleÿwtha nadzieie, isch duchowni iesth a thak vierzimi panom Biskupiom, isch sami gich Milosz nas opatrza i ssami siebie a thesch nieprzistogi. Rozumowi gich Mczi polieczami.

It. O Sliazaki ktorzi sie grossza ssam iesdi czimicz za poczatki naschich, a tak Reitharowie naschi, ktorzi sthimi sliaskimi sie dobrze znaia, abowiem czansthо sssoba biwaia, i pospolicie zgiessdzaia, a takosmi zawsszdi v nich w garschi prosimi abiszie sia przicziniili abissmi bili wobromie.

It. Prossimi barzo o takove listhi, isch kiedi kto maiacz listi stare, ktore zachowal, od kilka dziesianth liath, dopiro dochodzithem bliskoszi, i chce przisiandz na listh, przemieschkawschi wschitki dawnoszi onim takovem listhem, a listhv nimasch w xiagach. A thak prossimi przemilego boga, abiszie nam thego bronili, bocz bendzie vieczna zwada i skaza. Alie abiszie sia trzimali dawnaszÿ za tho prossimi ktore sa w Statuczieeh.

It. prossimi otho abi kiedi ziemianin ktori rolia ssobie przirolaszi ku swemu wzorv, abowiem malo ma na swim wzorze ku zivnoszi, abi stego nie lanowal, abowiem stego slusi voÿna Panowie Poborcze viczіagaia stand Pobori, abiszie otho mowili, otaka krziwde, bocz sie tho nam vidzi niesprawiedliwa

Postulata Nobilitatis ex Conuentu Proszeuiensi, allata per nucios ad Conuentum regni generalem Petricouien:

Slachtha prossi Crola iego milosci, y ich milosci panow, abi raczili Crola iego milosz, i ich miloszi panow, rad, i takiesch inssich ziem Poslow, abi sia raczili woto wstawowacz i przicziniacz za iego miloszcia panem laskim voieuoda Syradskim ku Croleui Ianuscheui, abi raczil go volnim vczinicz od viazienia tego, ktorim od Crolia Ianussa gesth, abi raczili krola iego miloszi za tho prossicz pana nassego miloszciwego, abi raczil swego posla velikiego poslacz ku Croleui Ianuscheui, i takiesch panowie ich milosz abi raczili poslacz s posrodku Radi Corony Polskiey iednego pana radnego, Takiesch pano: vie poslowie ziem wssistkich od Coroni od ziem wschitkich posla swego, abi raczili przithich poslow poslacz ku Crole: wi Ianuschewi

It. Slachta prossi y roskazala tho poslom. abi raczili ich milosz prossicz. iestli bi przisslo na iaki podatek z volia ziem inschich, iestli bi bil zwolon, a zwlascza lanowe al: bo schossi, a zebi tham gdziebi pan skupil kmiecia, abo zegnal iednego abo dwu. abo trzech, abo ilebi mu bila potrzeba ku wzorowi swemu, abo na wzor badz, we wssi abo przi mieszie, abo w miasteczku skand bi tesch schossi schli, badz Lanowie, gdziebi sia tak przidalo, abi tam bilo zrazono i spisano s quitaciei, abi Slachta stego

niedawala Lanowego i Schossu, a gdzie bi tesch pan ossadzil
dwor, a Ziemianin ziemianina skupil, a kmieczia ossadzil
na onim ziemianstwie, thedi niechai bendzie powinowath La:
nowe placzicz on kmiecz albo kmieczie wedle onei volcy
scherokoszi bandz Lan pol Lanu, albo i wiantzey.

It. Slachtha roskazala poslom ziem Cracowskich i poruczila
zebi prossili panow ich miloszi, ischbi ich milosz raczili na
thim Seymie postanowicz a naleszcz, iakobi bili karani takowi
ktorzi vmislnie w domi ziemienskie iada, a zabiiaia, abo domi
Ziemianskie chalupuia, abo tesch na drogach zastempuia
a zabiiaia vielie Slachti a Riczerstwa vmislnie a swowolnie,
iako takowi maia bicz karani, abi Crolia iego Mczi panowie
ichmilosz, i spani posly prossili, abi Crol iego Milosz swa
exequutia abo Iurisdicia Crolewska, raczil iego Crolewska
Mcz polieczicz a moczno dacz Starostom Ziem onich Woie:
wostwoff zebi takowe sandzili i karali assch do prziiachania
ieo Crolewskiei Mczi do Polski.

It. Gdziebi vmislnie ieden drugiemu Slachcziez Slachcziczo:
vi z iachal na dom, a zabil gi wdomu abo droga zaiachal
i zabil go, takowi swowolni maia bidz karani gardlem, isch
gardlo za gardlo ma bidz karan, a na zadna laske krolia
iego Mczi, niema bidz dan, ani wipuszczon, ani na zadne przi:
czini panow ich Mcz, ani na zadni okupp, abo prze ktori
przepadek niema bidz dan, abo karan, abo na prziiaczielskie
prosbi niema bicz wipuszczon, telko mabidz na gardle ka:
ran, iako gwaltownik prawa y rzeczi pospolitey. A ten
Articul ma sie sziagacz y nathi czo tho vczinili po vyacha:
niu Crolia iego miloszi s Coroni do Lithewskiego kxiastwa
A lubobi stanal abo niestanal, przed sia na przeziwko iemu
maia prawem postempowacz, iako na gwaltownika rzeczi pospolitey

It. iestlibi pobor bil iaki vstalon z volia ziem wsschitkich a zebi thi Mlini abo wssi ktore sa przes voda spvstoscho: ne thimi czassi, abo tesch i mieisczkie polia sktorich schli Schossi, gdzieschkolwiek, abi s takowich pobor niebil vizia: gan, abi Croll iego M. nieraczil nikomv woley dacz od takich poborow, ktore na vchwale rzeczi pospolithey vchwa: lone, bandz miasthom albo komvschkolwiek, bandz schossi abo czopowe.

It. Slachta prossi pokornimi prosbami wdzissieische czasi, a nie: pokoie, abi Starostowie pograniczni bili opatrzemi z laski Crolia iego Mci, abi thim mozznieischi bili kv bronieniv Gra: nicz, i slachthi przigranicznei, abo przi graniczi prziles̄zance od zlodzieistwa abo tesch od Loterstwa, abo tesch od wi: chalvpowania domow Ziemianskich a Riczerskich, iako sie dziss thego dzieie dossicz.

It. Slachta prossi pokornie abi thakowe Rvgi bili na druga strone wischli Cracowskiego Voiewodztwa po Podgorzv, ia: kie bili Liath przeschlich, abi takie bili w ten spossob kv karaniv zlich livdzi.

It. Slachta prossi a Ricersthwo wschitko, abi panowie ich milosczi raczili z moczi swei nalesczi postanowicz, kiedi: bi ieden drugiego falschiwie a niesprawiedliwie pozwal bi, o ktoranschkolwiek rzecz, iako bi takowi mial bidz karan od takowich Falschow, badz i zebi sia prxitraffilo i Re: koiemstwo, i zebi ieden drugiego posiwal Falschiwie, iako takowi maia bidz karani. Abi na prxischlim Seymie ich milosczi tho raczili nalesczi, i postanowicz a zebi sia then Sta: tuth sczaigal y na thi ktorzi bi takowi bili, abo poswi tako: ve, po viiachaniv Crolia iego Milosczi s Coroni do Xiastwa Litew: skiego

it Slachtha pokornie prossi panow ich miloscji Swietskich abi sia ichmiloscz raczili przicziniez kv ich miloscji panom dv: chownim, iako kv iego miloscji panv Arcibiskvpowi: i kv iego miloscji Biskvpowi Cracowskiemv: i kv ich m^ci inim Biskvpom a Pralatom: abi raczili zakazacz abi zadni dvcho: wni rzeczi niemowil v sandv ziemskiego, abo Grodskiego, i inschich swietskich, a tho stei przicziny: isch sia obawiaia zasczia iakiego s takowimi dvchownimi, abi czo inego i gor: schego stand nievrosto. &c.

It prossi Slachtha a Ricerstwo, a zebi zidowie Cracowsczi przed sia kupczili kvpiami: iako sa swikli, a tho dlia vdrecze: nia Slachti vbogiei i bogathei, isch panowie kvpczi Craco: wsczi, kaschda rzecz drozei daia, a thim slachte vboza, a zidowie Cracowsczi, i inschi zidowie kaschda rzecz thanici Slachczie daia, kilkiem groschi, i kilkiemnasczie groschi, insch Kupczi bandz Cracowsczi, i inschi, prze ktore kvpci Cracow: sczi inscha Slachte vboza.

It abi Xiaza ich miloscz Contribucie ktore pothi latha vi: brali z dvchownich, abo z nich, raczili lidzba vczinicz. kadi ie obroczili, bo ich do Scarbu niedali, Bo ich kv obronie nie: dali. A przithem prossicz abi ich miloscz raczili pomocz zaprzecz obroni pospolitei, a thesch o tho prossich abi nas niesandzili o Granice i o gimienie, abo swieczkie abo ziemskie dvchow: nem prawem, iedno ziemskim. abo o ziemskie krziwdi. abi iosch zakazano im sandzicz wdvchownem prawie.

It. Abi iosch od thich czassow ichmiloscz panowie dvchowni a zwlascza i mnischi, nieskvpowali swich Soltissow, ktorzi sa powinowaczi woina sluzicz i pospolitha obrona. Bo stand wielie pospolitei obroni gynie. A tak przikazali pa:

nom postom abi prossili od Slachti wschistkici, abi panowie ich milosczsia raczili spani posli, to duchownim otho prziczinicz abi tak bilo.

It Slachta pokornimi prosbami prossi za panem Mikolaiem Cziinskiem, abi go niesandzono duchownim prawem, iedno them prawem wktorem siedzi.

It prawa thi ktore poprawowani, abi bili zawiesschoni do drugiego Valnego Seymu, atho dlia panow niebitnosczi. Bo viele ich niemasch. A thesch Sliachta prossi, abi Seym Prosschowski przes Rok ktori bi bil polozon piathi dzien przed Nowomieiscz kiem Seymem. Atho dla przeirzenia lepschego, thich oprawi prawo.

SAmuel Macieowski Can^cus Cracomen
Petro Tomiczki epo Craconiensi, et Regni
Poloniae Vicecancellarii.

Rxme in Christo pater et domine domine inprimis clement^me Post mee seruitutis in gratiam D. vre Rxme, domini et benefactoris mei Clementissimi commendationem. Acceptis lris D. vre Rxme, quas michi aduocatus ex Costhomlothi reddidit, vt cumque sciebam me lras illius hominis, contra Dm Schaffraniecz de iniuriis querentis, in mensa D. vre Rxme non ~~contigisse~~ at tigisse, mandato tamen et opinioni D. vre Rxme satisfaciens, et obsequens, chartas que mecum sunt paucissime euolui, et illas hominis lras non repperi. Arbitror autem ego

lras illas si in mensa erant posite, cum illis potius lris, quas Dambiczki presente me et dno Misskowski, in mensam D. vre Rme obtulerat, permixtas et inuolutas esse, quas vt per quempiam absque mandato D. vre Rme inconsiderant auferri debe- rent.

Ceterum quod de ratione Conuentus huius, fieri ex me cupit certior, D. vra Rma. sic accipiat dominos Consiliarios, cum pauci sint, et inter se magna ex parte, cum affinitate, tum amicitia coniuncti, sine controuersia, sine disceptacione, omnia negocia publica tractare: et vt michi dictum est, multi (amore credo Reipce) tam se faciles prebent, vt malint plerumque consensum suum anteprebere, quam quid in consultatione referri debeat audiant.

Non potui adhuc cum parte colloqui, nec aliquem sum nactus, qui michi penitiora Consilia recenseret, frater tamen meus summatim, de his quae ante aduentum nrm acta sunt, sic michi rettulit, dixit inprimis maiorem partem Nunctiorum, et presertim illorum ex maiori Polonia, aliquot dies cum reliqua minore eorundem nunctiorum parte contendisse, super volumine Iurium et Statutorum recensitorum, ita abrogando, vt nulla futuris perpetuis temporibus in hominum mentibus illius memoria relinquatur, tandem cum paucior numerus qui hunc nouum Iurium librum probabat, sustinere diutius plurium, et maioris authoritatis nunctiorum contentionem non potuisset, Consensu omnium ad Senatum relatum est, nunctios nolle prius aliquid, de publicis rebus tractare incipere, quam decreto Conuentus abrogata penitus videant, noua ista Regni Statuta, in quo cum viderent domini Consiliarij illos in posito perstare, maluerunt illorum pertinatie, quam vt non decreta contributione huic discederent. De qua

abrogatione cum decretum ferebatur, aduocati sunt Regii Nunctii, et persuasi, vt nomine Regio decretum hoc approbarent, quod fecerunt non inuiti, Post hec Articulos de more domini Nunctii ad Senatum detulerunt, super quibus quid illis responderi debeat, hactenus ignoratur, Nam dum illi de Contributione consultant, domini Consiliarii articulos expendunt. Contributionem autem domini Consiliarii quindecim grossorum suadent decernendam. Nunctii contra octo grossorum illam censent satis futurum Opinantur tamen multi cras in duodecem grossos Contributionis omnes vtrinque consensuros. Laboratum est, et adhuc desitum non est, a nunctiis laborari, vt Decreto Conuentus Contributio Ecclesiastica, quae Crac. asseruatur, dominis in subsidium donetur, quo autem studio, id fiat, et in cuius perniciem D. vra Rma poterit ipsa conycere.

Regia Mtas nunctiauit dominis Consiliariis, ob non redditam tanto tempore Contributionem: multa se damna in bonis Busko accepisse. Quamobrem postulat Mtas sua a Conuentu vt Contributionem hanc numerari sibi celerius quam fieri possit faciant, alioqui se propriis peccuniis Busko redempturam minatur, vel vt aliquis alius redimat consensuram.

Nos iam apud Dominum Archiepiscopum, mandata D. vre Rme exposuimus, D. sua Rma ad Articulos illos contra Clerum propositos paucis respondit, se scilicet nihil tale a Nunctiis audiuisse, vt abrogari Priuilegia eorum deberent, dictum quidem esse, ne Seculares in Judicia Ecclesiastica, quorum sunt ignari pertrahantur: Sed hoc equum etiam est inquit, vt ab illis absoluantur, preterea et hoc dictum, vt Spirituales ab omnibus secularium causis agendis.

abstineant, quod ipsum quoqz inquit decens est, et honestum qm iam a multo tempore Statutis prouincialibus est prohibitum. de Contributione censet fore necessarium, vt Senatui exponatur quanta sit, et vbi sit; tuti vero Regie quantocius numeretur. De Aduocatis Spiritualium non redimendis subticuit. Dixit preterea se curare, vt Dominis Lithwanis subsidium a Regno peccuniarium feratur, qm hoc honestum esset et plurimum expediret.

Ad negocia domini Naropinski frigide respondit, nec dissimilia verba nobis dedit, ab illis quae D. vre Rme scripsit, hoc tamen ad extremum dixit, se deinceps nihil velle in hoc negocio bene vel male agere, et protestatus est se suo Cancellario, nichil aliud scribere mandasse et permisisse in processu fulminato, contra Capitulum, nisi quod de iure et consuetudine foret, et quod neqz suam existimationem, neqz alicuius alterius offenderet. Quod si inquit secus fecerit Naropinski Cancellarius, ipsi imputari debet non michi, qui id non modo non mandaui, sed ne fieret prohibui, et qui in his rebus non sum satis eruditus.

Dominus Archiepus dixit nobis, quosdam loquutos, melius id esse, quod D. vra Rma a Conuentu absit, q quod illi interesse debeat, quoniam inquiunt omnia publica negocia facilius expediuntur absente Dno Episcopo, sed cum ille presens est, contendi solet a pluribus illius causa: qm contemnit omnes, et Nunctius terrarum in preterito Conuentu conuicium non ferendum dixit, vocauit nempe illos Naderschpani quod hoc etiam Conuentu tacite inter se priuatim Nunctij expostulant.

Domini Lithwani hodie in Senatu Legationem perorauerunt

quae in summa continet peticionem subsidij, quibus a se dimi:
ssis domini Consiliarii, in presentia nunctiorum vnanimi voto
concluserunt, dandum illis subsidium, hoc modo, vt pro necessi:
tate et Regni et ducatus decernatur Sedecem grossorum
contributio publica, et huic Contributioni adiungatur Con:
tributio Spiritualium, quae Cracowie asseruatur, et in locum
illius Clerus componat aliam, nescitur quid in hoc sunt fa:
cturi domini Nunctii, sed Domini Spirituales frigide rem
Ecclesiasticam tuentur, nam aut tacent, aut paucis placita
loquuntur, rem suam negligentes, vt boni et non contenciosi
sicut ceteri videantur.

Dominus Nicolaus Cosczieleczki Palatinus Calisien. persistit in
proposito veniendi, ad D. vram Rmam. Dominus vero Eps
Plocensis, ne verbum quidem de hoc mecum fecit. Dominus
Opalenski recta hinc se etiam ad D. vram Rmam confe:
ret, vt michi dixit.

Dominus Naropinski ostendit dno Misskowski tempus re:
vocatarum gratiarum: post quod tempus, factam suam re:
validationem ostendit. Domini autem Pileczki nominationem
dicit non reualidatam. D. Episcopus Plocensis dedit michi
ista exempla literarum Jacobi Illsa, quae D. vre Rme mitto.
Multi hic sunt qui queruntur, quod omnia promiscue sine de:
liberatione, per Conuentum vt cuique placet, decernuntur,
sed tamen ipsi astipulantur ceteris, vtcumque aliud cogitat,
dicunt etiam multi nunc primum cognouisse se quod bene vel
male rebus publicis consulitur, absente dno Episcopo
Cracouiensi. Cum scriberem hec, vnus michi dixit
Decretum in Consilio, vt Articuli non legerentur, neque expen:
derentur, mitterentur ad Regiam Mtem, vt illos si:
cut vellet approbaret.

Nos cras in Pabianice ibimus, vbi nos ab octo diebus D. Tar:
lo expectat. manebimus illic per istos omnes dies festos
Natalis domini. Cum patrem meu alloquar, scribam reli:
qua per Alexium D. vre Rmē. Interim me et seruitu:
tem meam illius solite et Clementi gratiæ commendo. A Deo
optans, vt illam pristinæ sanitati restitutam diutissime ser:
vet felicem et incolumem. Dat Piotrkowie XV Decembris
Anno domini M. D. XXXiiij.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. R.P. Vicecancell
Ioanni Choienski Epo Præmisliensi.

Rme in Christo pater et domine frater & amice charme et
honorande. Perturbatus iste rerum Aulicarum Status, de quo
Rma Do. vra ad me scribit, valde me perturbat. Neqz enim
non intelligo, quæ Regno et Reipublicæ nræ pericula impen:
deant, nisi primo quoqz tempore rationibus illius prouideatur.
Est certe ita vt scribit Rma D. vra, magnum in mora peri:
culum. Quare vel sola hac ratione adductus magnopere
Comicia huius temporis obire cupiuissem: si per virium mearu
imbecillitatem licitum fuisset. Nunc cum hec mea tam diutur:
na valetudo, ex qua vixdum satis emersisse videor, magnos
meos adiuuandæ Reipublice conatus impendiuerit, neqz me
Comiciis Regni interesse passa sit, non tamen ideo quiescend
putaui, quin quod per me ipse non potui: id per alios tandem
officiendum curarem. Quare et per lras et per Nunctios in
hoc missos, D. Castellanum Posnaniensem fratrem meum horta:
tus sum, vt Reipce. propugnationem susciperet, atqz earum

rerum de quibus in lris suis Rma D. vra meminit aliquam in Comitiis secrete, et coram paucis mentionem faceret. Si qd actum ab illo fuerit, faciam Rmam D. vram postea certiorem. Libenter id consilium cum pluribus comunicassem, sed bene nouit R. D. vra, q pauci hoc tempore reperiantur, quibus cogitationes suas tuto quispiam credere posset. Ego certe, quoad vita hec michi superstes fuerit, nunq de consti: tuenda Republica, atqz bono in statu collocanda, stabiliendaqz cogitare desinam. Hac erit animo meo cura infixa sempitna: Valeat felicissime vra D. meqz habeat sibi charum et commen: datum. Dat in Kielce XIX Decembris.

Andreas Criczki Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Cracouiensi
Vicecancellario.

Rme mi domine colenme. Cum se michi obtulit Dominus Crupski proficiscens ad Rmam D. vram, volui hec pauca de: scribere, que hactenus hic acta sunt. Nuncti terrarum anteq sentencias nras dicere cepissemus, duos nobis Articulos ingesserut vnum de correcturis Iurium, alterum de moneta, premonen: tes nos, quod anteq vtrumqz abrogaremus, se nichil aliud agre: di posse, ea res duos nos exercuit, dictum acriter in vtrumqz, placuit tandem omnium sentenciis, vt auctoritate Regia nobis concessa ad omnia, quae Reipublice expedirent statuenda, cor: rectura iurium, que ipsi noua Iura vocant, penitus abrogarentur, de moneta vero sistenda, vt cum Mte Regia serio ageretur his rationibus, quas postea latius perscribam. Diximus postea de defensione domestica, et subsidiis Dominis Lithuanis dan: dis. Sed hactenus de vtroqz nichil conclusum, nam interea

nunctii more suo articulos nobis plurimos obtulerunt, inter quos erant pleriqz contra appellationes, et Commissiones Romanas, contra excomunicationes kmetonu, et dominorum pro ipsis. Exacerbabant hec, querele domini Lesczinski contra Capitulum Gnesnen, domini Gruszczinski contra D. Roznowski Castell. Cracov. Nunctiorum Dobrinen contra Capitulum Vladislavien, et aliorum. vrgebam Rmum. D. Archiepm, vt ea reffelleret, censuit silentio pretereundum potius, quam cum illis contendendum, et presertim cum hec agerentur ab illis honestius modestiusqz solito. Tandem ad omnes Articulos brevibus respondimus, nos illos Mti Regie missuros, et quae iusta et honesta fuerit Mti sue commendaturos. cui responsioni aquieuerunt, et iam hodie de defensione consulere debent, Deus bene vertat. Res tamen tantum ad fertonem inclinare videtur, idqz licitando, tametsi cupiant omnes subsidia ferre Lithuanis. Rme mi domine, dici non potest, quantam voluptatem capiam, audiens saluam illam, in Kielce agere, Deus optimus Maximus seruet illam in multos annos letam et incolumem. Cuius gratiae, me omni quo possum studio commendo. Piotrkowie. S. Lucie. Anno domini M. D. XXXiiij

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Andree Cricio Epo Plocen. nepoti.

Rme in Christo pater et domine nepos Charissime. Quod Rma D. vra. tam diligenter de omnibus hiis, quae isthic in Comitiis acta sunt certiorem me facit, facile intelligo ex abundantia quadam amoris Rme D. vre in me proficisci. Atqz eo nomine magnas Rme D. vre. ago gratias, et vt quemadmodum Protasin

huius fabulae, ita Catastrophen quoqz diligenter ad me perscri:
bat magnopere queso.

Valde michi mirum accidit, nec satis mirari queo, inducta esse
et abrogata ista Iura recentiora, priusq causa vlla, cur anti:
quari ea oporteret diceretur. Michi certe magno sumptu semel
fixas leges, temere refigi non placet. Neqz enim intellige:
re possum, quid postea satis firmum et ratum futurū sit, si quae
reuisae et magna cura excusse paulo ante leges sunt, eę non ita
multo post abrogentur et circumscribantur, sed quae acta iam
sunt, ea valere sinamus.

Quod valetudinem meam attinet, Deo sit gratia meliuscula nūc
est, Nondum tamen ita sum ex grauibus istis et repetentibus mor:
bis recreatus, vt corpore sim plane confirmato. Quamobrem
recreandarum virium causa, visum est medicis, villas vt
meas et possessiones obirem, quo magis possem ab omni curarū
et cogitationum mole vacuus esse. Nam quo tempore fui
Cracouiae, multis et magnis semper curis distinebar. Quibus vt
animum relaxarem, in solitudines hasce concessi. Commendo
me fraterne beneuolentię et amori vre Rme D. et valere
illam felicissime desydero. Dat in oppido meo Kielcze die
XX Decembris. M. D. XXXiij.

Andreas de krzicko Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Cracc: Regni
Polonie Vicecancello.

Rme mi domine colenme. Erat meum desyderium accurrendi istuc ad Rmam D. vram, et illi de recuperata bona valetudine, qua nil gratius audire possum, gratulari, sed partim graui Catarro, quem ex nostris illis poculariis sanitatibus contraxi impeditus, partim obrutus molestissima sarcina expediendorum negociorum et Nunctioru Conuentualium, quam in me domini reiecerunt, non potui huic meo desyderio et officio satisfacere, mitto tamen meum Copadzewski ad inuisendam Rmam D. vram. Ipse vero cum Clero meo Deum Optimum maximum precabor vt Rme D. vre et longam vitam, et letos felicesque dies tribuat. In hoc Conuentu omnia peracta sunt concordius obsequentiusque quam vnquam alias quod meminerim. Duo erant duntaxat, que nos plusculum exercuerunt, de quibus prius scripsi, quorum Decretum mitto Rme D. vre. pauca preterea adiecimus in Legatione ad Mtem Regiam, sed neque de articulis Nunctiorum quicquam disputare voluimus, sed illos ad Mtem Regiam misimus, cum hac prece, vt quae iusta et honesta Mti sue viderentur, ea obaudire non dignaretur. Pauca inserta sunt de nobis Ecclesiasticis, licet erant querele plurime, sed et ea mexa palea. Adscripsi ego in Legatione nra omnibus approbantibus vt Mtas Regia serio mandaret Capitaneis omnibus Statuta et Decreta vetera, aduersus excomunicatos et hereticos edita exequi, Quorum latens venenum in locis insignioribus, et libellis famosis, et aliis indiciis sese prodit. Et Gdani omnia ad priorem sedicionem spectare scribuntur. Ordinauimus etiā Castellanos, illos presertim pedarios eo modo vt anno superiore

annotatum erat, et Decreti Conuentualis robur adiecimus, et hec summa est veru Conuentualium. Reliqua dicet abun:de D. Palatinus Calisien, presertim de Contributione, et Nunctiis Lithwanicis, pro quorum subsidio recusare non potui:mus omnibus petentibus illam peccuniam, quae contributa est, ad redimendum Busko, in quantum erit voluntas Regia, sed et Rmus D. Archieps valde propensus est ad Synadum facien:dam pro Contributione alia. Me Rme D. vre. veteri gre vnice commendo, et supplico vt illa me complecti dignetur, valeatqz felicissime ac multos letosqz agat dies. Piotrkowie Sabbato xix Decembris M. D. XXXiiij.

Dominus Zebrzidowski hactenus domum Cracouiae assequi non potuit, qua infelicitate nescio. Supplico dignetur Rma D. vra illi suo patrocinio non deesse, presertim apud D. Bedlenski, qui non nosit nisi fortunatos.

Praelati Barones comunitas
in Conuentu generali congregati

Sigismundo primo regi Poloniae.

Humillimam nostri commendationem. Difficultas domini Palatini Plocensis, quae illi exhibita est, in Aula Sacre Regie Mtis, domini nostri Clementissimi causa exequnti Statuti, contra excomunica:tum D. Gregorium Obornicki, et arestatum vt iuris erat quen:dam Marcherowka hominem pessime iamdudum fame, idqz ad Mtis sue vsqz indignationem, fuit nobis auditu valde molesta, nam et

alii Capitanei deterrebuntur hoc exemplo ab exequendis his, quae
officii ipsorum sunt, et facinorosi omnes, magis ad flagicia sua ani:
mabuntur, et licet sopitum videtur hoc negocium, isthic a dominis
Consiliariis vestrarum Sacrarum Mtum, hic tamen postea soror eius
et nonnulli sui, conati sunt in omnibus Conuentibus particularibus
Maioris Poloniae et Masowiae: Deinde in hoc Conuentu generali con:
tra Rmum Dominum Episcopum, et Dominum Pallatinum Plocen
turbas et Sediciones excitare, quorum conatus vtcumque illis nul:
libi ex voto successit, nichilominus illi, quantum in ipsis erat, et per:
turbare publicas actiones nitebantur, et concordiam, quae illis pro
victoria est multipliciter violarunt. Quare humiliter supplicamus
vestre Sacre Mti, dignetur et Domini Palatini innocentiam benigne
exaudire, et sediciosorum rebelliumque iuri comuni hominum teme:
ritates et audatiam huiusmodi cohercere. Cuius gratiae nos hu:
milime commendamus. Dat in Conuentu generali Piotrkouiensi
feria quarta post festum Sanctae Lucie virginis. M.D.XXXIIII.

47

Legati ex Conuentu generali Pætrcouiensi, a Do. Consiliariis missi: hec apud Sacram & S. Regiam Maiestatem agent. In fine anni 1534.

In primis post comendatem decentem et fieri solitam agende sunt imense gratie Mti sue regie nomine vniversi Senatus regni: subditorumque sue Mtis, quod Mtas sua tanquam prudentissimus Princeps, inter tot et tantas curas quibus hoc tempore variis et multiplicibus distinetur, subditorum hic suorum non fuerit oblita: quod propter necessitates huius reipublice, ac pericula ei iminentia animo suo previdendo, de hiis quam summa pietate & affectione cogitando et consulendo: dignata sit Conventum proxime transactum indicere: data ipsi Conventui plena facultate ad omnia statuenda et transigenda que reipublice necessaria et salutaria viderentur. in quo sua Mtas satis abunde hiis subditis suis omnibus solitam illam suam clementiam et benignitatem declaravit.

Quod est in marginibus ex opposito articulorum infrascriptorum, est regium ad eosdem articulos responsum.

Vnde omnes tanquam fideles sue Mtis subditi, tametsi non multi numero convenerunt: curaverunt tamen quotquot erant, quantum in ipsis erat, vt et Mandatis Sacre Mtis eius, et debito suo satisfacerent: vtque Conventum ipsum, tum ex sententia sue Mtis, tum ex vsu et dignitate reipublice absolverent.

Respons. reg.

Grata quidem est Mti regie, Dominorum in Conventu prestita diligentia: sed gratius vtrumque fuisset, si numerus stipendiariorum quasi per Dnos designatus Similiter militandi tempus, nullum in vulgum fuisset sparsum. Nam paucis erit persuasum laudatas Contributiones et tot militibus, et per tantum tempus vt est publicatum, non suffecturas, que nullo modo sufficient. Tamen aget Mtas sua in ea re bonum et providum dispensatorem.

Ac imprimis non solum pro defensione regni: sed etiam pro ferendis Mti sue, et Magno ducatui Lituanie suppetiis rationem capientes: Contributionem Sedecim grossorum de Lancis: et alia in literis Vniversalibus contenta, Mti sue regie in manus decreverunt et statuerunt. Non quod arbitrentur istud ad vtramque necessitatem satis esse. si difficultatum et temporum varia conditio spectetur: Sed habenda

erat racio calamitatis, que partim ex maxi^a^ aquarum inundatione, partim ex sterilitate huius anni, multorum opes et bona attriuit: colonos miseros ad eas angustias redegit: vt in hoc statu reip^ce^ maiora presidia in pns decerni non potuerint. Sperant tamen freti benignitate M^tis^ sue, q sacra M^tas^ eius: pro sua pruden^a^ benigne hec o^ia^ expendere: et Senatus sui ea in re fidelissimam voluntatem boni equiq consulere dignab^r^, atq ita prouidere, vt et regnum oportunam defensionem habeat: et subsidia q honestiora Magno Ducatui Litua^e^ prebeatur, pro dignitate M^tis^ sue regie, et honore regni. de quibus iam quid in omnem euentum visum est illis, M^ti^ sue l^ris^ suis declararunt. simul ac de electo et designato per vni: versos domino Andrea de Gorca Castellano Calissiensi.

- Responsu regis -
De prouisione dm̄i Castel Calissien̄, nil certi deter: minare potest M^tas^ sua nesciens q liberalis esse possit in erogandis pub: licis pecuniis, cu multa impendia ex illis ve: niunt facienda. et se: cundum illarum facul tatem, Do^s^ q^o^ Calissien̄ prouidebitur.

Pro quo supplicant vniuersi M^ti^ sue regie, illum M^tas^ sua dignaretur ita prouidere speciali Stipendio, quem: admodum M^tas^ sua regia alios Campiductores, et presertim Mag^cum^ Do. Joannem de Tarnow Palatinum Russie: quando illum cum subsidiis ad regnum Vngarie miserat, dignata fuit prouidere: attento condicione & sumptu ipsius Dni Castellani Calissiensis: viarumq lon: gituitate et locorum solitudine, per que Exercitib^s^ ad terram hostilem penetrand^m^ erit

Et quia prius q Contributiones edantur, opus erit ad eam vtramq necessitatem presenti pecunia: Domini Con: siliarii, et terrarum Nuncij cum hac causa tum ad augen: dam publice Contributionis quantitatem pro hac duplici necessitate, rogarunt impense R^mos^ dominos Archiep^m^ et Epos, vt eam pecuniam que ad redimenda bona Busko pro Campiductore parata est adderent, et aliam Contri: butionem loco eius decernerent. R^mus^ vero dominus Archieps, et domini Epi, ne animos Nunciorum frustrarent

Respons. reg.
Contributio Eccl^ia^ ro^z^ non est in manibus officialium sue M^tis^. adhuc seruatur apud Do. Epos: annuit tamen M^tas^ sua, vt detur in eum vsum. et scribet Dno Archiepo Gnesn̄, verum ea conditione, vt in eius locum alia contribuant dm̄i Spiri: tuales, sicut eos hoc facturos promisisse in Conuentu, narrarunt Do^nes^ vestre.

quos ad transigendum recte et concorditer hunc Conventum propensos et obsequentes videbant, conturbarent, et huic tante necessitati deesse viderentur: consenserunt eam ipsam pecuniam, in hunc usum conferendam, in quantum Maiestas regia consenserit. Quam cum Mti sue detulerunt, sine consensu et voluntate Mtis sue nil de illa disponenda sibi integrum esse censuerunt. De alia vero, polliciti sunt operam suam, apud clerum suum adhibere

Debitum sex millium non iubebit adhuc exigi Mtas regia quis hmoi pecunias bonum fuisset reponere ad locum suum, propter eventuram aliquam necessitatem. cui istis mutuatioibus solet frequenter cum damno suo succurrere.

Quia item Magcus do. Nicol. de Schidlowiec Thesaurarius regni, faciendo, in Conventu publicam de Contributionibus racionem, ostendit se pro defensione et necessitate reipublice sex millia flor de propria regia pecunia exposuisse: que de reliquiis Contributionum anni preteriti Mti sue reddi deberet: Supplicant universi Mti sue regie, ut hoc debitum condonare Reipublice dignetur. ut reliquie Contributionum anni preteriti cum predicta pecunia Contributionis Dominorum Spiritualium adunare et presto esse possent tam ad presidia regni, quam ad suppetias dominis Lituanis dandas, prius quam Contributiones anni presentis edantur.

parum
Ad Iurium correctionem non parum pecunie et laboris impensum est. Tamen sicut Commiserat Mtas sua abiectis superfluis, satius erat residuum relinquere.

Postea referendum erit, quanta fuit difficultas ante omnia in certa, ob correcturam Iurium: que vulgo Nonum Statutum dr: et propter rem Monetariam et quod Dominos Consiliarios in cave voluntatibus hominum et tempori servire oportuit. Nam postquam omnium Terrarum Nuncii summo studio ab illis petierunt, ut et Statutum ipsum abrogaretur: et de Moneta sistenda illis caveretur: neque quicquam aggredi voluerint, nisi prius de hys decernerentur, atque id litteris confirmaret.

metuentes domini Consiliarij, ne ea reb, si eorum vo: luntatibus adversarentur, vel seditionem aliquã pa: reret: vel publica consilia impediret, atque Conventu rebus omnibus infectis dissiparet: Authoritate a Sacra regiã M^te ipsi Conventui concessa: et quod hinc, M^ti sue regie neque referre, neque dig^ti vel authori^ti eius quidq derogare videbatur: Statuta ipsa abroganda censuerunt: et nullius esse roboris. quod aliqui nulla habebant: decreuerunt iuxta decreti huius tenorem qui sequitur

Respons. reg.

Ad abrogationẽ statu: torum illorũ correctorẽ an consulte processum sit tempus declarabit. Primum superuacaneu videtur Regie M^ti. quandoquidẽ nulla illis adhuc fuerit au: toritas. Deinde ne ex hac tam generali ab: rogantione, enascantur varie difficultates, cũ abrogantur oĩa iura sic ut in librũ cõpilata sunt. cũ tamẽ illic et oĩa regni iura antiqua et noua cõtineantur. Et oĩa M^tis sue statuta atque antiqua sunt plura de verbo ad verbum in eũ librum inserta, et penitus Que videntur iã abro: gata et penitus sublata. Et sic essemus sine ullo Iure. Tamen M^tas regiã permittit, ut deli: beratio Dominorum ma: neat hoc modo ad eum Conuentum, in quo futura est M^tas sua, Abrogatio enim non fuit necessaria super hijs que nulla autor^te adhuc fuerint obfirmata.

Nos vniuersi Prelati, Barones, et Terrarũ Nuncij in Conventu generali Petrkoviensi pro festo Sancti Andree congregati, innitentes Mandato et authori^ti Sacre M^tis regie Domini nri clement^mi nobis concesse cum ad alia omnia: que reip^ce expedirent decernẽda et statuenda, tum ad correcturas Iurium quos vulgo Noua Iura putantur: prout rectius videretur expen: dendas: tollendas, et vnanimi consensu approbandas: Mani: festum facimus: quod considerantes easdem Correcturas licet adhuc nullius roboris existentes, a Correctoribus tamen ad tot varios censores et Communitatis iudiciũ delatas: diuersas et noxias opiniones, suspiciones et contentiones hominum peperisse, adeo ut non solum impossibile videretur illas tam in presens quam in po: sterum vnanimi omnium consensu equari, approbari, et suscipi posse: sed etiam, si res diutius penderet, aliquam grauem intestinam discordiam et seditionem esset allatura volentes huic malo remedium opportunũ adhibere, et hoc iminens periculum tempori avertere: communi et vnanimi omnium sententia, consensu et voluntate, easipsas

correcturas, sive ut vulgo dicuntur Nova Jura sit ut in librum compilata et excusa sunt, penitus et in totum tollimus, rescimus, et abrogamus, casaque nullius roboris nec momenti fuisse et esse: nec in posterum fore debere decernimus et pronunciamus.

Monetariam officinā Toruñ et in civitatibus Prussię claudi iubebit Mtas sua a festo S. Joïs Baptistę. prius enim non posset sine magno suo damno.

De Moneta vero nil quidem Dni Consiliarij preter infrascriptam supplicationem decernere voluerunt: consulentes regię dignitati: freti tamen significatione regia cum de propensa voluntate sua sistendę ipsius Monetę cusionem, tum etiam de ratihabitione Mtis suę omnium, quę in hoc Conventu statuerentur: pro bono reipu̅ce: et cum aliter Conventum bene determinare non potuerunt: promiserunt Terrarum Nunctiis Mtem suam, supplicationem ipsam de hac re benigne suscepturam, et exauditurā esse. Quę in hunc modum decreta est

Universi Senatores et Terrarum Nuntij attendentes Monetā quę in terris Prussię cuditur: adeo auctam et noxiam esse: ut diutius sine ingenti detrimento regni tolerari nō possit: Statuerunt et devenerunt unanimiter, iterum Sacre Mti regie humillime supplicandum: Ut Mtas sua ipsam cusionem Monetę ubique tam in terris Prussię q̄ etiam alibi sistere mandaret: Et quamvis Mtas sua regia iam de cessanda ipsa cusione suam benignam & propensam voluntatem declarare dignata sit: tamen qa Illmus do. dux Prussię, ab ipsa cudenda desistere recusat: et indignum videretur, antequā ille cesset, Mtem regiam desistere debere: requirit qs Mtas sua consilium qua ratione ille contineri deberet: Omnium unanimis

52

est sententia: quod cum neque Illmus Princeps: neque regie Civitates in Prussia ullam unquam aliam facultatem habuerint, neque habeant Monetam, equalem monete regni: et que a regnicolis recipi deberet, cudendi, nisi a Mte regia novissime concessam: Sua vero Mtas ut ex iure regni ipsam facultatem Monetam cudendi nonnisi de consensu et decreto Senatus regni sui habeat: neque illam sibi Mtas regia ut iustissimus Princeps hactenus usurpavit: ita hac facultate maiorem et ampliorem facultatem aliis concedere iuste non potuit: neque illi eam sibi usurpare possunt, cum id non solum iuribus regni, sed etiam Transactioni et superioritati regie contra ipsorum Jusiurandum et tenorem Transactionis plane repugnaret. Proinde supplicant universi etiam atque etiam ut sua Mtas regia habita ratione tanti detrimenti regni sui, tandem et suam et aliorum quoque omnium cusionem eiusdem monete in regno recipiende, sisti iubeat. et rebelles iure et potestate sua regia coerceat. Porro cum universi regnicole persuasum habeat eam ipsam monetam esse depravatam: et precij equo vilioris, mandare dignaretur Mtas sua Regia tam Prefectos et procuratores rei Monetarie, quam etiam Cives qui illam cudunt, in futuro Conventu regni proximo se sistere, et palam se iustificare: Et interim in principalis locis et Civitatibus probationem ipsius Monete fieri: ne cum antecessores Mtis sue tales excessus et peculatum impunitum non sinebant, etiam magnis regni Proceribus: tum his modernis

Cum Do. Duce Prussie aget Mtas sua, ut et ille quiesset a cudenda moneta, quamvis ipse reluctetur a datis sibi privilegiis recedere.

Viliorem monetam tam in sua, quam in civitatum officinis cusam, quam fuerit constitutum non putat Mtas regia. et moleste fert, quod a suis, clamoribus istis vituperetur. cum ab exteris avide capiatur.

De citandis officinarum Prefectis supervacaneum est. Nam in officina Torunen. prefuerunt probande Monete Consiliarii illarum terrarum. Tamen si aliquid tale ex aliqua officinarum exisse probari poterit, non erit difficile tum vocare eos, qui vocandi erunt, et instituere legitime actionem contra illos.

hoc loco accusabatur Jostus Jodocus Decius Germanus: Consul Cracovien. qui prefectus erat officine Monetarie in Thorunio excuse.

Prefectis et procuratoribus in ea opinione et suspitione hominum existentibus aliqua ob hanc causam sinistra existimatio, graues querimonie, ac demum aliquae turbae inter homines excitarentur: quae hac potissimum ratione sopiri posse videntur.

Ordinē et locum Castellanorū vt a Dnis est cōscript facile patiatur Ma^tas sua, cū sua nil interest, modo in alio Cōmetu, quod raro fit hic ordo ōibus pbetur. Satius itaq̄ censet Ma^tas sua vt hic articulus expectet presentiam Ma^tis sue in alio Comentu.

Et quoniam magna plerumq̄ difficultas cum dominis Castellanis, de locis inter se contendentibus incidere solebat: que et publica negotia non raro interturbabat atq̄ morabatur: et Sacre regie M^ti non parum negotij exhibebat: volentes in posterum ea molestia M^tem suam liberare: presertim cum nunc eius rei conficiende commodissimum tempus nobis fuerit oblatum: authoritate, qua in aliis reip^ce negotiis M^tas sua nos in presens fungi est dignata: Decretum ea de re fecimus, priuilegiis antiquis, consuetudini q̄ antiquitus obseruate inhaerentes ac sua quibusq̄ loca secundum ordinem ~~secundum ordinem~~ hic conscriptum, et secundum quod nobis equum et honestum videbatur designauimus, tribuimus q̄ attribuimus.

Ordo Castellanorum.

A.

- Castellanus posnaniensis.
- Castellanus Sandomiriew.
- Castell Calissiensis.
- Castell Voyniciensis.
- Castell Gnesnensis.
- Castell Syradiensis.
- Castell Lanciciensis.
- Castel. Brestensis.
- Castel Iuniwladislaniew.

B

Castellani

- Leopolien
- Camenecen
- Lublinensis
- Belsensis
- Plocensis
- Czernensis
- Rauensis
- Sandecen
- Medzirecens

.C.

Castellanus

Vislicien(sis)
Landensis
Biecensis
Rogosnensis
Radomien
Zavichosten
Srzemensis
Zarnowiensis
Malogosten
Vielunensis
Premislien
Haliciensis
Sanocensis
Chelmensis
Dobrzinensis
Polanecensis
Osswietimensis
Przementensis
Krziwinensis
Czechowiensis
Naklensis
Rosperiensis
Biechowiensis
Brzesniensis

.D.

Castellan(us)

Crusswiciensis
Bidgostiensis
Camenensis
Spirzinnicen
Inowlodzensis
Cowalensis
Santocensis
Visnensis
Raciasszen
Varssemiensis
Socharzewiensis
Gostinensis
Sieprcensis
Wissegraden
Rippinensis
Zabrorzimen
Czechonowien
Linensis
Conariensis in t(er)ra Syradiensi
Conariensis in t(er)ra Lanciciensi
Conariensis in terra Cuiauiensi
Slonensis.

Qd tam parua sit habita racio periculorum impendentium Ducatui et terris Prussie miratur Mtas regia. quae indicata Dnis, non vanis ducta rumoribus. Domini Prutenj nec portuum Prouisionem habent, neque suis ipsorum se viribus tueri possunt aduersum Cruciferos si quid illi inceptarent. Regnicole vero tam Ducem quam Terras Prussie tueri obligantur.

Ceterum quod attinet Terras Prussie: contra quas, quedam molimina feruntur presertim maritimis insidiis: Supplicandum est Mti regie, vt tam Ill. Dominum Ducem, quam etiam Gdanenses serio admonere et mandare dignaretur: vt portus suos diligenti et oportuna custodia prouideant: quibus bene prouisis, vt id non magno negocio fieri potest: metui non poterit vlla periculosa irruptio. Et cum ipse Terre Prussie nullo re adesse solent regno aduersus hostes alios, saltem ipsi se a suis quibus sufficere possunt domi prouideant et tueantur

Admonebit quidem iterum Mtas regia Do. Ducem: sed ille induratus est in proposito suo.

Placuit autem vehementer omnibus dominis Consiliariis admonicio Sacre Mtis regie, quam facere dignata est ipsi Illmo Dno Duci Prussie, tam de religione restituenda: quam etiam aliis que honori et bono statui eius officiunt: que ab eius Illte non perinde accepta esse vt debuerunt. simul ac ineptas racionnes quibus innititur non probant. Supplicant tamen Mti sue regie vt quorumque modo eius Illtas saluberrimum Mtis sue consilium et admoniciones arripiat: ipsa nichilominus ab officio pii et Christiani principis dignetur non desistere, salutarem agens medicum, qui egrotorum proterviam, dum oportuna adhibet remedia non attendit

Cum dno Duce, de termino Limitum, et de adiungendis ei proceribus Polonis Mtas sua conveniet quando ille petet.

Offerent etiam domini Legati Sacre Mti regie Legationem ipsius Illmi Do. Ducis. quam habent in Commentu, et supplicabunt Mti sue regie, vt,

quemadmodum eius Illtas postulat dignaretur Mtas
sua et terminum Limitum, et aliquos dominos ex
regno, qui illi adessent, designare, et illi per lras
suas declarare

Data iam erat instructio D. Comissariis: et item repetere quis omnino prescribi non potest, quid faciend sit ad allegationes nondum cognitas. In Conuentu potius illo captandum erit e re nata cosilium

Item quia rursus instat Conuentus cum dominis
Slesitis habendus, ad differentias et inimicias utrimque
componendas: petenda est Sacra Mtas regia, ut eos
dominos qui ad Conuentum istum ituri sunt instruere
dignaretur quid faciendum erit ubi isti qui hostili-
tatem regno indixerunt, perstabunt in sua sententia
quam in aliis Conuentibus preteritis declararunt,
neque ab illa dimoueri poterunt. exigentes videlicet
pro iniuriis suis quas pretexunt non solum magnam
pecunie summam, sed etiam annuum a Mte sua
regia stipendium. Que conditiones et indigne et
intolerabiles videntur.

Quod articulos nunciorum Domini non expenderunt prius: neque consilium super his habuerunt, auxerunt et labore et difficultate Mti sue regie.

Postremo Mti sue articulos a nuncijs Terrarum
Dominis Consiliarijs oblatos reddent, et declarabunt
in hijs esse petitiones terrarum varias: quas dni
Consiliarij neque legerunt, neque expenderunt, volentes
quidque absque Mte sua de illis diffinire. Sed neque
tempus erat idoneum et sufficiens ad illos excutiendos
citra negotii defensionis remorationem. sed sic, ut sunt
oblati, ad Mtem suam, non inconsulto remittendos
censuerunt. Supplicando, ut Mtas sua pro sua prudentia
cum domini Consiliarij hoc tempore in Conuentu fu-
erint pauciores, quod ut illis recensendis deligendisque
sufficere possint, ipsa singulas cuiusque terre petitiones

expendere, in illis q̃s quae secundum Jura &
privilegia regni sunt: aut alias iusta et honesta,
Mtas sua regia, illa admittere dignetur, ne ta:
libus non impetratis difficiles et turbulenti
reddantur futurorum Conventuum successus

Dabuntur literae ac mandata ad Capi: taneos in neg° fidei, imo et de hiis qui sunt apud Luteranos.

Quibus dictis & redditis, verbis q̃ poterunt orna:
tioribus Mti suae regiae nomine omnium ordinum
supplicabunt. ut Mtas sua, sicut Catholicus
princeps, lris ad Capitaneos locorum datis, se:
vere mandare dignetur, quo Statuta et decreta
pluribus antea actis annis et Conventibus contra
Censuris in sordescentes, ac ^im probos homines, qui
hereticis dogmatibus sunt infecti: edita, summo
vigilantia et cura exequatur. Nec permittant
ut publice vel privatim temere de religione
disputantes plebem erroribus et perniciosis ser:
monibus inficiant. Nam domini Consiliarii
audierunt in aliquot insignioribus locis, recens
exortos audaces et malignos levarum sciolos: qui
palam non solum in religionem et ritus ab
universali Eccla approbatos: sed etiam in Mtem
suam, et clerum famosissimis libellis, sunt
impune inverti, et summo conati studio: ut in
praecipuis Civitatibus plebem ad seditionem pro:
pensam, quovis modo in malam de religione sen:
tentiam pellicerent. et deinde aliquam p̄ sua
libidine perniciosissimam seditionem rerumque et
quietis consiliis noxiam excitarent. quae nisi
prudenti et severo antevertantur consilio, sint

Ad Gdanenses missi Comissarij

procul dubio aliquam grandem regno perturbationem allatura. Quemadmodum iam Gdani eo res spectare videtur operario quodam Pancratio Monacho Sancti Dominici Concionatore perniciosissimo. Unde q[uam] celerius esset huic malo occurrendum severioribus Mandatis ad Consulatum Datis. ne noviss[imus] error fiat peior priore.

Contributiones in Conuentu Petrcouien ad diem S. Andree 1534 acto decrete.

Rege tunc Vilne agente

Sigismundus primus Rex Polo

Vniuersis et singulis Eccaris et secularibus Consiliariis regni nri, ceterisque Subditis nris, quibuscunque tam titulis quam Ciuitatum et oppidorum Honoribus et officiis insignitis, ad quorum notitiam presentes lre nre peruenerint: presertim in Palatinatu . N. et districtibus eius consistentibus: sincere nobis dilectis gratiam nostram regiam. Rmi ac Rdi in Christo patres ac Magnifici Generosi Nobiles famati et prouidi fideles sincere nobis dilecti. Cum videamus regnum nrum propter vim et impetum hostium pene quotannis predam et populationes in eo agentium: ad eam usque necessitate deuenisse. ut quolibet anno noui consilio ad arcendos hostes ipsos a finibus iam attritis et depopulatis indigeat: Generalem Conuentum gnalem in Piotrkow pro die S. Andree Apostoli proximo: commiseramusque ut in eodem Conuentu constitueretur per Prelatos proceres et consiliarios regni, terrarumque nuncios, ad annum presentem talis defensio, que oportuna et sufficiens videretur. Tandem in eodem ipso Conuentu vnanimi omnium consensu et decreto sunt infrascripte Contributiones ad annum presentem instituta tam pro defensione regni, quam pro Suppetiis Magno ducatui Litvanie ferendis. Quas nos ratas et gratas habentes. omnibus in vniuersum demonstramus et declaramus.

Inprimis est decretum, quod Coloni seu kmetones omnium villarum tam nrarum regiarum: quam Spiritualium et Secularium subditorum nrorum, in toto regno nro de singulo manso seu Lanco possessionato "Sedecim grossos: de medio lanco:" octo grossos: de quarta ~~media~~ parte Lanci, quatuor grossos: et reliquum de quantitate Lancorum, secundum antiquas quittantias: ad duas temporum rathas infrascriptas soluant octo grossos videlicet pro dominica Judica: a qua solutio illarum inchoari. et ad dominicam Conductus Pasce in totum ~~per omnes inchoari~~ terminari et finiri debet: et octo grossos pro festo S. Bartolomei proxime futuro.

Nobiles vero qui colonos seu Lancos non habent. soluet quilibet eorum de quolibet lanco seu manso decem grossos duntaxat pro vtraque ratha predicta: quinque grossos videlicet pro prima ratha predicta: et alios quinque grossos pro secunda ratha. hoc est pro festo S. Bartolomei proximo.

Illi vero Nobiles qui predia et non lancos habent: computatis huiusmodi eorum ~~Lanci~~ prediis in lancos seu mansos: pro vtraque ratha, de quolibet lanco seu manso quinque grossos: De quarta parte lanci duos cum medio grossos. et reliquum de quantitate Lancorum.

Ubi vero tres aut quatuor Nobiles pauperes unum laneum colunt, solvent iidem simul de huiusmodi uno laneo etiam pro utraque ratha decem grossos. Ex quibus quisque illorum solvet secundum quantitatem agri et portionis Lanei seu mansi, medietatem videlicet pro prima rata ad dominicam Judica, et altera medietate pro festo S. Bartholomei proximo.

Similiter Advocati et Sculteti, Colonos seu kmetones non habentes solvent de suis Laneis per duodecim grossos. Advocati vero et Sculteti kmetones habentes, nihil solvent, verum ipsi kmetones eorum: quemadmodum Dominorum et Nobilium kmetones, contribuent de quolibet manso seu Laneo XVI grossos, ad duas temporum rathas suprascriptas.

De crescentiis autem observetur antiquus modus. Nihilominus duo kmetones illius villae ubi decreverat, iuxta suprascripta tenebuntur.

Civitates et oppida tam nostra regia quam spiritualium et secularium subditorum nostrorum in toto regno nostro, Exactionem Ssoss unam integram, cum tercia eius parte iuxta antiquas quittancias contribuent, Cuius exactionis una integra pars solvetur pro prima ratha dominice Judica: Tercia vero pars contribuetur pro die S Bartolomei proximo.

Inquilini Civitatum qui Ssoss non solvunt a civibus, Et Laici Septimanatim laborantes, sex grossos anno presenti solvent, per tres grossos pro utraque rata: Viduis pauperibus et orphanis exceptis.

Que autem civitates et oppida immunitates a simili exactione habent, hee nihil solvent. Idem de villis vastatis, exustis, libertates habentibus que censum dominis eorum non solvunt, est intelligendum.

Czopowe Cervisie, vini, medonis, Malmatici, Muscatelli in Civitatibus oppidis, ac Tabernis villarum tam nostris quam subditorum nostrorum spiritualium et secularium, incipiendo a festo Annuntiationis S. Marie proximo, per integrum annum, a singulis Corticis Cervisie more solito solvetur, Ex quibuscumque Braseis, eadem Cervisia fuerit cocta, sive Brasea ipsa sint civium et dominorum ex molendinis proveniencia et emensurata sive domi facta: Item etiam a Cervisia quam Nobiles ex Braseis suis coquunt, et illam dant ad propinandum suis Tabernatoribus, absque Cervisia contributorum ducillorum quisque Tabernator per sex grossos solvent.

Item a Cerevisia externa, puta Swidnicen Thessinen, Glogovien
Bernensi, et alia quacumque, Contributio Czopowe solvatur

Nobiles vero, qui pro suaipsorum domestica potatione et usu proprio coqui Cerevisias faciunt in civitatibus et oppidis: ab ea Contributione Czopowe non solvant. Cum autem dant illas suis aut alienis Tabernatoribus ad propinandum, ab ea Contributione ipsi Tabernatores solvere tenentur.

Tabernatores hereditarii, sive sint dominorum sive advocatorum et Scultetorum, qui agros habent, ab illis Contributionem solvant iuxta agrorum quantitatem: hoc est de singulo Laneo seu manso pro prima ratha gr. octo: De medio Laneo gr. quatuor. et reliqui de quantitate Laneorum. Pro secunda vero ratha solvant alios octo grossos: De medio quatuor gr. etc. Iidem tamen Tabernatores Contributionem Czopowe a singulis Cortaris Cerevisie solvere erunt astricti.

Alii autem Tabernatores manuales, qui ad vectigal Cerevisias propinant octo grossos duntaxat ad duas rathas solvant: pro qualibet ratha per grossos quatuor. Et hii Contributionem Czopowe non solvent, cum non coquant Cerevisias: sed aliunde illas ad propinandum adducant.

Molendina omnium villanorum tam nostrorum quam Spiritualium et secularium subditorum nostrorum, quae Poiszrzebni vocantur, manuales molendinatores habentia, a singulis rotis sex grossos solvent. Que vero molendina deserta sunt, et in eis frumenta non moluntur: illa nihil solvent.

Hereditarii vero Molendinatores, et Folusze, ex singulis rotis quae Valne dicuntur, xii grossos persolvant ad primam ratham grossos octo. Ad secundam vero grossos quatuor

Molendina Brasalia et Hereditaria, aquatica et equestria in omnibus civitatibus et oppidis more solito taxata, Contributionem unam integram, cum tertia eius parte, quae Sswoss dicitur, videlicet unam integram pro prima rata: Tertiam vero partem ad secundam ratam: pro die S. Bartolomei proximo.

Quorundam autem molendinorum nostrorum tertia mensura Capitaneis nostris de mandato nostro permissis in eis residentibus ad nostram voluntatem ex illis nihil solvi debet.



Minerarie vero officine atque ferrum facientib, et serre hereditarie ex singulis rotis. XII grossos solvent. Annalib autem officine minerarie: et Similiter annales serre, seu conductitie, a quatlibet rota grossos sex solvant, tres grossos pro prima, et alios tres grossos pro secunda ratha.

Molendina ventilia hereditaria, octo grossos, Annalia vero sex grossos solvant ad duas temporum rathas suprascriptas medietatem pro Dominica Judica. Alteram medietatem pro festo Sancti Bartolomei.

Sacerdotes Rutheni qui Popones dicuntur: a singulis Ecclesiis et Synagogis eorum, mediam Sexagenam grossorum persolvent. Protho popones vero atque Namiestniky per duos flor. in moneta solvant.

Valachi ex singulis laneis integris si illos habent, aut ex areis que Dworziscza dicuntur: grossos XII persolvant. Et qui agros non habent, a singulo Centenario ovium similiter octo grossos solvant: quatuor pro prima: quatuor pro secunda rathis.

Judei omnium terrarum regni nostri, tam de Mansionibus singulis atque od gruntoff quas inhabitant, quam etiam de omni re pecuniaria et mercantiis, quascumque et ubicumque habuerint, a quatlibet marca pecuniarum: per grossos duos solvant.

Ut autem predicta ordinatio in exigendis Contributionibus suis debite executioni demandetur, generosum .N. in palatinatu Posnaniensi: Exactorem constituimus. presentibus quem etiam nos exactorem constituimus et mandamus ut in manus suas pro designatis temporibus easdem Contributiones persolvere curetis. Vobis vero Capitaneis quorum interest, mandamus, ut prefato Exactori nostro pro rathis et temporibus suprascriptis, sub penis ad hec constitutis absque ommissione mora et dilationis interventu per eos ad quos pertinet de dictis Contributionibus respondere faciatis, et per vos ipsos ipsi respondeatis. ~~Et ne quispiam~~ Et negligentes in solvendo et contumaces per pignorationes et alias penas solitas ad solvendum cogatis. Pro officio vestro et gratia nostra.

Datum Vilne die Sancte Agnetis .1535. Regni nostri anno 28.

Scripte sunt etiam lre super Czoporowe stilo et more consueto. quarum exemplar in prioribus libris crebrius inscriptum est

Scripte et misse contra lre ac mandata ad Capitaneos locorum fuerunt: Ut lras super Contributionibus emanatas publicarent

Exactoribus etiam misse lre Contributionum: Ut ad eorum conscriptam Contributiones exigerent: et ad Thesaurum regium inferrent

Archieps et Episcopi Regni Polonie in Conuentu petrcowien congregati.

Petro Tomiczki Epo Cracc. Vicecancell°.

Rme in Christo pater et domine frater in Christo charissime et honorande. Precamur vre Rme D. sanitatem plenam, et omne bonum, eandemqz ex fraterne charitatis abundancia visemus, et plurimum dolemus q vra Rma Do. ab hoc nro generali Regni Conuentu, aduersa valetudine impedita, absens fuerit, cuius personam vtilem fuisse, tum Regni negociis, tum Ecclesiasticis. Non dubitamus quia ita euenit dei permissione, equo animo ferendum est. Ne tamen ignoret vra Rma D. quo exitu Conuentus absolutus sit, vre Rme D. significamus. Ad pro defensione et subsidio Dominis Lithwanis feren. agri de laneo soluen grossos Sedecim contribuen instituimus, cum Ciuili exactione et Czoporoe, sicut ex lris vniuersalibus vra Rma Do. intelliget. At nos, ne omnia irritum fierent, coacti sumus consentire, vt Contributio Mti Regie pro redimendo Busko data in hunc vsum faciendi subsidij Dominis Lithwanis impenderetur. Cumqz mira et importuna instigatione vrgeremur, pro alia Contributione danda more solito, rem in aliam Synodum reiecimus, nichil nos posse asseren clero imponere, sine eius consensu, duabus nempe Septimanis luctati sumus, nos opponen. vt nichil noui in nos cuderetur. Quia vero ita factum est vra Rma D°. boni consulat. Si vero Busko fuisset diu exempta, non habuissemus tantas pro Contributione instan. Et qm Contributio ipsa in deposito Crac habetur et nos eandem Sacre Mtis Regie arbitrio commissimus: Vre Rme Dni erit de eadem Sacre Mti respondere et eandem extradi facere facere. Ad quod facienḋ nos consentimus. Vestram autem Rmam D. beneualere optamus. Cui nos fine comendamus Ex Conuentu

Piotrkoviensi Decimanona Decembris. Anno domini M.D.XXXiiij.

Petrus Tomicski Eps Cracc. Vicecancell.
Mathie de Drzewicza Archiepo Gnesnensi
Primati: Legato nato.

Rxme domine, frater charme et honorande. Non possum non vehementer amare amorem Rxme D. vre in me, quo impulsa non solum crebras ad me mittit lras, sed et servitori suo me visendi onus imposuit, ipsa munus id obitura, nisi gravibus causis, de certa iam et plane deliberata animi sui sentencia depulsa est. Credibile non est, q grata michi accidat tanta benevolentia R. D. V. tantaqz de salute mea et incolumitate cura. Sed et illud magna cum voluptate legi, nullo cum tumultu, summa quiete et concordia, transacta iam esse Comicia, tantaqz cum felicitate facilitate, non solum ad ea conferenda, quę ad Regni nostri defensionem pertinent, consensum esse, sed et Dnis Lithuanis suppetias latas. Mirum in modu hæc tanta nostra in illos propensio et humanitas michi probatur. Videtur enim ad adiungendos eos nobis, et arctiori quodam necessitudinis vinculo copulandos plurimum momenti allatura, tum precissa ipsis erit omnis dubitatio, nos quoqz si quando usus ferat, simili ratione adiuvandi. Quod vero spectat ad nostram Contributionem, non video qui fieri possit, salva æquitate, in alios ut ea usus convertatur, q in quos fuit ab initio designata. Michi ea de re nihil nisi cognita et perspecta cleri sentencia et voluntate agendum videtur, quem in quevis alia potius discessurum arbitror, q ut iterum, nova se pecuniæ collatione gravari patiatur, ne si durioribus se legibus ipse astringat, q quæ sunt omnibus

aliis ordinibus imposita neminem postea alium q̄ suam ipsius possit imprudentiam accusare. Iniquum ei proculdubio videbitur, cum nobilitatem universam, ne teruncium quidem de suo conferre videat, sed pendendae peccuniae onus omne ad Colonos recidere, cui oneri ferendo, Coloni n(ost)ri exempti non sunt, se nichilominus qui tot Legum et Regum beneficio tantis est donatus immunitatibus, ad ea ferenda alligari, quae prophanus ordo non fert. Sed haec exitus rei declarabit.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Spitconi de Tarnow Castel. Radomien
Regni Poloniae Thesaurario.

Magnifice sincere nobis dilecte. Non probatur nobis q(uod) in Conventu generali proxime preterito, non fuerit subducta ratio futurae Contributionis, nec est expensum, quantum illa reddere poterit, priusq(uam) in publicum sparsum sit, de numero suscipiendorum militum tam pro suppetiis Ducatui Lithwaniae ferendis q(uam) in presidiis terrarum Russiae collocandis, et q(uia) cautum non sit nobis rem adeo publicatam immutare, nisi velimus q(uod) non libenter facimus subditorum n(ost)rorum odia in se concitare. Nos tamen hoc faciemus, q(uod) ea in re salubrius censuerimus. Q(uo)d autem attinet solutionem integri stipendij militibus, qui servierunt in Russia, quis mediętati illorum in secundo q(ua)rtali fuisset missio denunciata.
Tum deinde de suscipiendis Quingentis equitibus ante vernum tempus, ad presidia terris Prussiae, idq(ue) ad rationem retentarum peccuniarum publicarum Contributionum anni proxime lapsi: Nos incognitum haben(tes) quantum id sit, quod retentum est, certam etiam informationem prescribere non possumus. Proinde ne qua

fiat mora rei bene gerende Comittimus. Sti tue, vt commo:
nicato, cum primoribus et consiliariis Regni nri Consilio cu
quibus ea de re vel per lras, vel mutuu congressum communica:
re poterit, ex illoru et suo arbitrio, in his rebus hoc faciet. S. tua
quod regno et dominiis nris vtilius visum fuerit, et si etiam
vtrumqz de retentis pecuniis absolui poterit, nobis placeret, et
ad eum modum. S. tua, se in rebus prescriptis geret. Dat. Vilne
in vigilia purificationis sanctissime Domine nre. Anno Domini
Mo Do. XXXV. Regni nri anno XXIXo.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Spitconi de Tarnow Castellº Radomien
Regni Polonie Thesaurario

MAgnifice, sincere nobis dilecte. Proficiscitur Cracouiam iussu nro Ge:
nerosus Iwan Curie Lithuanice Thesaurius nr, qui numeratu:
rus Stipendium Centurionibus, et Comitiuis futura æstate, pro
pecuniis istius hic Ducatus militaturis. Proin iniungimus Sti
tue, ita habere volentes, vt pro inicio quadragesimæ instantis
in Ciuitate Crac tua S. sit, et eund Thesaurarium istic expe:
ctet, eumqz consilio suo in erogandis pecuniis Lithwanicis adiu:
vet, efficereqz curet, vt pfecti Comitiuarum, sine difficultate
monetam Lithwanam, secundum eius valorem capiant, sicuti
superioribus annis, alij, qui hic nobis militarunt accipiebant.
Quod si aliqui ex Centurionibus et præfectis Comitiuarum,
ad quos lras nras dedimus, per Stem tuam transmittendas
non possent vel nollent, munus eis per nos delegatum suscipe:
re, curabit. S. tua in locum talium, alios idoneos, et in re mi:
litari peritos, et probatos surrogare, communicato consilio cum

Magco Pallatino Russie, si tamen ille ex Vngaria rediit. Ad quem, tam de hoc quam de praefectura, super gentibus mercenariis ad quam eum vocamus, ante mensem literas dedimus, et responsum ab eo expectamus, vt sciamus in tempore, si de alio eis gentibus preficiendo necessitas nobis incubuerit, vbi ille prouinciam iniunctam recusauerit suscipere. In reliquis S. tua iuuabit, opera et consilio dictum Thesaurarium nostrum. Secus non factura S. tua pro officio suo, et gratia nostra. Dat Vilne ii Februarii Anno domini M° D° XXXI°.

Sigismundus primus Rex Poloniae.
Spitconi de Tarnow Castello Calissien
et Regni Polonie Thesaurario.

Magce Sincere nobis dilecte. Iam nos deficiunt pecunie Thesauri Polonici, quas S. tua anno superiore nobis miserat. Ideo iniungimus eidem, vt quam primum huc nobis mittat, cum famulis suis, quattuordecim millia florenorum, per triginta grossos florenum computando monete Regni nostri. Quia designauimus tempus dandis pecuniis eis militibus, qui pro suppetiis huic Ducatui nostro in Conuentu generali Decreti, et istis hic primoribus promissi sunt, principium quadragesimae, et indicauimus Rmo domino Archiepo Gnesnen, vt quemadmodum ipse cum aliis Epis in dicto Conuentu, promiserit pecunias Contributionis in redemptionem Bosko compositis in eam necessitatem se daturos, easdem in manus S. tue dari et deponi curaret. Proinde S. tua tam de hac pecunia Contributionis Cleri quam de sex millibus ex publicis Contributionibus, preteritorum annorum resultantibus, sed pro mutuo nostro nobis debitis, S. tua mille equitibus ibi Cracouie, per octo florenos breues, pro quolibet equite, et quingentis peditibus cuilibet per quatuor florenos similes dari et numerari faciet. Centuriones vero eius

militiæ suppetiarum, declarabit S. tuæ Mag^cus Castellanus Calisiensis. Deinde prouidebit S. tua, vt in oppido Lyro vbi huiusmodi suppetiæ scribentur et recensebuntur, pro Dominica Conductus Pasche residuu primi quartalis. hoc est equiti cuilzt per duos florenos breues, et pediti, per vnum similem stipendium exoluatur. Pro Mag^co Andrea de Gorka Castellano Calisien. supplicarunt nobis Nuncij ex Comissione Conuentus generalis Piotrkowien, a quo missi erant, vt eum ita prouideremus, ad hoc obsequium proficiscentem, sicuti prouideramus Mag^cum Comitem Tarnowien, quando illum cum suppetiis in Vngariam allegaueramus. Quia tamen et illud quale et quantum fuerat, memoria non tenemus, et Contributiones laudatas, videmus tantis impendiis non suffecturas. Non potuimus in presens aliquid certi ea in re decernere, erit igr S. tue officium. Imprimis ex libellis rationariis thesauri nri inuestigare prouisionem, q Mag^co Tarnowien fecimus in Vngariam, et demum tam de ea q de Consiliariorum nrorum, super prouisione Mag^co Castellano Calisien facienda consilio et sententia, atqz etiam de arbitrio suo, quid dandum illi censuerit, quantocius nos certiores reddere curet, pro officio suo et gratia nra. Dat Vilnæ ipso die purificationis Sanctissime dominæ nræ Anno domi M^o. D^o. XXXV°. Regni nri anno XXIX°.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Spitconi de Tarnow Castello Calissiensi
Thesaurario regni Poloniae.

Magce dne frater et amice charissime et hodan. Accepi lras Mgcie vre, quibus declarat datum sibi esse in mandatis, a Mte Regia ut Contributionem Ecclesiasticam, quae in Ecclesia nra Crac asseruatur, et quae in subsidium contra Moscos, reip: magni du:catus Lithwanie est promissa, militibus, vel eorum Capit. et du:cibus distribueret. Ego etsi sciam aliud fuisse de ea con:tributione primum institutu, totius Ecclesiastici ordinis, q quod nunc aliqui Dni Epi decreuerut: Quia tamen non ad me vnum pertinet, hanc rem in ipsis accusare: Quando eam voluntatem et mandatum esse Mtis Regiae, Magcia vra scri:bit, de qua et dominus Archieps Gnesnen lris manu sua scriptis testificatur; Ego contributionem tradi in manus Mgcie vre iussi, de qua re ad dnos prelatos, et Canonicos Ecclie mee scripsi, et lras meas per celerem nunctium meu ad eos mi:si, volens vt illi ea in re iussa mea absqz mora exequantur. Id quod illos non dubitamus absqz vlla renitencia esse facturos.

Quod vero congressum meum cum Magco domino Castellano Cracouiensi, et Magco domino Palatino Russiae, deniqz et cum Magcia vra attinet: Vtcumqz votis omnibus exposce:bam, vt ad meum hoc oppidum, Mgciae vre, hospites grati et insignes descendere dignate fuisset, Quia tamen id valetudo Magci domini Castellani Cracouiensis ex longo et difficili itinere fessa postulare videtur, vt labore longi itineris non grauetur et Magcie vre rationes in officiis Regie Mtis et Reipublicae

implicate exposcunt, ne procul nunc a Cracouia absit. Decreui Visliciam, vtcumqz non satis et ipse firma valetudine subnixus, descendere, et illic ad hunc proximum diem sabbati aut solis venire, vbi aduentum Dnorum praedictorum et Magcie vre expectabo. Quibus hoc Magcia vra declarare velit: Et et me quod facit amare, valeatqz interim felicissime vra Magcia. Dat in Bodzanczin XXI Februarii. Anno domini. M° D° XXXV°.

Tomicius Eps: Capitulo Cracouien

Venerabiles domini fratres in Chro charmi. Fecerat nos quidem certiores Rmus dominus Archieps, ex sua et aliorum dnorum Episcoporum sentencia et voluntate, fuisse proximis hisce Comiciis decretum, vt peccunia a Clero collata, quae in Ecclesia istic nra deposita est, in stipendia militibus erogaretur, quorum nunc delectus habetur, vt quod, iisdem in Comiciis Magnoducatui Lithwaniae promissum est subsidium, mature mitti posset. Nos vero cum sciremus in alios vsus eam peccuniam collectam fuisse et destinatam, neqz factum dnorum Eporum, qui vt in alios, quam in quos destinata fuit vsus converteretur, consenserunt, probare potuimus cum de hac re transigendi, absqz nro et aliorum Eporum, Clerique totius consensu, ptatem habuerint nullam, neqz domino Thesaurario primum eam a nobis exigenti tradere voluimus, nisi prius quid facere de ea iuberet Mtas Regia, edocti ab ea essemus. Ecce autem hoc ipso tempore, littere nobis a domino Thesaurario reddite sunt, in quibus a Mte regia mandatum se scribit accepisse, vt eam peccuniam a nobis accipiat, et in conscribendos milites expendat.

Hoc ipsum lris suis D. Archieps testificatur, eademqz de re scripsis: se ad se Mtem regiam significat. Cuius voluntati nos refragari equum non est. Quamobrem peccuniam contributionis omnem D. Thesaurio cum primum postulauerit, isthic tradetis, accepta tamen ab eo prius syngrapha, qua eo nomine neminem amplius petiturum vobis caueat. Nos nro officio functi sumus, futurumqz est, vt omnis huius facti inuidia in eos transferatur, qui inscientibus nobis, et ne per somnium quidem cogitantibus, aliis vsibus peccuniam addixerint, quam in quos ex cleri totius voluntate, initio collata fuit et coacta. Optamus demum D. vras bene valere, et earum orationibus nos commendamus. Dat. ex Arce Bodzanczin die XX Februarij Anno Domini M°. D°. XXXV°.

Tomicius Eps. prælatis aliquib3 ecc Craccouiensis.

Non habeatis dubitationem vllam de edenda et danda contributione Ecclesiastica ad manus dni Thesaurarij Regni. Cum enim ea est voluntas Mtis Regie, vt eadem Contributio erogetur militibus qui in subsidium Magnoducatui Lithwaniæ de regno mittuntur. Synodus vero Piotrkowiensis decreuit, vt ea ipsa contributio detur Regie Mti, vt illa bona aliqua sua Regia, in terris Russie presertim vero Busko redimeret, et Capitaneo exercituum Regni sui generali vtenda concederet, non licet vobis et nobis Mandatis sue Mtis aduersari, presertim cum Rmi Domini Archieps, et Posnaniensis ac Plocensis Epi. ad hoc quod Mtas Regia nunc mandat, consenserint. Nec dici potest quod ea peccunia Contributionis sit ad fideles manus Capituli nri deposita. Sed duntaxat in hoc

vt cum Mtas Regia iuberet, vos et capitulum nrm illam extraderet. Suscitaremus aduersus nos magnam querelam et clamorem omnium procerum et nobilitatis Regni, si in tanta publica necessitate difficultatem aliquam facere deberemus in danda dicta pecunia contributionis. omneqz odium in nos recideret, quod hiis turbulentissimis temporibus est nobis maxime vitandum.

Sigismundus Dei gra Rex Poloniae
Sbitconi de Tarnow Thesaur° Regni.

Magce sincere nobis dilecte. Quemadmodum aliis lris commisimus S. tue, vt ad locum peccuniarum monete Lithwanice, de peccuniis Thesauri nri ad manus Thesaurarij Curiae nre Lithwanice tantundem numeret, quantum valor summe per eum isthuc portate fert, pro vna Lithuanice monete Sexagena Septuaginta quinqz grossos Polonos computan. Volumusqz vt datis nummis Polonis, Lithwanicos S. tua ab eodem Thesaurario ad se recipiat illosqz nacta oportunitate huc ad nos remittat.
Quod vero attinet stipendium, Centurionibus et aliis militibus numerandum. illud volumus omnibus sine discrimine breuibus florenis, hoc est, per XX octo grossos iuxta veterem consuetudinem solui vti prioribus indicauimus latius. Ceterum cogit nos haec a militibus excitata difficultas diem delectui facien, et dandis nominibus ad Terciam Dominicam post festum Paschatis prorogare et statuere. quod tempus S. tua, Centurionibus et Praefectis Comitiuarum declarabit. Iniungetqz illis auctoritate nra, vt pro illo tempore in locis designatis se omnino sistant et compareant. Quia vero scribendis his qui in subsidium ab ordi:

Andreas de Gorca

nibus Regni nri cum Magco Castellano Calisien mittuntur. locum assignauimus in Lyw. Ideo iniungimus S. tue vt curet, quo Mageus Pallatinus Russiae ad illum quoqz locum pro eodem die aliquem idoneum recensendis militibus et scribendis eorum nominibus deligat et mittat. Reliqua quae pertinent ad eam rem ex sententia conferendam comittimus, tam Magci Pallatini Russiae, q S. tue fidei, prudentiae et arbitrio. Quae cumprimis efficere curabunt, vt sine mora vlteriori milles ipse mercenarius expediatur, et ad tempus ac locum designatum venire non negligat. Factur S. vrae in hoc nobis rem gratam, et Dominiis nostris plurimum vtilem, atqz gratia nra referendam. Vilnae quinta Marcij, Anno domini Mo. Do. XXXVo. Regni nostri anno XXIXo.



Sigismundus Rex Polonie.
Sbitconi Thesaurario regni.

Magce sincere nobis dilecte. Vehementer nobis displicet, q Centuriones nouos modos adinueniant, in constituendo sibi stipendio, cum per nos a veteri consuetudine nihil innouatu sit. Et proinde volumus, vt ab illorum desyderio pendatur Stipendium, quod illis numerari volumus, sicuti alijs semper numeratu est, ys qui in Lithwania militarunt. Nempe floreni breues, quos et nunc eis dari precipimus. Vbi vero ita proterue exigere integrum florenum perrexerint, et aliter militiam suscipere noluerint, extunc designentur alij per Magcum Palatinum Russie, cui in hoc plenam damus facultatem. Quod vero eos qui cum Magco Andrea de Gorca Castellano Calisien militaturi sunt attinet, preter rationem est quod exigunt, ad tria Quartalia anni eis promitti stipendium et equationem monete Polonicae, cum Lithwanica in hoc Ducatu nro, neqz enim ita

fieri consuetum est, neqz nos scire possumus, q diu necessitas pugnandi incumbebit. Et equatio monete non minori damno afficeret hunc Ducatum, q hostis populatione aliqua grandi. Cautiones etiam de futura solutione, peccuniis et non panno aut aureis flor facienda, nec exigebantur olim a nobis, nec honestu est vt nunc quoqz prestentur.

Magco Castellano Calisiensi numerabit S. tua Stipendium ad quinquaginta equites per integros flor. et insuper dabit illi quadringentos florenos. Quandoquidem Magcum Palatinum Russie eodem modo in Vngariam vti scribit S. tua expedieueramus. Adiuget tamen S. tua Comitiue Castellani Callisien eum qui conscribat, atqz etiam exoluat damna, quae eueniant in eadem Comitiua.

De perferendis peccuniis ad Castellanum Calisien, illius cura deberet esse qui accipit. Nam non solemus mittere peccunias ad domum alicuius, tamen hoc permittimus arbitrio et prudentie S. tue, quae dabit operam, vt preter moram omnia perficiantur. Nam celeritate opus habemus, presertim in his quae pertinent ad expeditionem istarum gentium.

De conducendis quingentis equitibus in presidia terris Podoliae, pro vere militaturis, placet quidem nobis Consilium Senatorum Regni nri, Verum quod scribit S. tua consilium suum de committenda praefectura Campestri, Generosis Halicien et Camenecen Succamerariis, non videtur nobis tutum esse, propter multa, quae prospicimus inde suboriri posse. Et proinde censemus sufficere, vt huiusmodi quingentis equitibus Generosus Capitaneus nr Halicien solus preficiatur, et Succamerarius Camenecen. intendat muneri illi per nos iniuncto. Cui commissimus erigere et construere Arcem in Sniathin, et preterea curare edificia meniorum, in Ciuitate Camenecen. Et ideo volumus illum pro futura estate

trecentis ad minus peditibus preficere, vt tanto securius Arcem Sniathinen edificare posset.

De prefectura Campestri certi adhuc nil constituere possumus, ignari quomodo valeat Generosus Castellanus Halicien, cui non pridem ad ipsius petita, incertum numerum Equitum Stipendium promisimus. Nichil tamen ipse de aduersa valetudine sua ad nos perscripsit. In euentum vero, vbi ipse ei prefecture satisfacere non posset, quid nobis faciendum, et quem in locum ipsius sufficiendum censuerit Mag^cus Pallatinus Russie, ab illo inuestigabit. S. tua. et nobis describet. Factura pro officio suo et gratia nra Vilne quinta Marcij Anno Domini. M° D° XXXV°. Regni nri anno XXIX°.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Spitcom de Tarnow Castel
Regni Polonie Thesaurario.

Magnifice sincere nobis dilecte. Ad euitandas difficultates, cum milite mercenario, super moneta Lithwanica, que iuxta valorem suum, estimationem debitam in regno nro non habet. Consultum censuimus vt illis detur moneta Polonica. Proinde comittimus. S. tue, vt de nostris peccuniis tantum monete Polonice det ad manus Generosi Iwachno Curiæ nre Lithwanice Thesaurarij, quantum valor eius summe, quam ipse secum tulit, fert. Nos earundem pecuniarum solutionem hic accipiemus de peccuniis publicarum Contributionum, magni Ducatus nri Lithwanie. Comittimus insuper S. tue, vt ad racionem stipendij Magni^co Palatino Russie similit de nris peccuniis numeret, in moneta Polona, flor Mille Quingentos, florenum in quemlibet triginta grossos computand. Aut si ipse mauolet monetam Lithwanam poterunt ei dari flo:

veni Mille ducenti, ex hiis peccuniis, quas habet thesaurarius nr Curiae Lithvanicae. In reliquis nauabit S. tua diligentem operam, vt quanto citius fieri poterit, milites ipsi absoluantur et ad tempus dandorum nominum se ocius parent. Factur pro officio suo et gratia nra. Vilne quinta Marcij Anno domini M°. D° XXXV°. Regni nri anno XX nono.

Quatuordecim millia florenorum, quae in stipendium Aulicorum nostrorum huc nobis mitti iussimus, retinebit isthic S. tua, aut si iam misit, iubebit redire cum illis, si non procul a Cracouia sint Nam in locum illorum acciperemus hic de publicis Contributionibus solucionem facien nobis earum peccuniarum, quas isthic S. tua in milites erogabit.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Josto Lodouico Decio Consuli Cracouiensi.

Nobilis domine amice charme, et lras vestras accepimus, et que in in eis scripta fuere. priusquam ee nobis reddite essent intelleximus. Fuit nobis ea res magno dolori, in tanto consessu clarmorum virorum homines harum rerum imparatos, ea proponere ausos, que non ad vestrum solum, sed ad multorum etiam aliorum magnorum virorum dedecus et contumeliam pertinere videbantur. Neque autem nobis id fuit dolendum maxime, fuisse qui hec ad Senatum regni referet, sed recepta esse eadem et approbata a Senatu, id vero et mirari satis non potuimus et tulimus certe grauissime. Proximis quoque Comiciis anni superioris hec eadem proposita et tractata fuerunt, sed non pari vt nunc accepimus acerbitate. Quibus cum nos interessemus, honori vestro et dignitati non defuimus, atque

eorum argumenta ratione nra facile refutauimus. Quamq ne hys quidem Comiciis, in eam quam isti voluerunt sententiam, Senatusconsultum factum est, Nam eorum acerbitas, Decreti lenitate, mitigata est, ita vt ex eius exemplo, quod heri ad vos misimus iam proculdubio cognouistis. Ea que ad omnes regni ordines perscripsistis, in fame et existimationis vre defensionem, valde nobis probantur, quibus si quando vsus venerit, vti poteritis. Nuc vero non putamus esse necessarium, ipsi vt ad Mtem regiam vos conferatis, precipue cum paucos post dies collocande sint vobis filie, poterit satis commode per nunctium id negocium transigi: qui si prior Mtem regiam de toto hoc negocio certiorem fecerit, atq recte informauerit q oratores ex conuentu regni generali designati ad eam perueniant. magnu id adiumentu cause vre allaturum speramus. Neq enim periculum est vllum. ne aut ante Regie Mtis aduentum, aut priusq anni futuri Comicia habeantur, eadem causa in disceptationem veniat. Quare non videmus cur sit tantopere festinandum. Nichil dubitamus quin magnum vobis dolorem inusserit maleuolentia ista hominum, qui nullo vro merito contra famam vram et existimationem veniunt: Sed meminisse vos oportet, multis id magnisq viris, de regno, deq republica bene meritis accidisse. Non sunt nobis longius exempla petenda, Tenetis proculdubio memoria: Patronus et benefactor vr Ioannes Boner Zupparius Crac, bene de regia Mte et regno nro meritus, quantos impetus quorundam sustinuerit, qui euersum eum fortunis suis omnibus cupiebant. irriti tamen cecidere conatus eorum. Vixit ille dum vixit bene, quis orbus esset liberis, nil tamen rei eius familiari nocitum est. Idem erit vestre quoq nunc cause exitus, nam vt nunc sunt tempora. sola miseria caret inuidia, longe tamen prestat inuidiosum esse q miserabilem De nro erga vos animo, non est quod dubitetis, semper fauimus honori vestro, eumq summo studio propugnauimus

& deffendimus, neq nunc nri futuri sumus dissimiles, atq adeo maiore cura in vri deffensionem incumbemus. Nam & vra causa cupimus, & equitatem nobiscu facere videmus, quam nobis sempee tuendam existimamus Ex Kielce XXV Januarij M° D° XXXV.

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Poloniæ.

SAcra Regia Mtas & domine clementissime. Post seruitutis mee et orationum commendationem. Cum allatum est ad me. S. Mtem vram ex tumore pedis sinistri in genu laborasse incredibilem animo cepi dolorem, cuius tamen per magnam sensi alleuiationem, dum non ita periculosum esse morbi genus audiebam, quin Sacra Mtas vra, paucos intra dies, diuina ope et medicorum consilio, recreari ab illo posset. In quam spem vocatus, quis factus paulo essem erectior, non potui tamen omnem animi mei tristiciam et dolorem abstergere, neq michi temperare, quin nunctium ipse meum, mitterem ad S. Mtem vram, qui eam nomine meo inuiseret. Et si bona spes tenet animum meum, iamprid. S. Mtem vram, hoc valetudinis incommodo leuatam esse: tamen vt certius id cognoscerem, atq oculatum recte valetudinis Mtis vre testem haberem: misi seruitorem hunc & scribam meum Jacobum Rachinski, cui dedi negocium, vt verbis meis. S. Mti vre omne obsequium meu et seruitutem atq orones. nunctiaret. atq ineuntem hunc annum prosperum illi et felicem precaretur. Quo deus Opts Max: Sacre Mti vre et longam vitam atq eam incolumem et felicem, deq hostibus victoriam & triumphum concedere

dignaretur. Hec est votorum meorum summa: hec ego a diuina Mte dies noctesqz quibus maximis possum precibus contendere nunq intermitto.

Simulatqz a Rmo dno Archiepo Gnesnen. misse michi sunt lre vniuersales Contributionum ex Comitiis proxime habitis: statim vt officio meo satisffacerem, nulla mora interposita, Cracouiam eas typis excudendas misi. Easdem nunctio huic et seruitori meo, ad S. Mtem vram dedi perferendas. vt eas pro more et consuetudine sua, ad omnes regni terras, tempori transmittere possit. Valde enim ad rem pertinere videtur. vt ea quae conferri debet pecunia, mature exigatur, vt tanto citius Regni et dominiorum Mtis vre necessitatibus succurri possit.

Non puto clam esse. S. Mti. vre, quae in Danie Regno aguntur ad quod Rex Angliae diuitiis atqz opibus magnis preditus magno studio aspirare fertur, et confederatos habere dicitur, Lubucenses, Magistrum nescio quem ordinis Theutonici, Liuonienses, et hostes Mtis vre Moscouitas. Magnum terris Prussie periculum impendere videtur: si tam potentem sint vicinum habiturae. Cuius vt potentia suspecta non esset, tamen in prauis atqz pestiferis erroribus obstinatus atqz obfirmatus illius animus, non mediocriter est pertimescendus, ne simili errorum prauitate, mentes subditorum Mtis vre imbutae. neqz possint a semel infixis animae persuasionibus facile depelli. et vicini freti potentia aliquid rursus noui moliri, nouosqz motus excitare incipiant, fiatqz nouissimus error, peior priore, precipue cum hoc ipso tempore pullulare iam noue apud illos errorum opiniones ferantur, atqz eae multo prioribus pestilentiores: Michi principiis obstandum videtur, ne sero posthac medicina paretur. Solet enim scintilla inicio neglecta, maius postea excitare incendium, quam vt restingui posse videatur. quare

pro mea omnium omnibus ex partibus commodorum et utili:
tatum M. vre cura et vigilantia. hæc ad S. Mtem vram
referenda putaui. quę vt diligent secum perpendat, et excu:
tiat, etiam atq etiam vehement rogo. Videtur enim non mini:
mi esse facienda. Censerem itaq ad omnes terrarum Prussię
ordines scribendum esse, summa cura vt prouiderent, ne quid ex
vicinorum malis Respublica eorum detrimenti caperet viamq
aliquam et rationem excogitarent, qua minus potentem, minusq
sibi metuendum vicinum adipisci possent. Hæc vbi ad eos S. Mtas
vra Mandata dederit, non arbitror eos commissuros, sibi vt ipsi
defuisse viderentur.

Memoria tenet proculdubio Sacra Mtas vra, quantæ controuer:
siæ, quq ardentes inimicicie, planeq hostiles fuerit, non ita prius
exorte inter Senatores terrarum Prussię, et inter dominum Costka
qui eos vt ipsi asserunt, apud Mtem vram capitalium criminu
falso insimulauit, heretq id vulnus animis eorum infixum altius
q vt sanari facile possit. Cui Tragediæ, cum non maximo nego:
cio finis imponi iam potuerit, audio rem infelicem in Regnum re:
ditum Sacre Mtis vre reiectum esse. Michi a Reipce cōmodis
valde alienum videtur, tanta vt odia tanteq inimicicie, tanto
durent temporis interuallo, quas primo quoq tempore sedatas
et extinctas prorsusq deletas oportuit. Quare S. Mti vre supplico
det operam, vt q primum inter eos reditus in gratiam intercedat
Id quod ita demum fieri poterit, si dominus Costka iuxta formula
a Senatoribus terrarum Prussię prescriptam, veniam ab illis erro:
ris sui deprecetur, ad quam rem cito conficiendam, vt eum. V.
Mtas per suum Decretum adigere dignetur, iterum atq iteru
maiorem in modum peto. Putant enim domini Consiliarij
terrarum Prussię ad magnum id nominis sui dedecus et ignomi:
niam pertinere, tamdiu se in hac tantorum criminum suspicio:
ne herere qua se non prius liberatos credet, q fuerit eis a

domino Costhka, in eam quam petunt formulam satisfactum.

Legatio ad Petr. Tomiczki epm Crac. Vicecancell.
a Mathia Drzewiczki Archiepo Gnesnen.
Joanne de Latalice Epo Posnaniensi.
Andrea Cricio Episcopo Plocensi.

Salutatione, visitatione, et recommendatione nomine Rmorum dominorum suprascriptorum, Rmo dno Epo Crac premissa.

Ante omnia. Quod Rmus dns Archiepus Gnesnen. et Epi animo solliciti sunt, quo sua Rma Do. sana et incolumis existat.

Postea nunctiare Commissionem, ac dare eiusdem Commissionis copias Sacre Mtis Regie. suis Rmis D. presentante, occasione Canonicatus et prebende Cracouien nuper per mortem olim Czurilo vacan.

Deinde dicere. Quod sue Rme. Ptes nollent aliquas turbaciones sue Rme Pti in hac sua egritudine, per decretum citacionis contra D. Pileczki, vigore eiusdem Commissionis facere, sed illud summopere rogare, vt sola sua Rma Do. domino felici Navampinski ad peticionem Reginalis Mtis, per suam Regiam Mtem ad illam Ecclesiam Cracouien nominato, quam sua Mtas omnibus suis nominatis voluit et volt prefere, vt ex sue Mtis Lris manu propria subscriptis, sue Rme Ptes viderunt contineri, iusticiam ymo potius gratiam faceret. Et quem dominum felicem alias contra mentem et voluntatem Regie et Reginalis Mtum

venerabile Capitulum Cracovien etiam contra consuetudinem illius Ecclie recipere noluerunt. Quod sue Mtes multum, vt Rmi domini intellexerunt, gravant.

Quare sua Rma. p. summopere roganda, quatinus se conformaret, cum voluntatibus Sacrarum Regie et Reginalis Mtum, et dominum Felicem in hoc Canonicatu pacificum facere dignaretur. Cum dominus Pileczki, vt iunior, pinguius beneficium in illa Ecclia, et fortunam ex gratia Regie et Reginalis Mtum, si eorum Mtibus voluntati obtemperabit, expectare poterit. Quem Rmi domini sacris eorum Mtibus in gratiam commendare et promouere volunt.

Super quibus prefati Rmi domini gratiosum responsum a sua Rma pte petunt et optant.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni de Tanczin Palato Podolie. Belsen
Chelmensi. Ratnensi. Crasnostauen Capito.

Magce domine, amice charissime ac honorande. Accepi lras vestre Magcie, quibus mihi declarat se destinasse huc ad me descendere in suo reditu de Conuentu Piotrkouien proxime preterito, sed cu videret complures dominorum ad me profecturos quoqz fuisse, iter et profectionem suam versus terram Cracouien se direxisse visere me tamen hisce suis litteris, et omnia fausta feliciaqz michi precari. Ego Magnifice mi domine lubens vidissem, vt vestra Magcia prout destinauerat ad me descendisset, gratissimus namqz michi aduentus ipsius fuisset, q vero ipsa mutauerit consilium, et institutum suum, boni consulo, et excusationem vestre Magcie

in eam partem accipio. Ago autem et habeo Mag^cie^ vestrae magnas gratias, q me l^ris^ suis viserit, omniaq fausta et felicia michi precata sit, curaboq illi hoc ipsius in me officium, beneuolen^a^ et gratificatione mea referre. Quod autem attinet querimonias quas scribit v^ra^ Mag^cia^ contra officiales meos in preterito Conventu Piotrkouien esse factas, certo sibi persuadeat vestra Mag^cia^ non subesse vllas legittimas et racionabiles causas, ob quas heipse querimonie fieri iure illic debuissent. Nobilis namq Crampski du erat apud me Cracouie, et petierat se ad ius suum terrestre a Jure meo Eccliastico remitti: p^n^tibus tum quoq Canonicis Ecclie Collegiate S. Michaelis de arce Cracouien, et exponentibus damna ac iniurias suas, quibus ab illo in bonis suis afficiuntur, ego non remiseram eum ad Jus terrestre: neq ad ius Ecclesiasticum, sed cum illo constitueram, vt conuocatis et collectis amicis suis, ad locum differentiarum cum illis exiret, pro certo tempore per me tum prefinito, pro quo ego quoq miseram nonnullos illuc Prelatos et Canonicos meos, qui cum illic exiuissent ad diem prestitutam, ipse ibidem nullas equas conditiones suscipere voluit. spe forte eius querele quam facturus erat, in Conuentu preterito abductus, ex qua quid commodi reportabit, ipse viderit.

De domina Tanczinska Gabrielowa patrua vestre Mag^cie^ ita res habet. Dominus Stashkowski Ecclesie mee Canonicus, instituit sibi actionem in Jure meo Ecclesiastico, propterea q illa prohibet Colonos subditos suos, decimam in horreum ipsius in villa Morawicza conducere quemadmod et alias semper per Colonos eiusdem ville, in qua sita est Ecclia conducebatur. pretendit autem d^n^a Tanczinska aliam esse villam Morawicza in qua ipsa resideret, et aliam vbi esset Ecclesia Par^lis^, quam D. Staschkowski obtinet. Cumq lata esset per Cancellarium meum contra illam Sententia, ipsa ad Tribunal domini Archiepi appellauit, qui etiam haud dubie, non nisi id quod iustu est decernet. Meo iudicio dominus Staskowski culpa va:

care videtur, qui cum sit homo pacificus, et abhoreat plane a litibus, non dubito q et vestre Magcie cognitioni stabit libēter in eo negocio, et quidquid ipsa decreuerit, exequetur.

Quod vero scribit vestra magcia se nesciam, q dominus Vchanski alumnus eius et Magci domini Castellani Cracouien colligeret sibi suffragia ad Ecclesiam Parrochialem in antiqua Brzesko vacantem, votum suum seruitori meo venerabili Alberto kyerski ad eandem Ecclīam ad postulationem meam dedisse, Ego cum idem Seruitor meus, et prius narrauit michi et postea commonstrauit lras dni Vchanski ad se scriptas: Ex quibus apparebat non esse curam aliquam dno Vchanski assequende predicte Ecclie et si quid votorum ab amicis suis consequi posset, id totum se in eum ipsum Seruitorem meum collaturum esse: scripseram ad vram Magciam rogans illam, vt ipsa Seruitorem meum putaret, quod cum illa iam fecerit: egi, et adhuc ago et habeo illi magnas gratias, Sciat autem vestra Magcia, q dominus Castellanus Sandecen putauit ad eandem Ecclīam in Brzesko, dominum Narampinski Ecclesie mee Canonicum, et dominus quoq Taschiezki fultus suo et amicorum suorum suffragiis, contendit filium suum ad illam promovere, Seruitor etiam meus kyerski putatus est ad eam per vestram Magciam, ac per Ioannem Morawietz, et heredes omnes de Musgawa, necnon per Nobiles Iacobum, et Venceslaum de Cotzonowo, heredes. In hac itaq tanta diuersitate patronorum, quia dominus Vchanski fretus suffragiis sibi datis, obtinere vix censet prefatam Ecclīam. satius et consultius faciet, si iure suo Seruitorem meu iuuabit, quod dum ipse Seruitor meus cum suo coadiuuabit, facile alios putatos superare poterit. De qua re ego vre Magcie et dno Vchanski, per Notarium meum, quem ilico post festa hec Natalis domini mittere isthuc decreui, lacius significabo valeat et sit velix vra Magcia meq beneuolen̄a sua prosequatur

Dat in Kielce die Natalis Domini M.o D.o XXXV.o

Petrus Tomicski Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni de Coscielec Castell.o Lanciensi et
Capitaneo Bidgostiensi.

Vrodzoni panie prziaczieliv nasch ossoblivie mili, zwielikassmi zalo:
sczia i zalem mieli a czzili lÿsthi wasche, ktoremÿ nam oznaÿ:
mvieczie o smierczi oÿcza waschego, nieboszczika pana voievodi
Posnanskiego, bo bil dobri a wierni sluga Crolia iego Mczi
pana naschego, i rzeczi pospoliteÿ barzo zieczlÿwi, a nasch vieli:
ki a ossoblivi prziiacziel, dla czegossmi mÿ go vielicze mÿlowali
i za ossoblivego prziiacziela naschego mieli, a thako iesth nam sez:
decznie zal, se schezia iego stego swiatha, a wschakosch gdisch
tho bila wola milego Boga isch gi wszianz ksobie raczil, niel:
za ÿeno spokora czierpiecz i prziymowacz, a iego swianthei mi:
losczi voleÿ sie nieprzecziwicz. Czo sie doticze Starostwa mal:
borskiego, i Schlochowskiego, mi aczkolwiek tho viemi isch dziss
prziczini nasche malo sa platne i wazne, v Crolia i v Crole:
veÿ ich milosczi, bo gdi sia kolwiek ocz przicziniami do ich
milosczi, za prziiaczioli i za slugami naschemi, nigdi gÿm nicz
pomocz i otrzimiacz niemozemi, i owschem vielika zalosczi i
lekkoscz stad mievami, a wschakosch dla nieboszczika pana
oÿcza waschego, i thesch dla proszbi wascheÿ, radzi sie thego
podeymviemi esch prziczina nascha ku Crolewi i kv Crole:
vey ich milosczi za wami vczinimi, a posla naschego wlasne ku
ich milosczi bes omieschkania posliemi, a thako chczieicziete:
go bicz isczi, a pevni, esch wam na pilnosczi ÿ na zieczliwosczi
naschei nicz nieseÿdzie. lecz sie nam thesch tho za potrzebne vi:

dzi abisczie sobie ziednali listhi przyczinne v panow i v miasth Pruskich zwlascza o Marborgh, ktore ony, (mami za tho) esch wam radzi dadza dlia dobrego zachowania, przeciwko giym oycza waschego nieboszczika pana woiewodi Posnanskiego, a ktore listhi wam barzo benda moglibicz na pomoczi, zwlascza o zamek Marborski, bo tho pamiantham dobrze eschbi bil pan Laski przischedl kniemv, bi bil niemial panow Pruskich barzo naprzecziwko sobie.
Czo sie doticze do kvpiewstwa, takzi imi slischemi szecz dzisz v dwora thim barzo schermvya, a niemalem kazdei vzeczi sia dokupvia, czego sia panie boze poszal, ze tako ve czassi na nas przischli, a wschakosch gdisch inaczei bicz niemoze, na sie zda abisczie sie wi thesch wedle czassow sprawowali a obiczaiv tego ktorego sie ludzie dzisieysche go wiekv barzo potrzimawaia, nieopvsczali, ostathek rozvmowi i domislowi waschemv prziposczami, podoba sie nam barzo isz esscze w thich rzeczach swich do Lithwi posłali. aczkolwiek mami za tho isch sie Crolewego milosz vedlie obiczaia swego nievkffapi thi vrzandi roszdacz, bo kielko gynich vrzandow, iescze do thich miasth iego C. Msz nierosdal. A sthym day vam panie Boze then nowi rok szczesni i nawsschem fortunni. Dat in kielce XXVI Decemb Anno Domini M°. D°. XXXV°.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Viceecancell.
Stanislao Borek D. Doctori Cantori Crac.
Custodi Sandomirien.

Venerabilis domine fr in Chro charissime. Heri venit ad nos Nunctius a domino Castellano Lanciciensi cum lris, quibus nobis scribit idem dominus Castellanus Lanciciensis, patre suum dominum Pallatinum Posnaniensem feria tercia in Crastino festi S. Tomae Apostoli subito decessisse, proficiscentem namqz de Conuentu Piotrkowien preterito, in villa quada ad filiam suam, vxorem domini Palatini Plocensis descendisse ingressumqz ypocaustum sedisse, ac paulopost, bis sternutatum, deinde post horas aliquot, expirasse. Curritur itaqz adnos vt intercessiones nostras ad regiam et Reginalem Mtes pro Palatinatu et officiis vacantibus faceremus, quas nos valde inviti, iam facimus, et libenter nos ab eis exoneraremus, multis namqz iam experimentis, comperimus eas esse invtiles, et nullius momenti apud suas Mtes. adhuc tamen eas facimus ne officio et amicis nostris deesse velle videamuz.
Impendatis operam vestram, vt litere vniuersales Contributionu publicarum et Czoporwe cito imprimantur, et posteaq impresse fuerint, eas illico huc ad nos mittatis, quo illas in Lithwania obsignandas tempestiue mittere possimus. Bene valete.
Ex kielcze die Sancti Ioannis Ewangeliste XXvija Decembris. Anno Domini Mo. Do XXXVo.

Petrus Tomiczki Eps Craccouiensis
& Regni Polonie Vicecancellarius

Andree de Oporow Palat° Lancicien

Magce domine amice charme ac honoran. Dolemus ex animo mortem et decessum Magri dni Stanislai de Coszieliecz Palati Posnanien, erat namque precipuus amator Reipublice Regni, et singularis amicus noster, sed cum ea lege nascimur omnes vt tandem moriamur, temperare debemus dolori nostro, equoque animo ferre nos oportet, quod vitare nequaquam possumus, quodque a solius dei nutu dependet, cuius voluntati reluctari non est phas, neque possibile. Quod autem attinet negocium domini Castellani Lancicien, filij prefati domini Palatini defuncti, nos nunctium nostrum ad Regiam et Reginalem Mtes libenter mittemus Supplicatum illis vt habita ratione bene meritorum de Repca Regni, tum pris, tum caeterorum maiorum ipsius, sibi Castra Mariemburgen & Schlochowien in administrationem conferre dignarentur. Vtcumque eiusmodi consecuta sint tempora, vt intercessiones nostre quae olim fuerunt efficaces, nunc apud suas Mtes, nulli amicorum neque Seruitorum nostrorum commodare possint, quas tamen nos non desiuimus suscipere et facere adhuc non iam ob aliud quam vt ne officio nostro deesse videremur, valeat et sit felix vestra Magcia, nosque solita beneuolentia sua prosequatur. Dat. Ex kielce die XXVj decembris M°.D°.XXXV°

Petrus Tomiczki Eps Craccouien
et Regni Polonie Vicecancell.

Sacra Regia Mtas. Perlatum est iam proculdubio ad Sacram Mtem vram de morte domini Stanislai a Cosczielecz Palatini Posnanien qui ex Comiciis rediens, in itinere, apud filiam suam, do. Palatinam plocen. in villa Sokolowo, repentina morte sublatus e viuis excessit. Eius filius Dominus Castellanus Lancicien. simulatqz parentem suum vita functum esse intellixit, misit e vestigio ad me Nunctium suum cum lris, magnopere a me contendens, vt in paternis honoribus assequendis sibi suffragarer eumqz precibus meis, apud Sacram Mtem vram adiuuarem. Non sum nescius preces meas supplices, nescio quo meo merito paru ponderis apud Sacram Mtem vram habere, cuius rei sepe iam feci periculum, cum tocies repulsam passus sim, ea petens, quae ad Regni vtilitatem et reipce commodum pertinere nemo dubitaret. Qua ex re opinione omnium, maiorem animo capio dolorem: non possum tamen tanto studio et contentioni amici mei deesse, quominus voluisse me saltem, si minus potuisse, auctum eum paternis dignitatibus et honestatum planum ei facerem. Quare S. Mtem vram supplex oro, tandem aliquando aliquid precibus mei loci vt det, cum ita de Sacra Mte vra regnoqz illius meritus sum, vt non videar indignissimus cuius interdum peticiones exaudiantur.

Non fugit Sacram M. vram, quanta semper huius familiae, que nullis imaginum claritate vetustateqz cedit, cum in maiores S. Mtis vre, tum in ipsam Mtem vram, regnumqz ipsius, merita extiterit, vt si minus ipse dominus Lanciciensis dignus mai:

iorum suorum loco reperiretur, quo tamen est citra omnem
controuersiam dignissimus, tantum tamen maioribus eius debitu
esse videatur, ~~et~~ vt inde, quod non ei solum, verum et posteris
eius soluendum sit, redundare possit, vt vel hac sola ratione mo:
veri debeat S. Mtas vra, in aliquem ex paternis honoribus filiu
succedere vt velit. Nichil Sacrae Mti vre prescribo. nullu
nominatum officium aut dignitatem peto; clemene munifi:
centieqz Mtis vre permitto omnia, quidquid tam ex gratia
et liberalitate sua concedere dignata fuerit, id vtriqz nrm
tam gratum futurum est, vt obstrictos nos et addictos in per:
petuum S. Mti vre hoc tanto beneficio fore profiteamur.
Erit hoc certe dignum Clemena et humanitate. S. M. vre
vt ad quem summus maeror morte parentis venit, ad eundem
aliquod tamen ex honoris paterni successione solatium perue:
nire velit. Neqz vero nescit. S. M. vra, quantum sit in ar:
ce Margenburgen momentum, q qz sit eius praefectura, non
temere cuiuis mandanda. Queso itaqz Mti vre etiam atqz etia
diligenter vt consideret, cui Castrum id putet committend. opus
est enim viro eiusmodi, qui apud omnes ordines terrarum Prus:
siae, et gratia et authoritate plurimum valeat, quiqz non modo
contemni, a quoqz non possit, verumetiam verendus omnibus sit
et quasi metuendus. Ita est a maioribus S. Mtis vre ob:
seruatum, atqz illi per manus traditum, vt non nisi clarissimis
quibusqz grauissimisqz viris, et summa authoritate preditis, eius
Arcis prefectura mandaretur. A quorum instituto, qnis. S.
Mtem vram non declinaturam certe michi persuadeam,
tamen pro singulari meo erga ~~Mtem~~ vram eiusqz commoda
et vtilitates studio, et diligentia, hec ad illam referenda
putaui. Quare vt peticionis mee equitatem Sacra Mtas vra
cognoscat, meqz ad Reipce emolumentum referre omnia vel
luce ipsa clarius perspiciat: Et si Do. Lancicien honestissime
cupio, successaqz ei vellim omnia, tamen hoc meo in illu

amori dari non contendo, vt si minus Sacra Mtas vra ido:
neum illum propter etatem indicauerit, ad quem huius arcis
tanta cura et administratio deferatur, ei potissimum honorem
hunc mandet, vincat reipcae vtilitas potius, q animi mei in
quemq inclinatio. Sed certe Respubca ipsa si loqui posset
negaret se ab hac familia discessuram, cuius tot et tanta in
se constant merita et beneficia, et si repulsam Dominum Lan:
cicien passum esse videret, neq paterni honoris successore
designatum, non dubitant solum D. Palatinum Calisiensem
eiusq clarme familiae reliquias, dignissimum affirmaret, cui
Arcis, in qua tantum est Regni momentum, custodia et autho:
ritas recte comitti posset. Nam et authoritas illius magna est.
et conciliata sibi habet omnium terrarum Prussie ordinum stu:
dia, et quod ipsum quoq ad rem vehement pertinere puto.
bona illius, terras Prussie attingunt, vt propter vicinitatem
tanto possit facilius Arcis illius cure et administrationi inten:
dere. Quare vtrumq Sacrae Mti vre commendo, ne ve
preteritos eos velit supplico. Pertinebit enim hoc, cum ad
laudem Sacre Mtis vre et gloriam, tum ad non contemnen:
dam regni Reiq publicae vtilitatem.
Dominus Deus seruet q diutissime S. Mtem vram incolumem
ac felicem. Cui me rursus supplicit commendo. Dat Ex kiel:
ce die penultima Decembris. Anno Domi Mo. Do. XXXVo

101

Petrus Tomic. Eps. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Premislien.

Supplico Mti regiæ, vt officia, post obitum Domini Palatini Posnaniensis, vacantia, filio eius domino Castellano Lancicien. et domino Pallatino Calisien. conferre dignaretur, q familia hec et imaginum vetustate clara est, et de Regis nostri maioribus, deqz ipso rege superstite, regnoqz eius semper optime merita. Et quamqz prudentiæ regię Mtis, iudicioqz commisi omnia, michi tamen e Republica esse videretur, vt Marienburgensis præfectura Domino Palatino Calisien: Slochowien vero Domino Castellano Lanciciensi daretur.
Videtur enim michi ille ad tante Arcis curam et administrationem multo magis idoneus, nam ętas maiorem illi adfert authoritatem, et apud omnes terrarum Prussię ordines gratiosus est, et quod ipsum quoqz ad rem pertinere puto, bona illius et possessiones terram Prussiæ attingunt. Quare D. vram Rmam plurimum rogo, vt supplicationem meam, tam equa et honestam Reiqz publicę vtilem futuram, apud Mtem regiam adiuuare velit. Factura est Rma D. vra rem cu mutua coniunctione nra dignam, tum non a me solum, verumetiam ab vniuersa illa familia, omni vicissim amore et beneuolentia referendam. Chrus Do. seruet etc.
Ex kielce penultima Decembris Anno domi Mo.Do XXXVo.

Petrus Tomic. Eps. Vicecancell.
Bonae Sfortiae reginae Poloniae

Nichil dubito quin iam ante Sacra Mtas vra certior facta sit de genere mortis repentino, quo sublatus Mageus D. Stanislaus a Coszielecz Palatinus Posnanien. in viuis esse desiit. Eius filius Dns Ioannes Castellanus Lancicien. magno a me studio contendit, vt eum S. Mti vre comendarem, atque illi supplicarem, vt patrocinio suo apud S. Mtem regiam adiuvare eum dignaretur, quo in officium aliquod paternum succedere posset. Est vir claris imaginibus, eiusque maiorum magna semper et illustria in regnum hoc, regesque eius merita extiterunt, vt auitis paternisque honoribus dignissimus esse videatur. Erit et humanitatis hoc, et clementiae Sacrae Mtis vre, vt quem ob parentis interitum, magno luctu maeroreque confici et debilitari videt, eum in paterni honoris successionem vocando aliquam ei doloris sui alleuiationem consolationemque adferat. Quoniam vero obtineri vix posse puto, vtraque vt paterna dignitate filius ornetur, hoc quoque a Sacra Mte vra quibus possum maximis precibus contendo: vt apud Mtem Regiam efficiat, ne Praefecturae iste et Capitaneatus ab hac tam bene merita familia alienentur, sed altera Domino Palatino Calisiensi ex eadem stirpe profecto, neque a maiorum suorum virtute degenerante mandetur. Vtram vero vtri Mtas Regia conferre voluerit, illius sit prudentiae et iudicij, quo pre ceteris pollet singulari. Ego in pntia non aliud magis laboro, quam vt qui bene sunt de Regia Mte et regno eius meriti ij meritorum laborumque suorum, fructum aliquem ex gratia

Et liberalitate Mtis sue Regiae percipiant. Vt, cum rationem eorum habitam viderint alij, ipsi quoque eorum exemplo, ad similem virtutem imitandam multo reddantur promptiores et alacriores. Qua in re, si Sacra Mtas vra, pro suo in patriae nostrae commoda studio: operam suam nauare dignabitur, precesque vras clement exaudire, et nomini suo laudem et gloriam comparabit sempiternam, et nos omnes tanto suo beneficio, ex deuinctissimis, multo reddet sibi deuinctiores. Ex Kielce penultima Decembris. Anno Domini M° D° XXXV°.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Praemisliensi.

Rme in Chro pater, et domine frater et amice charme et honoran. Mitto per hunc seruitorem et Notarium meum Iacobum Laczinski, lras vniuersales Contributionum publicarum, in Conuentu Piotrkowien preterito decretarum, quas vra Rma D. sigillo Regie Mtis obsignari faciat, et demum per terras et districtus Regni tempori dimittat.

Superiori vere cum certis de causis, D. Samuelem Maczieiowski ad Regiam Mtem vilnam misissem, inter cetera mandata, quae illi dederam, fuit hoc quoque, Mti vt regie significaret, meditatas me habere in animo vias quasdam et rationes, quibus Rmus D. Culmen, Epatus Varmien compos effici posset. Cum vero Mtas Regia, vti me racionibus illis permisisset, perscripsi eas ad dominum Culmen, qui cum vehementer dubitaret, profici illis quidquam posse, contendit a me, vti, quoniam alius modus non esset, quo ad optatum finem negocium hoc perduci posset, quod si Mtas regia

iterum eadem de re cum domino Varmien̄ ageret, eum vt si-
bi coadiutorem cooptaret, lr̄as a M^{te} sua Regia impetrarem
Addidit preterea se in bonam spem esse vocatum, a R^{ma} D^{ne}
vr̄a, posse eas non ita magno negocio obtineri. Michi visum est
optimum, ab eodem opem vt ferret, petere, qui spem hanc dedisset
Quare etsi non vanis coniecturis colligo, dificile id posse im-
petrari, quod M^{tas} regia persone et dignitatis sue esse non puta-
bit, iterum ea de re, vt scribat, que semel ei a domino Var-
mien̄ precisa est, precipue cum natura quoqꝫ M^{tis} sue et con-
suetudo, vehementer ab illo abhoreat, quemq̄ vt cuiq̄ coadiu-
torem esse patiatur. Memoria enim teneo, a magnis id
aliquocies viris, in regno tentatum esse, neqꝫ tamen vllis
vnq̄ machinis, animum M^{tis} sue expugnari potuisse, vt co-
adiutorem aliquem alicui esse vellet. Deinde vero, vt quod
volumus, a M^{te} regia auferamus, tamen si recte sensum
domini Varmien̄ teneo, obstinatior michi videtur, et obfirma-
tior in hac sua sentencia, qua neminem sibi coadiutorem dari
volt, q̄ vt vlla racione depelli de ea possit. Nichilominus ne
quod in me amici officium Dominus Culmen̄ desiderare queat,
neve studium meum voluntati sue defuisse, queratur,
Qui certe ex animo auctum eum et honestatum cupio. Si vide-
rit R^{ma} D^{o} vr̄a. Regie M^{tis} animum in eam voluntatem pro-
pensum et inclinatum, det queso operam, vt primo quoqꝫ tem-
pore, in eam, quam petit sentenciam lr̄e conficiantur, ne per
nos stetisse putet, q̄uominus Ep̄atum de quo tam anxius est
et sollicitus consequeretur. Quem autem erit exitum res ha-
bitura, faciat me R^{ma} D. vr̄a per lr̄as et hunc meum Scri-
bam certiorem.

Scripseram autem D^{ni} vr̄e R^{me}, commendans illi negociū
PP^{tis} Monasterij Corporis Christi de Casimiria, ad quem cū
post mortem, domini olim Doctoris SSrollē, hortus iure

naturali esset deuolutus, quem maiores eiusdem Doctoris Srollé, a consulatu Casimirien in hereditatem datum sibi, posterisque suis habuerunt, nunc Magistratus Casimirien, vi et de facto authore Bartholomeo Cromer illum ei ademit. Rogo ergo Dnem vram Rmam, efficere velit suo patrocinio, ne Prepositus pauper, in Iure iusticiaque sua, per iniquitatem opprimatur, de praedictoque horto, veluti iure optimo illi attinente deturbetur.

Est isthic ad pns vti audio Bartholomeus Cromer, qui haud dubie hoc curabit, vt sua ceterorumque magistratuum Casimirien temeritas, in adimendo domino Praeposito, eo ipso horto admissa, a Mte regia non fiat irrita. Atque ideo rogo D. vram Rmam, interponere velit operam suam, quo illum dominus Praepositus obtineat. Et si aliquis Ius sibi ad illum competere putauerit, experiatur tum de illo cum Mtas Regia, ex Litwania in regnum faelix redibit. Solent dari et cocedi a Magistratibus Ciuitatum horti et alia bona hominibus in Emphitevsim, ac etiam aliis nominibus, pro augendis et meliorandis prouentibus Ciuilibus, quae demum concessiones, non violantur sed saluae et inconcussae, cuique obseruantur. Nunc vero quisque vt auaricie cupiditatique sue indulgeat, ita Iura et leges nouas sibi excogitat, nihil perpendens, quod alterum iniuria et damno per hoc afficiat.

Rogauit me dominus Bernardus Maczieiorski Castellanus Czechovien, cum suo filio domino Samuele Maczieiorski Canco Ecclie mee interponerem partes meas ad Mtem regiam, vt Generum ipsorum Dominum Ioannem Lezenski, Tenutarium Przedboriensem, Exactorem publicarum Contributionum, in Palatinatu sive Sandomirien siue Siradien constituere dignaretur. Quare rogo D. vram Rmam interponere velit operam ac intercessionem suam in eo nomine, apud Mtem Regiam, cui ego de

hac re nunc nil scripsi, vt idem Dominus Leszenski, hoc exa:
ctoratus officium consequeretur, qui vt est homo Iuuenis ita
huic numeri sic satis facere diligent curabit, quod nil peccu:
nię publicę ad partem decidat, sed tota in Thesaurum Regi:
um perveniat. Qua in re quam diligens et fidus ante hac ille
fuerit, dominus Tesaurarius Regni, breui isthuc venturus,
et in cuius presentia, negotium istud tractari poterit, cer:
tius testimonium suum pro eo afferret.

Mortuo in oppido hoc meo vicecustode, quendam ex Chanczi:
ni sacerdotem hinc oriundum, in eius locum suffeci, qui quanquam
eius prebendę nomine, quam in arce Chanczinen habet,
residere ibi nullo Jure est obligatus, est tamen miser sollicitus,
ne fraudi sit ei discessus, et ab eo Oppido absentia, ne ve
quis, presertim vero Capitaneus, negocium ei propterea faces:
sat: atque hoc pretextu spoliatum eum prebenda sua veniat.
Quare Mti regię supplicaui, vt ei lris suis caueat, nemi:
nem ea de causa periculum, ei vllum creaturum, tutoque eum
id quod iure facere licet, per substitutum omnia in arce
Chanczinen onera Ecclesiastica subire posse. Quam
meam peticionem, rogo adiuuet vra Rma Do. atque
regie Mti persuadeat, et certo promittat, nichilo negligen:
tius, propter absentiam huius sacerdotis, cultum in ea arce
diuinum administratum iri, atque vbi consensum a Mte
sua impetrauerit, in hanc sentenciam lras ad me Mtis
sve vra Rx. D. per hunc Servitorem meum Radzinski
mittat.

Decimę quę ad Decanatum Kielcen pertinent, vendite qui:
dem sunt iam omnes, sed peccunia est adhuc in nominibus
quę vt appellaret, eamque peccuniam exigeret, dno Lotkow:
ski dedi negocium, per quem simul atque collecta ea fuerit,

vt quam primum in manus Ioannis Barczik seruitoris vre Dnis Rx[me] perferatur, ero solicitus, neqz minori michi res Rx[me] D. vre, quam mee ipsius cure semper futuræ sunt.
Rogo plurimum vram Rx[mam] D. vt domini Vlrici Hrodni: cij Vilnen negocia, etiam atqz etiam sibi commendata habe: re, et senectuti eius ingrauescenti patrocinari velit. neqz enim alium istic habet, in quo spem et fiduciam suam tutius queat collocare.
Christus dominus nr diu vram Rx[mam] D. seruet, incolumem et felicem. Cuius frnc beniuolentiæ me ex animo commendo. huncqz Nouum annum faustum et felicem illi precor et opto. Dat. in oppido meo Kielce, die ij[a] Ianuarij Anno M[o] D[o] XXXV[o]

Petr. Tom. Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni de Verben Proconsuli Gdanen

GEnerose domine, amice char[me]. Perspecta est nobis iampri: dem singularis vestra erga nos beneuolentia, animiqz propen: sio, eo quod pluribus exemplis nobis eam abunde declaraue: ritis, Quare credimus facile vos, quemadmodum scribitis ob aduersam valetudinem, que vos diu graviterqz affligit, ac demum quoqz ex deuulgata isthic morte nra, tristi anxioqz animo fuisse, postea vero quoniam edocti estis nos conualuis: se, ingens gaudium ac solacium vobis abortum esse, magnu profecto argumentum inde amoris erga nos vestri aduertimus, quem ita vti par est, et plurimi facimus, et pro more nostro, gratificationis nre officiis, a nobis pensandum vobis fore exi: stimamus, Est ita Deo sit gratia, quod egritudinis nre pe: riculum omne iam transmisimus, satisqz commode valemus.

et vires pristinas, quas longa et pertinax egritudo totas ab:
egerat, indies recipimus.

Quod autem nobis scribitis, vos dominos Gedanen crimina:
ri, a nonnullis Incolis Regni, q͞ precium frumenti. Gedanu͞
per flumen Vistulam demitti soliti, prout commodorum ve:
strorum ferret ratio, vel eleuare vel deprimere deberetis, cu͞
tamen eius rei causa, non vobis, sed potius iniquitati fede:
rum, inter regem Anglię et Cives Lubucen initorum im:
pingi deberet, Nos credimus. facile vos hoc nomine non esse
culpabiles. Scimus tamen Nobilitatem Regni in vos, hoc
pretextu grauiter esse exacerbatam, proptereaq͞z expedit plu:
rimum rationibus, tum vestris, tum Reipublicæ terraru͞
istarum, vt domini quoq͞z Consiliarij illarum, Conuentibus ge:
neralibus Regni interessent, non q͞ consulant in eis, de ne:
gociis ipsius Regni, sed vt saltem attendant, et custodiant, ne
quicpiam contra vos terrarum istarum subditos decernere:
tur, quod Juribus et libertatibus vestris, contrarium ac dero:
gans esset, prout decernitur quandoq͞z, quod tamen fieri non
contingeret, si domini Consiliarii terrarum istarum presentes
adessent, rationesq͞z suas in contrarium afferrent, id quod
factitatum esse meminimus, a dominis olim Luca Ep͞o Var:
mien, et Nicolao de Baysen Palatino Mariemburgen, qui nul:
lum Conuentum generalem Regni pretermiserunt, cui non
interesset: eo potissimum adducti consilio, vt ne quidpiam con:
tra Jura, libertates, et consuetudines terrarum istarum decer:
ni permitterent, atq͞z ideo bonum esset vt mos ille pristinus
veniendi ad Conuentus generales regni, per modernos quoq͞z
dominos terrarum istarum Consiliarios, in vsum rursus recipe:
retur.

De Anna Waxskera Ciue Thorunen, cum qua, affinibus
vestris intercedit actio, miramur, q͞ sit adeo pertinax. vt non

velit contenta esse, et acquiescere tribus sentenciis conformi:
bus contra se latis.
Scripsimusque non grauatim ad mtem Regiam in commendatio:
nem affinum vestrorum lras nostras, ita vt postulastis, et mit:
timus illas pariter, cum earum exemplo vobis cum pntibus, cer:
toque nobis persuademus, quod Mtas sua vti iustissimus princeps
sentencias tres conformes, pro parte affinum vestrorum, latas
confirmare in suoque robore conseruare dignabitur.

Quod negocium seruitoris nri Venerabilis Alberti kierski, apud
dnos Collegas vestros, ob intuitum intercessionis nre commen:
daueritis, agimus et habemus vobis pro hoc vestro officio, ma:
gnas gratias, curabimusque id vobis beneuolentia et gratificatio:
ne nostra semper refferre, et rogamus vos plurimum, vt hoc
ipsum Seruitoris nri negocium, sic promoueatis, et conficiendum
curetis, quod non opporteat, illum, munere seruitutis sue, qua no:
bis adstringitur, derelicto, isthuc ad faciendum Iuris sui pe:
riculum, a nobis discedere. Cum enim ipse multos annos nobis
seruiens longo vsu didicerit, Seruitutis sue partes dexteriter
et ad lubitum nostrum hic apud nos exequi, si hoc presertim
tempore, quo valetudini nre indulgemus, a nobis discederet.
carere eo non possemus. Pro rebus nouis, quas nobis per:
scripsistis, agimus habemusque vobis magnas gratias, et rogamus
vos, si posthac modo, ratum isthic quidpiam fuerit, id nobis per:
scribere velitis, quo rem gratissimam nobis facietis, Bene valete
Dat. in Kielce die vltima Decembris Anno. M°. D°. XXXV°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Paulo Epo Vilnensi, Duci Olssanensi

Rxme in Christo pater, et domine frater et amice charme ac honoran. Mittens ad regiam Mtem, hunc Seruitorem et notarium meum Nobilem Iacobum Paczinski: commisi ei, vt vestram quoqz D. Rxmam meo nomine viseret, ac salutaret: eiqz omnia fausta, et felicia, presertim vero hunc ineuntem annum precaretur, cupio namqz audire indies, de sanitate et felicibus successibus D. vre Rxme, quos illi pereque atqz michi ipsi examimo faueo, Quae acta et conclusa sint in Conuentu generali Regni preterito, cui ego ob aduersam valetudinem meam, interesse non potui, vestra Rxma Do ex Nunctiis ad Mtem regiam ex eodem Conuentu missis propediem intelliget.
Rerum nouarum nichil est, preter hoc, q spes bona augetur nobis indies, D. Palatinum Syradiensem, breui liberum esse futurum, a Captiuitatis et detentionis sue incommodo. cuius eliberandi negocium, Magci domini: Castellanus Crac, et Palatinus Russiae, apud Sermum dominum Ioannem Regem nauiter obeunt. Puto non esse iam Rxme D. vestre incognitu q defuncto Clemente summo Pontifice. Electus est in locum illius Rxmus Dominus Cardinalis Fernesius. eiqz nomen Paulo tercio inditum. Quem ob eius virtutem, et probissime actā vitam, omnes plurimum commendant, credentqz sunt ad spem optimam futurum eum esse optimum pontificem, et qui non queret quae sua essent, sed que illius, cuius vicem gerit in terris, quod vt fiat nos Ecclia ci dominum Deum iugiter orabimus, valeat et sit felix vra Rxma D. meqz solito amore

et beneuolentia sua prosequatur. Dat. in Oppido meo Kielce die secunda January Anno Domi M° D° XXXV°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Alberto Gastoldo Palatino Vilnensi
Cancell° Magni Ducat. Lituanie.

Magnifice domine, amice char^me, ac honoran. Mittens ad Mtem Regiam, hunc seruitorem et Notarium meum, Nobilem Iacobum Paczinski, commisi ei, vt meo nomine viseret Magtiam vestram, eiusqz valetudinem, quam ego vestre Magcie bonam ac semper inoffensam, eque atqz michi ipsi ex animo faueo. Dedi etiam in Commissis eidem Notario et seruitori meo, vt vestre Magcie queqz fausta et felicia precaretur, presertim vero hunc Nouum annum, in quo faxit dominus Deus, vt vestre Magcie, omnia ex animi eius sententia succedant. Ego maiorem partem, anni nunc decurrentis in grauissima egritudine exegi, iam tamen Dei Optimi Maximi beneficio, valeo melius, spem habens optimam, qz breui iam tandem pristinam perfectam bonam valetudinem consequar, et quod adhuc malorum humorum in me superest: id tempus regimenqz vite debitum corriget.

Ex Hungaria huc scribitur ad nos, esse bonam spem future eliberationis Domini Palatini Syradien: cui rei apud Serenissimum D. Joannem Regem, Magci Domini Castellanus Cracouien et Palatinus Russie, omnifarias operas suas accommodant.

Que constituta sint in preterito Conuentu generali Regni Piotrkowien, de suppetiis magno Ducatui isti Lithwanie

ferendis, vestra Magcia intelligere poterit, cum ex Nun:
cijs eiusdem magniducatus, qui in eo ipso Conuentu fuerat
tum etiam, ex Nuncijs Regni de eo ipso conuentu, in hoc
suppetiarum negocio, et etiam in alijs ad Mtem Regiam mis:
sis. Bene ac feliciter valeat vestra Magcia, meque solita
sua beneuolentia prosequatur. Dat in Oppido meo Kielce
Sabbato proximo post festum Circumcisionis Dni. Anno domi:
ni Mo. Do. XXXVo.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Mauricio Epo Varmiensi.

Rme in Christo pater, et domine, frater et amice charme ac ho:
noran. Heri accepi, Rme. D. vestre lras, die Sedecima
Nouembris, ex Heilsberg ad me datas, quibus Rma. D. vestra
michi declarat, se plurimum esse exhilaratam, cum intellexit
recuperasse me in parte maiore; pristinam bonam valetudinem
quam D. vra Rma, eque michi atque sibi ipsi prosperam et
felicem fauet, ex animoque optat, quod vre D. Rme, tam piu
et plane fraternum in me officium, vt est michi longe gratiss:
mum, ita curabo id illi, donec vixero, omni studio et fa:
cultate mea semper referre, perspicio namque eam leticiam D.
vre Rme: quam ob recuperatam, per me pristinam bonam va:
letudinem concepit, ex sincero integerrimoque amore mei esse
perfectam.

Ego mi domine Rme. superato tandem grauissimi morbi pe:
riculo, huc secessi ad quietem et solitudinem, quo valetudi:
ni meę, longa et graui nimis egritudine fractę, viribusque
prorsus omnibus destitutę, indulgere commodius possem, iamque

Deo sint gratiae, per omnia recte valeo, et reliquum pristinarum virium, quod ob nimiam corporis lassitudinem, non nisi sensim recuperari potest, in dies magis magisque recipio.

In Hungaria nondum certa aliqua pax est constituta, neque bellum, quod ibi videtur nunc interquiescere adhuc recrudescit. sunt autem illic ad presens apud Sermum D. Ioannem Regem Magci domini Andreas Comes a Thandzin, Castellanus Cracouien, et Ioannes Comes de Tharnow, Palatinus Russie, qui diligenter curant, et agunt negocium eliberandi Magci domini Palatini Siradien, de quo bona spes est, quod breui liberabitur. iam enim tractatur, de condicionibus, quibus dimitti debeat.
De rebus nouis michi perscriptis, ago habeoque gratias D. vre Rme, cui hunc nouum annum, et multos alios consecuturos faustos et felices precor atque ex animo faueo. Et vt Vra D. Rma valeat semper salua et incolumis vehementer desidero. Cuius amori et beneuolentiae fraterne me diligenter commendo Dat in Oppido meo Kielce die iiija Januarij. Anno Domini M°: D°. XXXV°.

Tomicius Eps. Vicecancell.
Iosto Decio Consuli Craccouien.

Nobilis domine amice charissime. Munus, quo Nuptias vestras honestatas voluimus, tam vobis gratum fuisse, valde libenter accepimus, et cupiuissemus quidem ipsi quoque, gaudij huius vestri esse participes, sed cum fieri id a nobis hoc tempore non posset, speramus non minus voluntatem hanc nostram

gratam vobis futuram, q̄ si rem ipsam præstitissemus, Ita vt superioribus lr̄is fecimus, fœlix et faustum hoc vobis liberisq̄ȝ vestris, et generis quoqȝ connubium precamur. Quod vero Scribam vestrum, generum vobis asciuistis, qui nonnulla vos necessitudine attingit, valde nobis consilium hoc vestrum probatur. Neqȝ enim nobis tam videtur fortuna in eo spectanda, cui filiam collocare velis, q̄ fides et probitas, et in rebus agendis dexteritas, quę in eo demum recte cognoscatur, quocum salis est modius consumptus. Quare tantum abest, vt factum hoc vestrum vituperari queat, maxima vt laude dignum id esse videatur. Aliorum periculo discimus quotidie, q̄ infelicit cadant matrimonia, vbi in deligendo genero, non alia vlla de re, q̄ de censu queritur. Bono ergo animo estote neqȝ dubitate, quin consilium hoc vestrum, cordatis omnibus vehementer sit placiturum. De nostra vero erga vos beneuolentia, hoc vobis persuadeatis, daturos nos esse operą, clarior vt vobis indies reddi possit, magisqȝ testata. Felicissime valete. Dat. in oppido nr̄o Kielce die xij^a January Anno domini M^o. D^o xxxv^o.

Tomicius Eps.
Stanislao Borek.

Venerabilis domine, frater in Christo Charissime. Molestum est nobis, quod Capitaneus domini Pallatini Russiæ Tharnowien permisit hominibus dn̄i sui, ligna excidere, in syluis nostris Radlowien, quæ iuxta pacta et Conuenta inter nos, dominumqȝ Palatinum Russię inita, intacte, et in sequestro esse debuerant, quo feré receptum quietum, in eis habere possent,

neq3 vllo pacto permittemus hominibus præfatis, similem licen:
tiam, in siluas ipsas, quæ meræ nostre sunt, veniendi, lignaq3
in eis excidendi; transiret namq3 id in sequelam, quæ nobis
Ecc̃lieq3 nostre valde iniuriosa et damnosa esset. Quare infor:
mabimus Capitaneum nostrum Radlowien, quemadmodũ in
tuendis siluis ipsis arcendisq3 ab eis, quibuslibet hominibus,
gerere se debebit, preterea mandabimus illi, vt posthabita
venatione ferarum, precipiat hominibus, et subditis nostris, vt
lapides de monte excisos et paratos et lateres coctiles ex thar:
nowo, dum via vehicularis durat, ad Radlow conuehant.

Cum ita consulant astrologi, vt ex hoc loco nos nusq̃ ad alium
hoc mense moueamus, nos eorum Consiliis obsecundabimus,
et per totum hunc mensem hic in kielce subsistemus et mane:
bimus.

Vkon bene fecistis, q̃ misistis huc ceruum, quem nos isthic do:
nari et diuidi inter amicos volebamus, habemus enim nos hic
carnes ferinas sufficientes. Nam et ex Lithwania misit nobis
heri Reginalis M.tas, per Tassiczki Aulicum suum, vnum
vas carnium bissontinarum. felicissime valete Dat in kiel:
ce, die xiiij.a Ianuarij Anno domini M.o D.o XXXV.o

Petrus Tomiczki Eps
Stanislao Borek

Venerabilis domine, frater in Christo charissime. Mittimus
ad vos l̃ras nostras, ad Dominum Doctorem Rzeczicza, et non:
nullos duos Prælatos Ecc̃liæ Romanæ conscriptas, Mittimus
etiam pelliceam Mardurinam, quam Sanct.mo domino nostro

Pape moderno donatum iri, volumus. Quia vero dominus Doctor Rzeczicza, quemadmodum intelligetis, ex lrarum eius exemplo, quod vobis mittimus, promisit nro nomine foderam marduri: nam Domino Datario novo donandum, nos constare volentes promisso, per illum facto, postulamus a vobis, vt bonam foderam mardurinam isthuc ematis, et pecuniis nostris soluatis, et vna cum pellicea mardurina Sanctissimo D. nostro Papae donanda, Paulo de Chodow in vrbem perferendum tradatis et commitatis. Attulerat nobis paulo ante discessum isthinc nostrum, Matheus pellifex foderam mardurinam, quae satis bona nobis videbatur, et quam putamus nondum esse venditam, quare faciatis eam afferri ad vos, et si vobis quoque probabitur, illam ematis, et soluatis.

Mittimus autem etiam isthuc equum, in quo ea ipsa pellicea et fodera portari possint, vos vero sellam ad eum ematis, et colligatam bene valisiam, in quam imponantur pellicea et fodera praedict. in illum imponatis, postuletisque a Paulo de Chodow nostro nomine, vt pelliceam et foderam ipsam, in eo equo quem mittimus in vrbem Romam peruehat, dnoque Doctori Rzeczicza ibi reddat, Cui vos numeretis pro viatico, quo alere possit equum in itinere, tantum quantum vobis necessarium fore videbitur

Et vt ipse Paulus de Chodow, libere et tuto, iter hoc suum, exequi possit, mittimus illi lras passus, Mtis regiae. Scribimus etiam et mittimus vobis lras nostras, ad dominum Sigismundum de Erberschthem, quem rogamus vt illi lras quoque, a Sermo dno suo Romanorum etc. Rege expediat, quibus fretus, per dominia illius Mtis ire secure possit.

Prouideatis autem, ne pellicea et fodera praedict. aqua attingantur, et corrumpantur, eo modo quo meliori poteritis, Id quod prudentiae et sollertiae vre curandum comittimus.

Mittimus ad vos florenos Hungaricales in auro, quinquaginta quatuor, at etiam aureos septem, per dominum Doctore Rzeczicza, in nostra et seruitorum nostrorum negocia in vrbe expositos, id quod ex lrarum eius exemplo intelligetis Quos omnes aureos, numero sexaginta vnum Paulo de Chodow, in Vrbem secum perferendos, et ipsi domino Doctori Rzeczicza reddendos, tradatis et committatis. Dat. in Kielce xvja January. Anno domini M°. D°. XXXV°.

Petrus Tomiczki Eps Cracc Vicecancell
Petro kmite de Visnicze Palat° Cracco
Marsalco regni. Scepusien. Colensi et
Premisliensi Capitaneo.

Magnifice domine, affinis et amice charissime ac honoran. Significarunt michi domini prelati et Canonici, totumqz Capitulum Eccliae meae Cracouiensis, q Szykowski, praefectus bonorum Thanczinen, in villam Bronowice domini Thomae Rosznowski, Canonici, et officialis mei Cracouien veniens, eiusqz Curiam et domum violenter illic inuadens, factori ipsius seni admodum, atqz innocenti homini, manus violentas intulerit, ac vulneribus eum multis affecerit, sanguineqz imbutum, ad praestandam sibi sponsionem, de non commemoranda vnqz ea iniuria, et de sistendo se coram illo quando iusserit, compulerit, Quod tam insolens et neffarium illius flagicium, vt fieri non potest, quin vnumquemqz probum dolenter afficiat, ita nemo est, qui non vindicandu illud digna animaduersione censeat, atqz adeo omni voto suo exoptet, Quamuis autem ego, in hoc ipsum flagicium per prefatum Szykowski npharie admissum, possem animaduertere Jure meo Ecclesiastico, quia tamen, tanta est illius atrocitas, vt expi:

ando illi grauior animaduersio sit necessaria, q Ecclesiastica quae multum debilis est et parum ab hominibus temerariis metuitur. Rogo plurimum vestram Magcia, velit contra eundem Szykowski, pro hac tanta vi ac insolentia per illud admissa, quam et dominum ipsius Castellanum Cracouien grauiter esse laturum non dubito, officii sui Capitanealis rationem ita exequi, q non videatur pretermissa esse impunita. Nolo autem nec consulo, vt aliquid in ea re faciat vra M. nisi quod ad eius spectat officium, hoc namqz pacto vestra Magcia, et officio suo satisfaciet, et innocentum hominum securitati probe prospiciet. Bene et felicit valeat vestra Magcia. Cui me ex animo commendo. Dat. in Kielcz XXiia January. Anno domini. Mo. Do. XXXVo.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Joanni Ostrovieski ppto in Kxiasz

Venerabilis domine, frater in Christo dilecte. Accepimus lras vestras, quibus nobis scribitis, de vi et insolentia magna, per scholares in Xiansz oppido, non ita pridem admissa, deqz vulneratis, per eos kmethonibus subditis Magci domini vestri Castellani Cracouien, ac etiam de execrato illic per eoru cedem Cimiterio, in quo quia sacerdotes vetant, sepeliri corpora hominum mortuorum, rogatis nos, quo indultum nostru ibi concederemus, nobis non significatum est quidq adhuc de cede hac, et violentia, illic in Xiansz commissa. Ex eo tamen exerratum esse Cimiterium coniectamus, q sacerdotes corpora mortuorum sepeliri, in eo non permittut neqz audent, atqz ideo indultum de quo nos rogastis mittimus.

vobis p̄ntibus, Graui autem et acerbo animo ferimus, hoc tan:
tum tamq̄ enorme flagicium, per scholares predictos admis:
sum, qui cum mendicato viuant, passim tamen in Oppidis in:
solescunt, et multa nepharia facinora perpetrare audent, Q̄si
Oppidani Xiansƺen eos qui tantam insolentiam, ibi in Xiansƺ
perpetrarunt. comprehendissent, ad nosq̄, vel ad aliquem
Officialium nostrorum deduxissent, id nos valde libenter.
vidissemus, dignaq̄ correctione in eos animaduertissemus.
sic q̄ et ipsi et ceteri eorum exemplo ad officium, et vite
melioris institutum redigerentur, Cum vero hac vice, elassi
sint, sicubi posthac fuerint deprehensi, et ad nos perducti, liben:
ter penam promeritam, de illis sumi mandabimus.

De casu Nobilis Szukowski, procuratoris bonorum Thanczinen,
quem ille asserit sibi in Bronowice, villa domini Roƺnowski
accidisse, longe aliter est nobis scriptum a Capitulo nostro ac
per eum Nobilem p̄ntium exhibitorem nobis exposuistis, fertur
enim Szvkowski, in Curia ipsius domini Roƺnowski, facto:
rem illius violenter inuasisse, et vnacum muliere, quae illic
erat, verberibus affecisse, ac vulnerasse, ad extremumq̄ fi:
dei sponsione obligasse, id quod si ita est factum, et Mag^{cum}
D. Castellanum Cracouiensem, posteaq̄ redierit, grauiter la:
turum esse non dubitamus. Nos libenter videremus, vt
Szvkowski, et vos controuersiam hanc modis aliquibus ho:
nestis componeretis et sopiretis, hoc namq̄ si factum non
fuerit, ignoramus certe quonam pacto alio Szvkowski sine
difficultate magna esse possit. Bene valete. Dat in Kielce
die xxv^a Januarij Anno domini M^o. D^o. xxxv^o.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Romanorum Vngariæ
Bohemie Dalmatie Croatie Slauo^e regiæ
Archiduci Austriæ.

SERenissime princeps consanguinee ur charissime. Vno atq atq altero mense exacto, egimus per lras cum M^te vra de subditis eiusdem M^tis vre in Vngaria, qui subditos nros Scepusien. magnis iniuriis atq damnis afficiunt, ne vite quidem parcentes, ea de re hactenus tanto temporis interualo, nullum responsum accepimus a M^te vra, id quod vehementer miramur, atq id eo quidem amplius, quod non ignorat M^tas vra multum id nostra referre, vt sciamus tempestiue voluntatem et sentenciam M^tis vre, priusq aduenit dies, quem congressui Commissariorum nrorum, et M^tis vre prefigendum duximus, qui iam pro foribus est. Et nos tamen nihildum comperti habemus de voluntate M^tis vre, cuius significationem et responsum indies expectamus. Nunc iterum dum id suspensi expectamus, ecce iterum in ijsdem illis oris, noue exoriuntur turbæ, de quibus nobis prefectus nr Scepusien significauit. Nam sub ferias Natalis Christi, milites mercenarij M^tis vre qui cum Caczianer sunt, excurentes in ditionem nram Scepusiense, tria Oppida, et nonnullos pagos crudeliter diripuerut plerosq subditos nostros trucidarunt, et nihil non hostile contra confederatos, et nichil tale expectantes aggressi sunt. Qua de re, quum expostulasset prefectus noster Scepusien cum Caczianer prefecto eius exercitus, ille quasi pro nichilo id habere visus est, negauit enim scire, quinam authores essent istius facinoris perpetrati. Non ita multo post ijdem milites, videntes tantam sibi impunitatem et licentiam propositam,

iterum in fortunas et vitam nrorum indigne et immanit degrassati sunt. Que res tam acerba tamqz indigna, magno dolore animum nostrum afficit, quod talia non ab hostibus, non ab alienis, sed a confaederatis et amicis, nullo nro merito pertimur.

Confidimus quidem haec non iussu, neqz assensu Mtis vre fieri pro necessitudine nra, que est et amicitie vinculo, et sangvinis arctissimi. Sed tam si deinceps Mtas temerarios huiusmodi (ne quid maius dicamus) ausus subditorum suorum coercebit, nunqz sibi tantum permittet audatia improborum, neqz tantopere amicitia nra, et nostrorum hominum inter se oppugnabitur, labefactabiturqz. Quamqz speramus Mtem vram in tempore pululantibus hisce malis, pro sua erga nos beneuolentia, magnaqz in rebus agendis prudentia, toto conatu occursuram esse. Id quod a Mte vra petimus etiam atqz etiam, ea fiducia, qua nobis omnia amici et necessarij officia de Mte vra pollicemur, Idem hoc nos quoqz, pro nro modulo dabimus operam, vt concordia bonaqz vicinitas inter nos et nros subditos, sic vti par est, integra firma ac perpetua conseruetur. Erit id ex dignitate vtriusqz nostrum, et ex vsu, non solum subditorum nostrorum, sed totius Reipce Christiane.



Illud etiam atqz etiam postulamus Mtem vram, vt subditis nostris accepta damna, sartiri et instaurari iubeat, caueatqz ne quid eiusmodi deinceps copie Mtis vre aggrediantur. Alioqui vix poterimus, tantas iniurias, tam indigne illatas, equo animo tollerare. Itaqz declarabit nobis Mtas vra voluntate suam, per hunc tabellarium nostrum, tam de hac re, de qua nunc cum Mte vra agimus, qz de illa, quam prioribus nris lris complexi sumus, cuiusqz superius mentionem fecimus. Cupimus Mtem vram, vna cum tota domo sua, diu saluam incolume, florentem et fortunata esse. Vilne XXa Ianuarij M.o D.o XXXV.o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Ioanni Epo Præmisliensi : Choienski.

Rme in Christo pater et domine frater et amice charissime ac honoran. Significatum est michi isthinc, ab aula, dominos Lithwanos adsciscere et vocare velle. Dominum Palatinum Russie ad præfecturam militum mercenariorum, quos hinc de Polonia educere destinarunt, Maiestatemque regiam ad hoc consensisse, id quod vt fieret: ego valde lubens viderem, quod ea res domino Palatino Russie, et plurimum honorifica esset, et gratiam Principum nostrorum conciliaret, metuo vero ne ipse rebus Vngaricis implicitus, tam diuturno tempore illic hereat, vt negocium præfecture istius reditum suum manere non posset, quin in alterum quempiam collocaretur, audio namque illum, cum Mag^co domino Castellano Cracouiensi, conciliande pacis inter reges dissidentes, functionem obeundam, desumere sibi velle, aut iam dessumpsisse, quod illorum institutum, ego vix optatum exitum, consecuturum esse existimo. Quandoquidem negocium istud, frustra toties tentatum sit. Quare rogo D. vram Rmam, interponere velit operam suam, vt dominus Palatinus Russiæ, cito vocaretur ad præfecturam militum prædictam. quam alioqui nemo est alius, qui cum dignitate Maiestatis regie, ac Regni huius dominiique istius vtilitate dexterius et honorificentius obire posset

Dat. ex Kielce XXIa Ianuarij Anno dni M^o. D^o. XXXV°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Andree de Tanczin Castell° Craccouiensi.
Chelmen. Belsen. Ratneń. Crasnostauensi Capito.

Magnifice domine, domine frater, et amice charissime ac honorand. Quo magis tempora haec, in quae incidimus, misera et turbulenta desiderare videbantur, celerem reditum Magcie D. vre, cuius authoritate prudentiaqz, in constituenda nra Republica atqz bono ordine collocanda adiuuari possemus, hoc maiorem animo cepi voluptatem, cum allatum ad me est, D. vram Magcam, iam Hungariam attigisse, primoquoqz tempore ad nos redituram. In spem certissimam veniebam, fore vt magnum nobis in rebus ex sententia nostra Reiqz publicae vtilitate conficiendis momentum accederet, Carendo enim magis, q fruendo didicimus, quantu ad eam rem pntia Magcie. D. vre. consolationis et presidij adferre sit solita, quare reditum hunc incolumem Magcie D. vre vehementer gratulor, qui me tanta perfudit leticia, vt cum semestri temporis spacio grauissimis morbis, misere fuerim conflictatus, simulatqz de reditu hoc in Hungariam Magcie D. vrae certior sum factus, recreari me paulatim et refici sentirem. Neqz facere potuissem, quin olim iam litteris meis, de felici Reditu M. D. vre. gratulatus fuissem, sed fore non putaui, vt istic tantum temporis poneret, et coram potius verbis, q per litteras absens gratulari volui. Nunc cum liberandi communis amici nostri D. Palatini Siradień causa, paulo diutius subsistere illam isthic audiam, tenere me non potui, quin officio meo fungerer, atqz pro meo in M. D. vram amore et beneuolentia, reuersionem hanc prosperam, illi ex animo gratularer. Cui anni etiam huius foelix precor initium, exitum vero foeliciorem.

Comicia proxime habita, satis fœliciter peracta sunt, et tran:
quille. Vt accepi, Decretum in illis est, vt a singulis agrorum
Laneis, sexdecem grossi penderentur. Adhec exactio ciui:
lis quæ schoss dicitur, et contributio Czoporoe instituta.

Dominis Lithwanis mille equites, quingenti pedites, in auxiliu
promissi. Quam rem Magtæ D. Vræ probatam iri non dubito
Mire enim ad adiungendos nobis eorum animos, et amicitiam
confirmandam facere videtur. Hac enim nostra liberalitate
deuincti, non recusabunt proculdubio, quin ipsi quoqz si quan:
do vsus tulerit, socia nobiscum arma libenter sint iuncturi.

Simulatqz Comicia sunt peracta, D. Stanislaus de Coszielecz Pala:
tinus Posnaniensis, et D. Nicolaus Czikowski, Castellanus San:
decen. in viuis esse desierunt. Mortuus est etiam D. Grabia,
cuius morte cum vaceret Ecclia parochialis in antiqua Brzesko.
seruitor meus Venerabilis Albertus Kiewski, ab omnibus, qui
Ecclie illius Iuspatronatus habent, in demortui locum suffectus
et præsentatus est, vno domino Castellano Sandecensi excepto,
qui domini Ioannis Narempinski, hominis turbulenti et natura
controuersi, importunis precibus victus, inuitus vt audio, eu
presentauit. Cuius filij, vita functo parente, seruitorem meum
præsentauerunt, Vt nihil ille iam Juris habeat, peruenit tame
ad aures meas, seruitoris mei aduersarium, vt est præfractis
moribus, a Magtia D. vra presentationem impetrasse, cum
eiusdem nomine, a fratre eius. Domino Palatino Podolie, ad
meam postulationem, seruitor sit meus præsentatus. Cuius
me iusticie deesse non oportet, cum annis iam compluribus,
cum in Regie Mtis, tum in meis seruitiis obeundis, fidem mi:
chi suam, et diligentiam michi probauerit, Quare Magtam D. Vram
magnopere queso, fratris vt sui sentenciam rescissam nolit,
quodqz semel ille M. Dnis vre et suo nomine fecit, ratu

id esse patiatur. Atqꝫ hoc ipsum patentibus suis lr̃is declarare velit, per formam presentationis scriptis, quam hisce inclusam Magcę dominationi vr̃e mitto. Tam michi beneficium hoc M. D. vr̃e. gratum est futurum, in me, vt illud collatum esse sim existimaturus, et de referenda gratia perpetuo cogitaturus. Seruitor vero meus, ita futurus est Magcę D. vr̃e eo nomine deuinctus et obligatus, vt ad nutum se illius et voluntatem sit semper conuersurus.

Christus dominus nr̃ seruet Magnificam D. vr̃am q̃diutissime incolumem et felicem. Cuius fraterne beneuolentię me ex animo commendo. Dat in Oppido meo Kielce etc.

Andreas Cricius Eps Plocen.
Bone Regine Polonię.

Sacra Mtas et domina, domina mea clementma. Humillimam mei commendationem. Gratias ago quas possum maiores vr̃e Sacrę Mti, q͏ᷓ me successus sui, quem in bisontes habuit: participem facere dignata sit: Deumqꝫ Optimum Maximum precor: vt quemadmodum vr̃a Sacra Mtas, eos bisontes magna fęlicitate strauit: ita Mtas regia prosternat hostes suos Moscos, non minus feras, q̃ ille fuerunt. ea vero portio, quę olim dn̄o Palatino Posnaniensi cedere debuit, substitit apud me, q̃ vt orbam extrudere domo impium videbatur, conuertetur tamen a me, vt mortualia par est, ad pia opera, idqꝫ pro Capitulo meo Sancti Sigismundi, ea enim cum Canonicis meis vescens, et memoriam agemus gratię vr̃e Sacrę Mtis, et illi defuncto precabimur, vt pro his ferinis fruatur nectare, et Ambrosia in cęlis, nisi

quid aliud vra Sacra Mtas iusserit. Post discessum Domini Palatini Plocen, nihil innouatum est scriptu dignu, tantum humillime precor, vt me vra sacra Mtas in sua gratia, qua michi nil est preciosius, retinere. Dominus seruet vram Sacram Maiestatem sospitem semper et foelicem, princeps inclyta, cui me iterum humillime commendo Poltovie XXvij Ianuarij Anno Domini M° D° XXXV°

Petrus Tomiczki Eps Cracc Vicecancell

VEnerabilis domine, frater in Christo charissime. Nichil dubitamus, quin ad vestras quoqz aures peruenerit, q obstinato atqz obfirmato animo, domini Narempinsci dent operam, non tam sibi vt commodent, suisqz racionibus vt prospiciant, nullo enim Iure nituntur, quam vt nobis stomachum moueant. Alter itaqz eorum Venerabiles dominos, Samuelem Maczieiewski, et Stanislaum Pileczki, Alter, qui vobiscum isthic manet, Venerabilem Albertum kiewski, litibus vexandos sibi desumpsere: Non q aliquid sibi profici posse putent, neqz enim tam sunt a mente deserti, quin se omni Iuris presidio destitutos esse intelligant, sed q hac re nobis egre facere velit magis q possint. futurum est autem Deo iuuante, vt quod ipsi intriuerut, exedere ipsi cogantur. Nos et alijs suo tempore seruitoribus nris non deerimus. Nunc autem, quia magis impeti et premi Albertum kiewski videmus: illi prius succurrendum putamus. Cuius aduersarius, cum ne tantillud quidem Iuris habeat, arce sue confidit, neqz aliud quidq molitur, quam vt res in tempus longissum extrahatur. et vt lites, quibus primo quoqz tempore finem impositum

oporteret, tempore durarent sempiterno. Itaqz dominum Viccarium nostrum, non aliam ob causam, suspectum esse di: cit Iudicem, q̃ vt a fratre suo res cognoscatur, qui possit ex libidine eius litem pronunciare. Id quod cum indignum nobis videatur, faciendum existimauimus, eos vt ei Iudices ferremus, quos tanq̃ suspectos reycere non posset. Inter quos vos quoqz nominauimus. Feceritis itaqz nobis rem valde gratã si per eos dies, qui cause huic disceptande prefinientur, domi vos continueritis, neqz ad villam aliquam vestram, pro more vestro excurreretis, ne per vos stetisse videri queat, quominus causa hec q̃primum iudicetur. Quod vobis omni fauore et beneuolentia nr̃a refferre curabimus. Bene valete.
Dat in Oppido nr̃o Kielce die XXVIª January. Mº Dº XXXVº

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell
Stanislao Borek Cantori Cracouien

VEnerabilis domine frater in Christo charissime. Mittimus iam isthuc Cracouiam Andream Przeczlawski nostrum, in vrbem Romam deinde profecturum, quem vos et expediatis isthic, dato illi viatico necessario, et pelliceas ac pelles, simul cum l̃ris nostris omnibus, et Iuribus ac monimentis ad causam Stanislai Pileczki facientibus illi tradatis, non curamus qui: dem, vt perdies istos Carnispriuij isthic Cracouie subsistat. quibus alioqui non satis tutum est iter facere, modo modo interea sese sic preparet, et attingat, q̃ in ipso quadragessime inicio, Romam isthinc moueat, Christophorus nr̃ volumus vt vnacu eo proficiscatur, sitqz in eo itinere, tanq̃ eius seruitor, et equum ducat cum pelliceis et pellibus, quos vos ita colliga:

tis et prouideatis, quod in itinere, ab aqua non corrumpantur.
sed salue in vrbem Romam perferantur, et iuxta volunta:
tem nostram ibi donentur: pellicee videlicet due Sanctissimo
domino nro: Foderra vero et pelles mardurine: domino Data:
rio eius Sanctitatis.
Dedimus sub Andream Przeczlawski, equum bonum, gradarium
fortem, et ad iter Romanum bene valentem, quem vobis quo:
que placiturum non dubitamus, eo namque meliorem in stabulo
nro, ad pns non habuimus, vos cum ipse Przeczlawski isthuc
Cracouiam veniet, detis illi panum Lunden: quem emendum
antea vobis commiseramus, vt ex eo tunicam itinerariam, sa:
ijan confici sibi faciat. Dedimus illi hic sex florenos in moneta
quibus frenum, ac Ephippia, idest pochwi, et si fuerit necessa:
rium, etiam nouam Sellam sibi comparet, quam valde interest,
habere eiusmodi, quae equi dorsum in itinere, non lederet.

Multas lras misimus, ad vos, in vrbem Romam et Paduam
conscriptas, quas simul omnes collectas, in vnum, aut plures fa:
sciculos, Andree Przeczlawski illo perferendas, et hijs ad quos
scripte sunt reddendas tradatis.

Non ignoratis quod in proxima egritudine nostra, vouimus Sancte
Mariae Loretane munusculum aliquod offerre, nacti itaque nunc
commoditatem eius Nunctij nostri Przetslawski, quem in vrbem
Romam mitthimus, cupimus votum hoc nostrum persoluere, commi:
simusque eidem Andree Przetslawski, Romae calicem, cum armis
nostris fieri faciat: eumque deinde ex vrbe Roma rediens
Sancte Mariae in Lorethae, nostro nomine offerat, ad quem ca:
licem comparandum, triginta aureos Hungaricales dare destina:
vimus, et ad manus vestras eos mitthimus, vos tamen aperi:
atis ei quoque sententiam in hac re vram, simulque illum edo:
ceatis, quale Clenodium pro hoc auro comparare debeat:

an videlicet calicem quemadmodum illi comisimus, vel aliquod aliud Clenodium ac monimentum. Nam non visum est nobis tutum peccuniam in soluendo voto hoc nostro offerre: ne per sacerdotes seu monachos illius Sacri loci in priuatos et prophanos aliquos eorum vsus conuertatur.

Doceatis etiam eundem Andream Przeczlawski, vt pote, qui nunquam adhuc antea fuit in Italia, quonam pacto se in hoc itinere gerere, inter hominesque illos versari deberet, est quidem ipse industrius, et omnino non rudis ad res agendas, melius est tamen, vt vos eum, de ratione istius itineris, et positione ac moribus hominum illorum informetis.

Doceatis etiam Christophorum Schwarcz et committatis ei serio: vt sit diligens in gubernandis et providendis equis, et pellibus ac pelliceis custodiendis, in itinere, vtque Andree Przeczlawski obsecundet in omnibus, id quod illum pro virtute sua ita facturum esse confidimus.

Si equus is in quo Christophorus profecturus est non valeret pro hoc tam longinquo itinere, declaravit namque nobis et nunciavit idem Christophorus, per Gorzanowski, posteaque hinc discessit: eum equum habere lesionem in pede, quae occaluisse quidem iam aliquantum dicitur, sed nondum pilis est consita, vos capto a fabris ferrariis et hijs qui Roztucharze vocantur consilio, nos de hoc certiores reddatis, nos enim aliud equum si iste non valeret, magis valentem isthic mitteremus.

Dixistis et consuluistis nobis pro conseruanda bona valetudine nostra, vt tunicellam, seu vestitellum, de Sarlato, sub diploide nostra gestaremus. Vos itaque Andree Przeczlawski nostro negocium istud curandum et conficiendum committatis, informetisque illum, quot vlnas et qualis Sarlati subtilis, pro ea ipsa tunicella seu vestitello emere nobis Veneciis debeat, Peccunie vero, ad emendum hoc idem Sarlatum, tantum

ei detis, quantum necessarium fore cognoscetis.

Quanto viatico prouidere illum debebitis nos prefinire id vobis nolumus, nec scimus, videtur tamen tamen nobis, vt tantumque illi, pro eo ipso viatico detis, quantum Joanni Vilamorski, qui aliquot equos duxit secum in Italiam, fuit numeratum, aut quantum nos, vobis tum dederamus, cum vos pro expedicione Epatus Cracouiensis in Vrbem misseramus, id quod ex regestris vestris colligere et in memoria vob reducere poteritis, aliâs consideratione et prouidentie vre rem hanc defferimus, habituri ratum et gratum id quod vos de numerando viatico facietis, nollemus namque cum mittamus eum Nunctium in vrbem, sub specie Nuncij Regij, vt illic existens, penuria aliqua et defectu pecunie premi videatur.

Tametsi nondum constet nobis si Felix Narampinski, aggredietur et aget serio causam contra Stanislaum Pileczki nostrum necne, volumus tamen vt vos Domino doctori Rzeczicza, viginti florenos Hungaricales ad causam per Andream Przeczlawski mittatis.

Quamuis Rmus D. Cardinalis Pistorien protector, negligenter valde et frigide se gerat, in promouendis, apud sedem Aplicam Regie Mtis et nostris negociis, quia tamen vtique est, protector Regni, et per eum omnia negocia, conficere illic nos oportet, mittimus illi quoque donum exile, nempe decem aureos Anglicos, seu Corabicos, quorum quilibet, valet duos aureos Hungaricos et plus, quos ad manus vestras per Andream Przeczlawski mittimus, simul cum triginta aureis in comparandum calicem, seu aliquod alind Clenodium, quod vobis videbitur, quod Sancte Marie Loretane offerri debet, volumusque vt eosque Corabelnicos,

simul cum aureis quo antea pro exoluendo debito septem aureoreorum Doctori Rzeczicza, et pro expeditione prouisionis Stanislai Pileczki misimus, eidem Przeczlawski tradatis, instruatisque illum, cui illos dare debeat, et quidnam ad rem aliquam sit expensurus.

Non est ea mens et voluntas nostra, quod Andreas Przeczlawski in Vrbe diu immoretur, aut quod nos propter solam causam Stanislai Pileczki sollicitatorem tenere illic debeamus, cum dominus Doctor Rzeczicza, solus satisfacere eidem causę possit, si quid in ea agetur serio, per aduersarium, qui alioqui non deuoluit causam Stanislao Pileczki personaliter, vt de iure facere debuit, Commisimus itaque Andreę Przeczlawski, et volumus vt redditis illic litteris nostris, et pelliceis ac pellibus, quas mittimus, consideratoque si quid agetur, per Felicem Narampinski, vel suos procurratores, contra Stanislaum Pileczki, Siquae negocia de quibus per dominum Cantkowski scripsimus, in finem aliquem optatum propendere videbuntur, et prestita in eis nomine Regio, simul cum domino doctore Rzecza, opera sua, ad nos deinde redeat, vellemus namque vt rediens, Swidwam nostrum ex Padwa secum adducat, quem periculum est tenere illic diutius. Et si vero Ioannes Vilamowski huc rediens, Romam petere voluerit, rem et negocium suum ibi curaturus: nos committemus quoque illi vt curet illic quantum poterit negocia nostra, et Stanislai Pileczki, vtcumque ille litem Romanam valde auersari videatur, et alioqui sit homo grauis et tardus, ad cursitandum et sollicitandum.

Cum non valeat equus, quem Christophorus isthuc equitauit, nos alium magis valentem mittimus, istum vero, vos tempore suo ad nos remittatis.

Nos ita in animo nostro constituimus, quod Deo bene iuuante, feria quinta post diem festum Purificationis Mariae pro:

xima, nos hinc in Bodzanczin promouebimus.
Fuit apud nos nudiustercius dominus Castellanus Biecho: vien, rediens ex Vngaria, qui quid illic peregerit, ex exem: plis lrarum nobis scriptarum, que vobis mittimus cum presentibus intelligetis. hodie mane redijt ad nos Dambni: czki, Goczanowski autem manet adhuc in itinere.
Bene valete. Dat in Kielcz die xxviij^a Januarij
Anno domini M^o D^o XXXV°.

Petrus Tomic. Eps. Cracc. Vicecancell.
Stanislao Borek Cantori Craccouiensi.

VENERABILIS domine, frater in Christo Charissime. Cum breue nominationum quod necessarium esse scimus ad causa Stanislai Pileczkij in capsulis nris, in quibus repositum illud esse putabamus, reperiri non potuit, credimus positum esse in Cisticula mense noue, quam fecit non pridem nobis Mensator Regius Almanus, in cisticula inq, que est versus fenestram Camere nre, ad quam aperiendam mittimus ad vos claues, per hunc puerum nrm. Et rogamus vos, vt in ea queratis hoc ipsum. Nondubitamus, quod illud ibi inter fasciculos lrarum inuenietis.
De expediendo Przeczlawski et Christophoro Schwarcz, in vrbem Romam, iam satis superq vobis scripsimus, confidi: musq industrie et singulari propensioni erga nos vre, quod illos in omnibus bene absoluetis, instructis, et expedietis, qui vt mox post dies Carnispriuij, itineri se in dei nomine commit: tant, operam et diligentiam vram faciatis, vt preueniant, et anticipent niuium et aquarum resolutiones.

Cum has scriberemus, rediit isthinc Koczanowski, et reddidit
lras vras et aliorum, quibus perlectis, plurimum letati sumus
datum et missum esse vt verisimiliter creditur, Palatinatu
Cracouiensem, domino Palatino Russie, vocariqz illum ad
prefecturam militum in Lithwaniam, faxit deus, vt hoc ita
sit, prout scripsistis, hoc ipsum audisse se dixit Dominus
Marschalcus Curie qui heri hic apud nos fuit, rediens ex
Lelow, a Seruitore Woiewodzicz Radzieiowski, qui hanc
scatulam et lras super Palatinatum Cracouiensem, Dno Pala:
tino Russie dicitur attulisse, breui tamen, id si verum aut
confictum sit, intelligemus, cum redierit ex Lithwania mr
Paczinski, quem in horas expectamus.

non fuit veru.

Bene placet nobis, q omnes lras vras, quas prius in Vrbem
Romam conscripsimus, et ad vos misimus dederitis, vnacu
61. aureis perferendas et ad manus Doctoris Rzeczicza tra:
dendas et consignandas. Doctori Mothiczka, ita enim illum
appellat Dns Abbas clare tumbe. Non dubitamus, q ille oia
quae per eum misistis, pro sua virtute et diligentia integre red:
det.

Non possumus nunc mittere Instruta, de quibus scripsistis.
Instrumentum videlicet prouisionis per exequutorem facte et
aliud instrumentum mandati eius, qui nomine Stanislai Pile:
czki acceptauit, cuiqz est prouisum, et Item Instrutum peti:
te possessionis, et accepte in Eccl'ia et Capitulo: Abest enim
nunc et Vilamowski, et Pileczki, Sed cum ad nos redierint,
curabimus ea omnia Instrumenta posthac transmittere.
putamus tamen et ita certo credimus, q Pileczki constitue:
rit Proccuratorem Doctorem Sigismundum, qui eius nomine
peteret per exequutorem de Canonicatu Cracouiensi vacan.
sibi prouideri, et possessionem eiusdem Canonicatus in Eccl'ia et
Capitulo assignari, coram Nicodemo Notario dni Mischkow:
ski Archidiaconi et Cancellarij nri, qui hac de re esset interro:

gandus, et Instrumenta ab eo petenda, recipienda et Roma transmittenda, fecimus queri in actis nris notam eius constitutionis Stanislai Pileczkj, sed reperta in eis non est putamus igitur, q Nicodemus habeat in prothocollo suo ea oia quae coram illo sunt acta.

Scribemus libenter ad Regiam Mtem et supplicabimus illi, vt conferre dignaretur Ecclesiam Parrochialem in Lelow vacantem Prendzowski notario Wladarij nri Cracouiensis, Non speramus quidem nos impetraturos id quod petemus, quoniam hactenus in omnibus precibus nostris equis et iustis, passi sumus repulsam apud Mtem suam, faciemus tamen pro seruitore nro, id quod maxime poterimus.

Consideretis qtum sit adhuc olei oliue in Thesauro nro, et deinde tantum noui olei oliue emematis, quantum cognoscetis sufficere posse ad vsum coquine nostre per totum annum.

Mandamus per lras nras quas mittimus Wladar nro Cracouien, vt det vobis vnum aceruum feni.

Nihil scripsistis nobis q placeat vobis id, q nos Sanctissimo domino nro duas pelliceas, Alteram de Sebellinis, alteram de mardurinis pellibus mittimus, Nos certe fecimus et facimus id pro bono Ecclie et cleri nri, et vt nobis hijs paruis munusculis fauorem et gratiam Sanctitis sue demereamur.

Nos mutabimus locum hinc et in Bodzanczin, deo bene iuuante feria quinta proxima, ita vt censent astrologi, concedemus. optime quidem nobis placet is locus in Kielce, libenterqz hic manemus, verum et locus quoqz Bodzantzinen, non erit nobis vt speramus incommodus

Attulit Coczanowski et reddidit distillatum Caponis, papirum regalem, et legumina, que istic erant residua.

Cum membrane ad Bodzanczin, cito perficientur, pro illis sequen:

ti septimana mittemus.
Misimus alium equum trunchum bonum magnum, et fortem Christophoro Schwartz, qui illum et Ierosolimam usqz perferre posset. Alter vero equus quem ei dederamus, et qui lesionem in pede habere dicitur: ad nos remittatur.
Mittimus lras prouisionis nre ordinarie facte Stanislao Pilczkj de Canonicatu Ecce nre Cracouiensis, quibus apposita est clausula, quam apponi consuluistis. Dat Ex Kielce die xxix Ianuarij Anno Domini M° D°. XXXV°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Poloniæ.

SAcra Regia Mtas, et domine, domine clementissime.
Post perpetue seruitutis et oracionum mearum in gratiam Mtis vestre Sermae humilem commendationem, Significauit michi dominus Ioannes de Verden Capitaneus Nowen et consul Ciuitatis Gedanen, trahi valde in longum insticiam affinium suorum heredum olim Fabiani Hitfelt Ciuis Torunen in eorum causa, que illis intercedit super diuisione bonorum cum honesta Anna Waxskowa, eiusdem Fabiani relicta vxore facienda, contra quam Annam, tametsi pronunctiate sint, iam tres conformes sentencie, quarum postrema fuit, dominorum Consiliariorum terrarum Prussiæ, ad quos Mtas vra, eam causam ex Appellatione eiusdem Annæ Waxslowa ad se deuolutam, ablegare dignata fuerat, nichilominus tamen ipsa, grauamen suum pretendens, predictisqz tribus sentenciis conformibus acquiescere nolens ad Mtem vram appellauerit, roganit itaqz me obnixe dns Ioannes de Werden, interpo:

nerem partes meas, ad Mtem vram Serenissimam, quo prae:
fatorum affinium suorum causae, citra ambages et dilaciones
non necessarias, Juribusq3 et consuetudinibus trarum Prussiae
contrarias, determinande, prospicere dignaretur, quod ego factu:
rum me non grauatim recepi, quod nichil addubitarem illum
rem iustam petere, certo namq3 michi persuadeo, Dominos
terrarum Prussiae Consiliarios, in tractanda et cognoscenda
ea ipsa causa, non deflexisse vspiam, a Juribus et consuetudi:
nibus suis, quas ipsi probe calleret, sed neq3 Juri congruens et
consentaneum esse, vt de causa per tria subsellia agitata,
tribusq3 sentenciis conformibus definita, cognitio vlterior
susciperetur Supplico ergo Mti vestre SERme, dignetur
Justicie praefatorum Fabiani Hitffelt heredum, benigna clemen:
tiq3 ope sua non deesse, ac sentencias tres conformes, pro eis la:
tas, in suo robore conseruare, et approbare, Anneq3 Waxskowa
potestatem vlteriore lite eos concuciendi, et tam seissam quam illos
sumptibus fatigisq3 invtilibus conficiendi abrogare. Quo rem
iusto et prudentissimo pricipe dignam, partibus vero apprime
conducibilem faciet, Mtas vestra Serma. Cuius gratiae me
iterum supplex commendo. et quam Dominus deus in sua
gratia quam diutissime sanam, felicem et semper incolumem, con:
seruet. Dat. In Kielce die vltima Januarij.
Anno domini. Mo. Do. XXXVo.

Petrus Tomicio Epo Cracouien Vicecancell°
Stefanus Brodericus Eps Sirmien et Quinqueeccles

Rme domine, domine michi obseruanme ac benefactor colenme Seruitutis mee debitam commendationem.
Scripsi hijs diebus litteras longiusculas, negocium illud pro quo rogaui, vram D. Nunc etiam eidem diligenter commendo, velit id pro perpetuis meis obsequiis facere.
Noua nunc sunt hec, nuncius Sermi regis domini mei clementissimi, redijt ex Babilonia a Cesare Turcarum, quem in reditu reliquit. Mitto ad vram D. hijs inclusum exemplum Lrarum regiarum ad Locumtenen suum, dominum Petheny et ad me daturum. Idem Nuncius narrat miranda de successibus Thurcarum Imperatoris, verendum esset Principibus Christianis, si saperent, vel si iam tandem, ex tam diuturno veterno vellent euigilare, et inuigilandum esset eis simul cum Pontifice Romano, ne Cesar Thurcarum, iam capta Babilonia Assiriorum, veniat ad capiendam hanc, quam non nri tantum temporis Scismatici, Sed multi etiam viri magni, ritum Eclie Romanae sequentes, iampridem Babiloniam nominare ceperunt. Inter quos vir doctissimus et idem optimus, Franciscus Petrarcha, quid in vulgari suo carmine de ea predixerit. Ex libro Sonettoru sive epigrammatum eius exscriptum, casu hijs diebus a me ibi repertum vre D°. mitto. Quod vaticinium illius, ante annos ducentos factum, vtinam ne temporibus nris adimpleatur.
Negocium pacis, in quod ego fueram interpositus adhuc pendet. Expecto nunc nouas Commissiones, a Rege meo, si reges nri

(Nam uterque Vngariam habet .). sapient, concordabunt,
Sin minus Deus solus novit, quid erit de nobis, et finaliter de
omnibus istis regnis.

Ego in Epatu meo Quinqueeclien patior extra[no], tam ~~est multa~~ me pati, cum patrie calamitate. Et non omnino invitus patior quae possum. Quando postea aliter facere non potero, sequar dei voluntatem, Vram Do. Rmam optime valere cupio. Bude. XV.a Februarij Anno Domini M° D° XXXV°.

+ per hostes: q citra per nros. Sed et utrumque necesse multa

Ioannes Rex Vngariae.
Andree de Tanczin Castellano Cracco,
Joanni de Tarnow Palatino Russie

SPectabiles ac Mag.ci amici nobis charissimi. Allatae sunt ad nos lre Do. vestrarum Cassoviae decima die pntis date, quae nobis profecto non mediocrem admirationem attulerunt, Cum enim Do. vestras semper peculiariter dilexerimus, et nostrum amorem erga easdem, hic apud nos pntes, omni diligentia pro temporis ostenderimus condicione, mirati sumus mirum in modum, cur tanta indignitate nostrum in easdem officium repensum sit, adeo ut publicam fidem per nros violatam scribant, nescire se, quo spiritu id nostri Servitores fecerunt, quod apertius litterae Domini Laski testantur, qui scribit hoc factum suspicione non carere. Quasi vellent Do. vre innuere nro iussu, haec quae contigerunt facta esse. Quam insignem iniuriam, super iniuriam minime potuissemus credere, nobis Do. vras debuisse inferre. Omnia enim, quae in Debreczen Acta sunt, clariora sunt, q ut celari possint. Multi enim fuerunt ibi viri Nobiles ex aliis Comitatibus Regni nri

illarum rerum spectatores, ex quibus nonnulli vinculis et con:
tumeliis affecti sunt per Do. vestras, omnem enim illam iniuria
quam Cives nri contra concordiam initam passi sunt (quam
nram non immerito reputamus) Do. vris acceptam referre
possumus. Dominus enim Laski sicut illam non potuisset, con:
tra concordiam factam inferre, ita nec fuisset ausus (vt
credere par est) attemptare, si Do. vrarum Autoritas (vt
debuisset) obstitisset. Nam si Dominus Laski habuisset legit:
timam causam, contra Incolas de Debreczen omnia facien nes, Do.
vre, quae ad nos sua sponte, non vocati, neq rogati venerunt,
non debuissent se prebere socios Domino Laski, ex regno nro abi:
gendi predas hominum et Iumentorum. Quos nos humaniter et
amicabiliter et excepimus et fouimus, et pro eisdem, omnia ma:
iora, quae potuimus fecimus, et Do. vris, syncero corde in om:
nibus credidimus, quod si non fecissemus, fortassis hanc iniuria
passi non fuissemus. Si igitur Do. vris, per aliquos suggestum
est, hæc, quæ acciderunt, nostra opera accidisse, in hoc ille
talis fecit nobis manifestam iniusticiam, et falso ista suggessit.
Si autem Do. vre, queruntur de Capitaneo gentium nrarum,
licet et ipsum credamus et intelligamus esse innocentem, para:
ti sumus tamen de eo, Do. vestris administrare rigorem iusticiæ,
dummodo id velint. Iniustè non tenemur opprimere quemq.
Quod si ex hoc Germanico tumultu, credunt Do. vre, iam nos
omni iniuriæ obnoxios esse: Nos rursus speramus in illo Deo,
qui nos ex maioribus calamitatibus liberauit sua misericordia,
et ex hac quoq poterit si volet eripere, quod si nos (quod
absit.) opprimet, omnia ab eo fatemur pati merito. Tamen
proculdubio, a. D. vestris huiusmodi lras nec merebamur.
nec expectabamus. Do. tamen vestræ prdoccupare voluerut
rem, et quod nos iuste poteramus et debebamus facere, expo:
stulare videlicet cum Do. vris hanc Iniuriam, hoc Do. vre
facere ante nos curauerunt, etiam satis grauia nobis impin:

gendo. Nos tamen rogamus vos, vti amicos, velint do:
minum Laski admonere, vt cives nros liberos dimittat,
absqz aliqua pactacione, et ne pergat nobis huiusmodi iniu:
rias inferre. Videant lras Inpignoraticias, reducant in memo:
riam calculum cum eo factum, et videbunt, tam dominationes
vre q ipse, quae potestas ei sit data, in Cives de Debreczen,
et quae non, moueant Dominum Laski seruare promissa, de
quo Dnes vrae fidem vram nobis obligastis, quas in reli:
quo feliciter valere optamus. Dat. Waradini XXVa die
mensis Februarij Anno Domini M°. D°. XXXV°.

Andreas de Tanczin Castell Cracc
Ioannes de Tarnow Palats Russie
Joanni Regi vngarie.

SERme et excellentissime Rex, domine, domine noster clemen:
tissime. Post perhenne seruitutis nostre commendationem.
Pridie sunt nobis reddite Sacre Mtis vre lrae, XXVa Februa:
rij Varadani date, quibus, vt preter omnem nostram opinione
ita non absqz ingenti animi nostri dolore et admiratione, no:
biscum expostulare dignatur, tanq id ex lris nostris. quibus
Mti vre omnem Dobreczen Tragediam deliniaueramus,
collegisset, quae a nobis, vtpote tam indulgentes a se in Re:
gno suo habitis minime expectasset, que res tanto nos afli:
xit immanius, quanto nos extra omnem eius noxe Aleam,
nobis conscij essemus, memoria sane tenemus, quo verborum
contextu et sententia Mti vre Iniuriam nobis illatam expli:
cauerimus, qua qz confidentia freti eius benignitate, Mti
vre, non minus humiliter, q reuerenter, vt decuit, tam am:
plissimo, et supra humanarum rerum fastigium collocato ordini,

supplicauerimus, vt tam insignem nobis, quos Ser^ma M^tas vra, tanto, qualem ab ipsa vix meruimus dignata est honore, inflictam contumeliam, pro M^te vindicaret, bonaq; spes animo nostro visa est blandiri nobis, hanc quoq; aleam tam feliciter casuram, q benigne nobis omnibus per id tempus vniuersum, quo in Aula M^tis vre frequenter fuimus, ab illa sumus habiti, sed videmus aduerso quopiam nobis genio, totam hanc spei nostre Scenam esse penitus inuersam, omesq; scriptorum nrorum raciones, in quibus ne momo quidem (quod aiut) aliquid carpendi, nisi forte vis verbis tenderetur, posse relinqui credideramus, per eos qui studia et propensissimas nras, erga M^tem vestram voluntates deformare satagunt, longe aliter, q a nobis vnq sit cogitatum, infenso nobis animo interpretari. Id autem, q integro sensu, sanoq; iudicio faciant, M^tas vestra, pro summa sua in rebus omnibus prudentia, vel hoc solo argumento facile poterit diudicare. Quippe tam indecora, et pene nepharia, de quopiam suspicari, et eidem hisdem ferè momentis, fortunas cum vita vltro concredere. Tantum abest, vt ea sibi quoq; pacto cohereant, vt etiam veluti ex Diametro secum nichil pugnare obscure videantur. Nam si non eam fiduciam de M^te vestra, quam decet, de optimo et Christiano principe concepissemus, nequaq ea spe, neglectis omnibus securitatis et pené exarmati præsidiis, in eiusdem vre M^tis Regnum, concessissemus, Quod si hęc, clausula, nescimus quo spiritu etc. hos tam parum nobis benignos torquet interpretes, sciant nos non ad M^tem vestram, de cuius integritate et vere Regijs dotibus, nobis vniuersa audemus polliceri, sed ad eos, quibus per M^tem vram, omnem a nobis in Regno M^tis vre arcendi iniuriam, datum fuerat negocium, voluimus referri, Nam hij furorem tumultuantis plebeculę sequuti, et contra Dominum Laski eorum tunc legittimum, donec redimerentur, Dominum, pessimo ad posteros exemplo



mittentis, nobis tale nichil ab illis formidantibus, primi veluti ex insidiis dato signo, bellicum cecinerunt, incalescenteq Marte plurimos ex nostris, non obscuri nominis vix non letali vulnere confecerunt, aliquos per omnem immanitatem trucidarunt, in nos quoqz pari seuicia, vt pote imparatos et inermes fuisset debachatum, nisi vel fortunę beneficio seruati fuissemus, vel vim a nobis, maiore tamen quoad fieri poterat animi moderatione, et quorundam generoso pectore fortiter repulissemus. Si quid vero illis vicissim in hoc tumultu contigit, non publico certe quopiam nostro consilio, sed sola, cuius ingens telum est necessitate admissum, sibi Ser^ma^ M^tas^ vestra persuadere dignetur. Sed forte per eos ipsos Interpretes apud M^tem^ vram, in eam suspicionem ideo deuocamur, vt veluti paria delicta mutuo compensari impune sit illis, qui nos tam indignis modis tractarunt, et id quoqz, si M^ti^ vre cordi est, facile condonamus: tam exuberantem M^tis^ vre gratiam et benignitatem nobis multifariam exhibitam, quam et ingenuè fatemur: nec illius vnq obliuisci possumus, pluris facientes, q iniuriam quantumvis priore acerbiorem. Quod vero innuere dignatur Nos scilicet, ex hoc Germanico tumultu occasionem mutuatos ea et scribendi et audiendi licentia lasciuire, miramur certe et dolemus, nos apud M^tem^ vram, ea inuidia degrauari, tanq M^ti^ vre, nostra erga illam syncera, et in vtraqz eius fortuna studia, non essent notiora, q ad istum modum a quoquam possint sugillari, Nec arbitramur nos, adeo rerum esse imperitos, vt nesciamus, omnes mortalium, potissimum vero Regum et orbis Monarcharum successus, ex diuina potius clementia, archanoqz eius Iudicio, q humanis moliminibus dependere. Quod autem Ser^ma^ M^tas^ vra nobis vicio vertere dignatur, q dominum Laski, a tam seuera in contumaces subditos eius Dobrecen animaduer:

sione, auctoritate vra, non prohiberemus, Ser^me et excellen^me
Rex, quia nobis hec leges, quibus Mtas vra, domino Laski
bona Dobrecen obligauit, non fuerunt cognite, quemadmod
et plurima alia, que cum illo dum Waradini essemus, remo:
tis arbitris, conclusit, interqz Capitula et tractatus credeba:
mus traditam esse illi certam formulam, dicta bona a Mte
vra administrandi, persuaseramus nobis, id omne, quod Domi:
nus Laski illic cum eis egit, presente eius Secretario dno
Præposito Varadiensi, cui restituende, domino Laski vicissim
possessionis, data fuerat a Mte vra prouincia, nichil a Mtis
vre voluntate fore alienum, nec domino Laski, indulgentius
cum illis agendi, vt pote Mtis vestre consily expertes, autho:
res esse voluimus: potissimum vero, cum in eius persona Mtem
vestram ex professo contemni, vidissemus, Poterant sane illi
imperatis presidis sui, tum parere saltim ob Mtis vestræ, cu:
ius dominus Laski apud eos personam sustinuit, debitumqz à
subditis honorem, qui si postea fines mandati excessisse com:
pertus esset, nichil dubitaremus Mtem vestram, pro sua
prudentia et authoritate Regia, de hac quoqz re, ex le:
vioribus multo q priores momentis prosiliente, cum illo facile
transacturam.

In reliquis vero, in quibus nos sponsores pro eo Mti vre
posuimus, nichil ambigimus, illum quoqz a fide nobis, hoc
nomine per eum data, prout id nobis et verbis et scriptis suis
frequentius pollicetur, ne latum quidem vnguem discessurum,
Cui etiam, vt Cives Dobreczen, quos custodiri iussit, liberos absqz
ea quam Mtas vestra vocat pactatione, dimittat, suaqz studia
vt equum est ad voluntatem Mtis vre accommodet, libenter
suadebimus. Postremo nos gratiæ et benignitati Ser^me Mtis
vre impense commendamus, cupimusqz ex animo, vt Mtas vra
Ser^ma sit longa et prospera valetudine. Regnisqz ac reliquo

dicioni suae et feliciter et quam diutissime praesit. Cracouiae XVIIIa Marcij Anno Domini M°. D° XXXVto.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Hieronymo Laski Palatino Siradiensi

Magnifice domine, amice charissime ac honorande. Quo maiorem animo dolorem acceperam, cum esset ad me allatum, Minqwitz D. vre bellum denunciasse, atque arcem illius Niedzedza obsidione cinxisse: hoc sum postea vehementius exhilaratus, cum et ipsum a Dne vestra captum esse accepi, et eas quas coegerat copias, fusas esse et fugatas intellexi. Plurimum atque ex animo D. vre, de hac quam est ex hoste suo consecuta victoria gratulor. Sed valde me tamen miserorum fratrum Carthusiensium quaerimoniae perturbauerunt. Qui quo tempore milites, ipsius Minquitz Monasterium eorum occupauerant, magnas se dicunt fuisse calamitates perpessos, multas eorum iniurias et contumelias pertulisse: qui cum iusto dei iudicio, opera D. vestre poenas improbitatis suae dedissent, fuisse se bonam in spem erectos, sub alis et protectione D. vre, fore se ab omni cuiusuis iniuria tutos. Ecce autem quemadmodum preter meritum, ita praeter spem et opinionem eorum accidit, vt multo quam antea maioribus, post hanc Dnis vre victoriam malis onerarentur. Nam per Capitaneum Arcis Niedzedz, omnibus se suis facultatibus euersos esse, et spoliatos. Monasterio etiam exire iussos: multaque eum dira eis esse minitatum. Quibus de suis iniuriis, cum ad Dnem vram retulissent, fecisse illam quidem pro virtute sua, vt Capitaneo suo mandaret, ne quo miseros fratres detrimento afficeret: sed haec D. vre mandata, a Capi:

taneo contempta esse et pro nichilo ducta, sibiq3 Monasterij possessione nichilominus esse interdictum. Credibile non est quantum mihi tante miserorum fratrum iniuriæ dolorem, inusserint, Quare D. vram magnopere queso, vt serio ad huc agat, quo fratribus istis calamitosis, in Monasterium suum redire, bonisq3 suis et facultatibus, quiete frui liceat, Factura rem forti magnoq3 suo animo dignam, qui nulla in re magis elucet, quam in deffendendis ijs qui sunt cuiusvis iniurie oportuni. Opto D. vram diu incolumem esse et felicem, cuius me beneuolentiæ commendo.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Laski Gnesnen. et Lancicien. Pr.

Rnde domine frater et amice charissime. Magnam ex eo cepimus voluptatem, cum fratrem D. vre victoria contra hostes suos potitum esse, atq3 ipsum hostium Ducem cepisse intelleximus, verum hoc nostrum gaudium, quod solidum esse cupiebamus, ingens paulo post tristicia contaminauit: posteaq ad nras quoq3 aureos querimonie fratrum Carthusiensium peruenerunt, qui cum de Germanorum militum iniurijs, multa grauissime deplorassent, recreatos se dicebant esse et exhilaratos, simul atq3 vigilantia atq3 industria domini Palatini, iustum de scelere eorum supplicium fuit sumptum: q certissimam in spem venissent, quandoquidem in illius iterum fide essent et potestate, facile eum ab omni cuiusuis iniuria sartos quod aiunt et tectos eos conseruare posse. Sed tanta de spe citius opinione sua deiecti sunt et deturbati, multoq3 maiore q vnquam antea infortunio mactati, ab his a quibus lucem sibi quandam obla:

tam esse et obortam putabant. Nam præfectus Arcis Nie:
dzedz et vsu habitacioneqz monasterij eis interdixit, et mul:
tas preterea minas ac pericula denunctiauit, ita miseri extor:
res nunc atqz exules esse videntur, neqz habent vbi pedem
in suo ponere possint. Nichil dubitamus quin D°. vra, quę
micioribus istis virtutibus imprimis est ornata, tam calamito:
sorum hominum vicem, pro sua doleat iniuria. Quo maior
animum nostrum spes tenet facile ab ea obtineri posse, vt fra:
tri suo persuadeat, quo propugnationem eorum suscipere ne
grauetur, atqz omni racione pugnet, vt in possessionem Mona:
sterij bonorumqz suorum restituantur. Non minorem de fra:
tribus his defensis, q̄ de victis hostibus laudem et gloriam
consequetur. p̄terea quod maximum est, diuinam quoqz sibi
gratiam et misericordiam, dei ministros tuendo cumulabit,
futurumqz est, vt felicioribus deinceps rerum successibus vta:
tur, quod illi ex animo precamur et optamus. Vestram quoqz
D. felicem et incolumem multos in annos esse cupimus. Cuius
nos fraterne beneuolentię commendamus. Ex arce nostra
Bodzanczinen̄ die aprilis. M°. D°. XXXV^to^.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Anthonio de Cassouia Medicine Doctori.

Cum videamus multa hic apud nrates pharmacopolas desyde:
rari, quę in subsidium curande et confirmande valetudinis no:
stre necessaria forent, vt non videamur nos nobis ipsis deesse
aliqua ex parte velle, A Veneta Vrbe antidota et medi:
cinas petere, et illa nobis adferri mandare decreuimus,
presertim quæ vos adferenda illinc censueritis, Ad quam

rem probe et ex sentencia nra: conficiendam, cum arbitremur. Josephum Cymerman affinem vestrum aptum et industrium magis q alium quemq esse. postulamus a vobis vt illi per lras committatis, quę Antidota et medicinas emere Venecijs, et ad nos mittere debeat. Committatis etiam illi quo pro vsu nro emat mirabolanos, chebulos conditos maceratione molles, teneros, et gratum saporem habentes, eos videlicet qui ex Alexandria et Damasco Veneti mercatores apportare sunt soliti, Preterea et Capparos bonos Alexandrinos, qui et recentis esset condimenti, et liquiditatem atq mollitiem minime victam retineant, ac etiam ligni aloes aliquid, boni et recentis, et per fumos oderatos et delicatos, pro confortanda virtute emi pro nobis faciatis. habemus nos multa genera eiusmodi, conditorum, quæ ex longa asseruatione duriciem et vetustatem contraxerunt, et ad nrm vsum plane nullius videntur amplius esse momenti. Cynamomum etiam electum emi nobis faciatis si id dominus Doctor Borek faciendum censuerit. Qui ad ea emenda, et alia quæ vobis necessaria videbuntur, suppeditabit sumptus et peccuniam, vos modo Affini vestro scribatis lras, et quid, quomodo sit curaturus, illum instruatis.

Ceterum vt instantibus in proximo Aniuersarijs leticię vulgaris diebus, gaudentes et memores nostri sitis, carnes ferinas ad edendum illis ipsis diebus magnopere aptas vobis mittimus vnam videlicet dorcadem et quartam partem apri siluestris, quas carnes ferinas, vos ea animi gratitudine, qua a nobis mittuntur, accipiatis.

Si quid adhuc scribendum domino Manardo putatis. quod forte prioribus lris omisistis, consulatis nunc illum per Josephum vestrum de omnibus. Cum enim mittamus in Vrbem Romam, Seruitorem meum Andream Przeczlawskj qui etiam ad scholares nros patauinos descendet, secure per

illum de omnibus scribere poteritis. Felicissime valete.
Dat in Oppido nro Kielce die prima Februarij.
Anno Domini. M°. D°. XXXV°.

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancel.
Clementi Abbati S. Crucis in Caluo
Monte.

VEnerabilis et religiose pater, frater in Christo charissime.
Veniens huc ad nos frater Michael, præsbiter religionis et ordinis vri, declarauit nobis nobis, quam grauiter tedere eum cepit habitacionis inter fratres Monasterij vestri, quos sibi persequutione, et aliis multis nominibus, molestos et iniurios esse solere queritur, subinde petens, vt eum intercessione nra apud vos iuuaremus, quo possit isthinc emigrare et ad alium quempiam professionis vre locum, se cum bona venia vra transferre.
Quæ illius postulatio, tametsi nobis non satis honesta, et a professione quam presefert, prorsus aliena videatur, ne tamen incosolatum a nobis hominem desperatione distractum dimittamus, illum vobis commendamus, et rogamus vt paterne cum illo agatis, et mentis illius vulneribus sic medeamini. vt cum sua et ordinis vri dignitate in religione, quam est sel professus perseuerare possit, rem piam et nobis gratam in hoc factur. Bene valeatis, et nos in vris et fratrum vestrorum orationibus habeatis commendatos. Dat in Kielce die ija Februarij. Anno domini M°. D°. XXXV°.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Viceecancell
Alberto kiegiewski Canco. Culmen. notario suo

Venerabilis in Christo nobis dilecte. Ex lris tuis certiores facti sumus, qua lingve petulancia, non solum prelatos et Canonicos Ecclie nre, sed nos etiam ipsos Ioannes Narempinski insectetur. Quem nos cum bene loqui nesciat, si male dicat, ferendum esse putamus, atqz morsus illius, ex virulento illos quidem animo profectos, sed qui nos tamen ledere non possint, contemptu potius, q vlla animaduersione dignos iudicamus. Quin etiam laudi nobis istud et glorie ducimus, nos nostri dissimilimis hominibus displicere, cum et a malis laudari turpissimum sit, et ab improbis vituperari, summa in laude ponendum. Maxima queqz fortuna, cum maxima virtute coniuncta, maxime morsiunculis eiusmodi profligatorum hominum patere, atqz exposita esse solet, quos si quis, qui velit efugere, in ordinem vt cogatur necesse est, et a Reipce administratione abstineat, et vitam agat prorsus solitariam. Quare bono esto animo, et nobiscum vna malorum et maleuolorum voculas discito contemnere, et pro nichilo ducere. Spectatior est omnibus virtus nra, q vt cuiusq vituperatione detrahi de illa et minui quidq possit. Tum autem, vt nos ista negligamus, futurus est aliquando Deus iustus vindex, qui penas ab illis grauissimas exigat, qui pro delectamento habent, aliorum famam maledictis incessere. Bene vale. Dat in Oppido nostro Bodzanczin die iiija Febr. Anno Domini Ma Do XXXVo.

P. Tomicius Eps. C.
Erasmo Abbati Mogilen

Rnde et religiose pater: frater in Christo charissime. Scripsit ad nos dominus Ioannes Iordan Melschtinski, de Zakliczino, Conquerens vehementer, de vobis, quod contractum, quem ad vitam vram de quadam decima predij ville sue Vaszirow secum iniuistis, tenere et seruare nolletis, de hac quoque decima illud in iudicium pertrahatis. Cuius rei causam tametsi nos plane ignoremus, quia tamen intelleximus D. viccarium nostrum pro vobis ea in re tulisse sentenciam, non putamus id abs re factum esse. Sed vtcumque iam vos superiores sitis, ista obtenta in causa sentencia nobis consultius videretur, vt cum homine, cuius rationes vndequaque sunt impedite, per concordiam potius quam litis contencionem, negocium vestrum transigatis. Presertim cum fidem in contractibus datam et acceptam firmissime tenere cuiuis hominum conueniat, nec sit vlla ratione honestum, contra tenorem contractus quidque opponere, cum id prestatur quod fuit conuentum. Bene valeat P. vra, et nos in suis fratrumque suorum Oracionibus habeat commendatos.
Dat Bodzanczin die vª February Anno domini M. D. XXXº

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell.
Ioanni Iordan de Zakliczin.

Generose domine, amice noster charissime. Accepimus binas lras vras, quarum alteris declaratis nobis dominum Erasmum Abbate clare tumbe, ad iniuriam et grauamen vestrum, contractum quendam, qui inter illum et vos, de venditione decime predialis, in villa vra Vazirow intercessit tenere et seruare nolle, Alteris excusatis nobis factum vestrum, quod lris quas ad vos in negociis subditorum Magca domini Castellani Cracouien dederamus non respondistis. Et quidem hoc quod dominus Abbas a contractu facto discedere debeat nobis non probatur, quia tamen nos nescimus, qua racione adductus dominus abbas id faciat, et sentenciam Viccarij nostri ista in re latam, reprobare ac retractare nobis non liceat, non potuimus ad presens aliud consilium vris desyderijs accommodare, q vt nostras ista in re ad Dominu Abbatem daremus lras, Cui scribimus, vt vobiscum, de hoc ipso contractu et valore Decime amice transigat. Nam cum causa hæc vra sit per appellacionem ad Dominum Archiepm deuoluta, nobis nulla ratione licet officium vel authoritatem nram, in illa interponere.

Excusationem autem vram, quam de non dato nobis responso in negociis subditorum domini Castellani Cracouien fecistis, facile admittimus, id enim illorum negocium, non magnopere ad nos pertinebat, sed cum veniebant ad nos turmatim subsidium exposcentes, negare illis intercessionis lras non potuimus

Quas tamen sic dabamus rogati, vt nichil vellemus vos aliud de eis statuere, quam quod dominus Castellanus Crac. vobis statuendum discedens commiserit. Cuius Magcie voluntati nos nulla ratione contrauenire, nec illam mutare volebamus, nec volumus,

Quae nobis de dominis Castellano Cracouien. et Russie atque Syradie Palatinis, perscripsistis, summe grata extiterunt, Quare pro illis vobis agimus et habemus gratias, et quod restat, vos bene valere et felicem esse optamus. Dat in Bodzanczin die vjta Februarij Anno Domini M°. D° xxxvto

Tomicius Eps. Doctori Borck

Venerabilis domine, frater in Christo charissime. Nudiustercius misimus vobis per Coczanowski Seruitorem nostrum lras valde necessarias in vrbem Romam conscriptas. Misimus eciam pelliceam mardurinam, vilnae nobis factam. quam Sanctmo domino nostro Papae Paulo tercio donandam destinauimus, commisimus insuper vobis, vt foderam mardurinam domino Datario donandum isthic ematis, et pecuniis nostris soluatis, Et insuper misimus isthuc equum, in quo pellicea ipsa ac fodera in vrbem Romam deportaretur, non dubitamusque vos in mittendis in vrbem his supra dictis rebus omnibus, solitam diligentiam atque operam vestram essenauaturos, et postulamus a vobis, vt tam lras nostras, quam pelliceas et foderam predictam, Paulo Chodow in vrbem perferendas tradatis, et ad manus domini Doctoris Rzeczicza consignandas illi committatis, prouideatisque illum viatico

necessario, quo equum in quo portabit pelliceam et foderam in itinere ali per illum posse putabitis.

Misit huc ad nos Doctor Ioannes Benedicti lras suas querulas, declarans se cum domino Braniczki concordiam quidem misse, qua ipse dominus Braniczki contentum illum faciens, pro Iure ipsius quod ad Canonicatum: morte domini Iacuborski va: cantem habuit, quinquaginta aureos ac Prebendam Sancti Egidij Cracovien dedit et resignavit, protestacionem tamen ad partem a se factam esse, q eam ipsam concordiam suscipere nollet, ad quam faciendam metu Principum fuerit adactus. innuens se illam retractare velle, rogansqz nos vt se ope nra non destitueremus, quin id quod iustum nobis videretur. inter eum et dominum Braniczki ediceremus, id quod no: bis revera facere iam non est integrum, posteaq inter eos co: iuit concordia, que salvo honore domini Doctoris Ioanis retractari et infringi non potest.

Ceterum vt testemur, nos in hac solitudine constitutos, vri aliorumqz dominorum Prælatorum et Canonicorum Ecclie nostre, qui nobis sunt chari et singulariter commendati, non esse immemores, mittimus eis pariterqz vobis, carnes færinas, venatu nostrorum servitorum quesitas, quas vos inter eos, ita dividatis, et vobis etiam partem accipiatis quem: admodum in scheda pntibus inclusa adnotavimus. Bene valete. Dat. 19 I 1535

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Andree Przeczslawski Notario suo
Romam misso.

PRzeczlawski, alijs lris nostris declarauimus tibi eam esse sentenciam et voluntatem nram, vt equum qui onera pelliceas et pelles, in Vrbem Romam portabit, vt primum illuc applicueris, vendas, ne illo non vendito, inanes sumptus in eo alendo facere te oporteat. De offerendo munere in templo Beate virginis Loretane, suasit nobis dominus Doctor Borek, id fore factu vtile et commodum, vt casulam cum omnibus eius attinentijs fieri in Vrbe Roma faciamus, quam tu ad nos rediens ad ipsum Beate virginis templum tecum adferres, et ibi offerres, relinqueres, quod nos consilium probantes, committimus tibi, vt cum dno Doctore Rzeczicza rationem ineas, quo pacto is ipse apparatus Sacerdotalis indumenti, apte confici et commode in Loretum vsqz per te defferri possit, in hoc tamen quid quo pacto facere debeatis, dominus Doctor Borek dabit tibi instructionem nre et sue voluntatis copiosiorem, ad quam tu te accomodare et voluntati nre satisffacere curabit. bene vale. Dat in Oppido nro Bodzanczin feria quinta ante Dominicam Carnispriuij. Anno domini. M^o D^o XXXV°.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Seuerino Boner Castell° Zarnouiensi Zuppario
Burgrabio et Magno Procuratori Cracouiensi.

Generose domine, amice noster charissime. Declararunt nobis quidam seruitores nostri. D. vram proximis lapsis diebus, dum de eligendis in Casimiria consulibus ageretur, Georgium Fox Seruitorem nostrum in ordinem consulum adscripsisse, et ita designasse, vt cum ceteris, qui in Syngrapha scripti erant, ad Sedem Consularem assumeretur. hoc tamen D. vre institutu et voluntatem Bartholomeum Cromerum, quo minus illi satisfaceret, impediuisse. Nos principio hoc nomine, multas agimus, et habemus D v. gratias. q memor nre apud se facte intercessionis, seruitoris nri. tantillum adhuc vt nobis est scriptum racionis habuerit, deinde illi declaramus nos vehementer admirari, quid Bartholomeo Cromero in mentem veniat, quòd tantum sibi assumat audacie, vt dum res quam nos in Seruitore nro promouemus, tractetur: ille non vereatur se pala obicem ad impediendum illam opponere, vel vt nobis egre faciat, vel vt seruitori nro sit molestus, sed cum ita illi videtur homini aduenticio et plane nobis vnde ortum habeat incognito, aduersum nos a quo beneficium accepit multis in rebus non contemnendum, cristas erigere, nos vicissim aduersum illum ita nos geremus, vt quandoqz cognoscat maleuolentiam suam, quam nobis palam exhibet, nos scire deuitare, et omne malum eius consilium, in illius ipsius incomodum vertere posse. Vtcumqz tamen ita ille impedimenta, quominus Seruitor noster voti sui compos esse possit interponat, nos non dubitamus D. vram precipuam

in hac parte nostri et intercessionis quam fecimus, simul et Georgij Fox, qui proculdubio non erit inutilis consul ciuitati Casimirien, rationem habituram et id quod instituit et cæpit, sine vlla dilatione perfecturam. Quod nos vt factum fore cognoscemus, D^m. vestre, officiis amiciciæ et gratificatione nostra reffere curabimus. Georgius autem Fox. seruitor noster bene mereri id illi seruiciis suis curabit. Quod reliquum est D. vram sanam et felicem esse cum suis omnibus exanimo optamus. Dat in arce nra Bodzanczinensi die ix Februarij Anno Doi M^o D^o XXXV°.

Petrus Tomicius Eps Cracc Vicecancell
Nicolao Bedlenski Scolastico et vicario in spiritualibus Crac generali

Venerabilis dne, frater in Christo Charissime. Questi sunt nobis domini Consules Cracouien de Dno Petro Conarski Custode Ecclie nre Cracouien, q dominum Hieronymum Remer fratrem suum Consularem, censuris Eccliacis innodari procurauerit ob non solutos sibi duos grossos latos, quos ab orto quodam illius debere sibi pretendit, Rogaruntqz nos ijdem domini Consules, vt cum ipsi parati fuerint et sint dno Custodi iusticiam debitam ministrare, causam hanc, ad nostrum isthuc aduentum suspenderemus, id quod nos precibus illorum annuentes, cum causa sit modici preiudicij, facturos nos recepimus. Quare vobis committimus et volumus. vt eam ipsam causam suspendatis, ad nrm isthuc aduentum, et interim in ea non procedatis, nec contra Dominum Hieronymum Remer quidq decernatis. Cæterum. Graui ac molesto animo accepimus accusatos vos

esse apud Reginalem Mtem, ob verba quaedam per vos in Capitulo dicta. Certo enim credimus vos falso et inique delatos esse, perspectam habentes modestiam vram, quam non in verbis solum, sed etiam in rebus omnibus obseruare soletis. Vtcumqz est, ferenda est vobis equo animo ea caluniia, impendendaqz opera, vt scire possimus quis fuerit tam iniquus homo inter vos, qui de vobis haec de quibus vos, ne cogitastis quidem, confingere est ausus. Noxij sunt eiusmodi homines et veluti pestes ab hominum consortio remouendi, qui probos et quietos homines in odium principum inducunt, Dominus deus vindicabit aliquando seuera castigatione tantam hominis quisquis ille fuerit audaciam et temeritatem, vos vero sitis bono animo. Nam sola innocentia vra liberabit vos ab omni aduersitate, moliminaqz aduersariorum vestrorum facile superabit. Bene valete, et dominum deum pro nobis orate. Dat in Arce vra Bodzanczinen feria tercia Carnispriuij: Anno domini Mº. Dº. XXXVº.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell. /
Anthonio de Cassouia Medico Craccomen.

Egregie domine Doctor, amice noster dilecte, Nihil nobis attulit ea res molestiae, quod tardius ad lras nostras respondistis. Quamobrem excusationem vestram in eam partem vt scribitis accipimus et boni consulimus. hoc tamen a vobis diligenter rogamus, vt Jozepho affini vestro, eam de rebus conficiendis detis instructionem, qua fretus possit commode et comparare et transmittere omnia, quae vos ad vsum valetudinis nostrae necessaria fore putatis, demqz illi committa:

tis, ut a domino Manardo sciscitetur, quid consulat facien:
dum ultra ea quae prius scripsit, ad eradicandas ac in totum
summouendas reliquias tam tenacis morbi nostri, et quid prae:
terea emendum pro subleuanda valetudine nostra suadeat,
quod ubi cognouerit, mittere quae iussus erit, ea qua ma:
xima poterit diligentia curet. Quam illius diligentiam
nos beneficentia et gratificatione nra quandoqz referre
curabimus. Bene valete. Dat. in arce nra Bodzanczinen
ixa Februarij. Anno Domini Mo. Do. XXXVo.

Tomicius Eps Vicecancel
Albertokiewski Cancellario

VEnerabilis, in Christo nobis dilecte. Reddite sunt nobis
littere tue, inquibus multa nobis de importunitate et
aduersarij tui et pertinacia incredibili scripsisti. Hoc genus ho:
mines deteriores fiunt, si aut rogari se, aut multis verbis per:
suaderi sibi videant. Quare cum te omni iure superiorem
esse intelligas, nostra est sentencia, ut hominem importunu
missum facias, et iudicio eum tecum experiri patiare, bonoqz
et forti sis animo. Neqz quidq dubites, quin plus ubiqz tua
sit iusticia, q illius audacia et pertinacia valitura. Quibus
ille auxiliis confidit, ea ne tibi quoqz deesse possint, nobis cu:
rae futurum est. Praesentationem Regiam unacum Commissi:
one ad Instituendum te ad Eccam parrochialem in Brzesko,
ita ut postulasti ad te mittimus, posthac vero scribemus ad
Commendarium et ministros eius ipsius Ecclesiae in Brzessko
ut neminem q qui per nos fuerit Institutus, admittere et
recipere audeant. Bene vale. Dat in arce nostra Bo:

Lanczinen die ix^a Februarij Anno Domini M^o D^o xxxv^o.

Petrus Tomic. Eps Crac. Viceeancell
Thomae Rossnowski Canc^co et officiali
Craconiensi.

VEnerabilis domine, frater in Christo charissime. Accepimus litteras vestras quibus declarastis, vos ad instantiam domini Kijslink edictis et citacionibus Martini de Spinosa, qui fuit auditor Rote tempore Adriani summi Pontificis in Ius vocari, que res tametsi nullum negocium, neque detrimentum afferre vobis poterit, maxime cum et Summus pontifex et illius Auditor, denique et dominus Kijslink aduersarius vester in humanis esse desierint, non inconsultum tamen videtur, vt consilium consilium contra impugnantes vos, in promptu habeatis, quo illorum magnos conatus reprimere et causam vestram iustam vbique locorum tutari possitis. Non libenter enim videremus, vt quidpiam vobis molestiae ista indigna hominum et iniusta consilia afferre debeant. Hoc loco non incommodum est nobis visum, vt quod dudum meditati fuimus, vobis admonitionis loco presentibus declaremus, quod scientes vos in numero nostrorum et esse et fuisse, semper, cogitatione nostra preuidebamus, ne qua vos ab officiis nobis debitis aliena mens abstraheret, nunc vero occasione eius rei custodiende maiore oblata, literas et verba admouenda putamus. Et etas et prudentia vestra, facile vos docere possunt, quid amicorum causa facere nonnunquam et deceat et conducat. Quare vellemus id hoc potissimum tempore in memoriam vobis renocatum esse, vt non ad alia obsequia vos ab amicis pertrahi permittatis, nisi ad ea quae iusta, quaeque ho:

nesta factu esse videntur. Nam passim sine aliquo discrimine amicorum consiliis et affectibus adesse, non videtur tutum neque necessarium, presertim, vbi res cum seruitoribus nostris agitur, quorum apud vos non aliam rationem quam nostri ipsius habere conuenit, ne seruitore aliquo nostro opera vestra leso, nos offensionem quoque recipiamus, quod a vobis, dum vos in nostris esse volumus, quam longissime abesse vellemus. Bene valete. et dominum Deum pro nobis orate. Dat. Ex arce Bodzanczinen die ix.a Februarij Anno Domini M.o D.o XXXV.o

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Doctori Borek Cantori Craccouiensi.

Venerabilis domine, frater in Christo charissime, heri reuersus Vilna ad nos Paczinski seruitor noster, et lras multas nobis attulit, et multa Secretiora quae ante ignorabamus aperuit, quorum hoc est precipuum, quod dicat Mtem Reginalem, quae in nos dudum eiusmodi concepit odium, vt non aliter sibi satisfactum putauerit, quam vt intercessiones nras, quas pro confugientibus ad nos apud Mtem Regiam interdum facimus, interuertat et quominus exaudiantur, impediat, nunc eo magis nobis esse infensam, quod sit persuasa Felicem Narempinskj opera et mandato nro ad Canonicatum et Prebendam post mortem Czurilo vacantem, in Ecclesia non esse receptum, idque non tam ad incommodum Narempinski, quantum ad odium sui ipsius factum a nobis esse credat. Et proinde dixisse illam seruitor noster refert, quod non sit vlla ratione causam hanc desertura, etiam si

omnia quae habet impendere et amittere propterea debeat.
iamq in ea ipsa re et causa, Regias ad Sumum Pontificem
dedit lras, quarum vobis exemplum, cum pntibus mittimus,
suas preterea lras multas in Vrbem dedisse dicitur, et om:
nem lapidem mouisse mouereq velle, vt voti sui compos fiat,
et nobis in despectum Felicem Narempinski ad Canonicatu
intrudat.

Dominus Doctor Andreas Mtis Rlis phisicus, contendit a nob
vt paria lrarum earum, quas in testimonium probatae nobili:
tatis suae et qd indigene priuilegio ad assequendas quasuis
tam in minoribus q in maioribus Ecclesiis dignitates vti de:
beat, a Mte Regia obtinuit, illi nos ex Cancellaria nra
traderemus, Eo fortasse metu perculsus, q Doctor Ioannes
Phisicus Regius sit nunc a Canonicatu hoc nomine q indi:
gena non sit, repulsus, et preterea, q suum hoc prenominatu
Priuilegium in Capitulo apud vos asseruatum esse dicat.
Qua in re cum nobis prouide agere conueniat, postulamus
a vobis, vt nemini quidq ea de re dicentes, conferatis hoc
exemplum lrarum D. Doctoris Andreae, quod mittimus cum
illis lris, quas obsignatas in Capitulo apud vos habetis, et
fiaciatis nos certiores, si in aliquibus verbis abinuicem dif:
ferunt, vel illarum exemplum nobis mittatis, vt ipsi illis per:
spectis, omne offendiculum euitare facilius possimus.

Caeterum Paczinski noster, declarauit Doctorem Sijculum
ex Optalmia oculorum, a xij iam Septimanis laborare, quam
multi credunt mortem illi conciliaturam. Interea autem Rex
iuuenis ab omni institutione vacat, de cuius quidem a puellis
seiunctione, et si multa sunt nomine Conuentus acta, Mtas
tamen Rlis, vt a se diuellatur, nlla volt ratione permittere.
inquiens, nusq melius vel honestius q in oculis et preceptio:
nibus parentum filios educari posse.

Lodomiro Alyphio
Præterea de domino Secretario Rxlis Mtis sic retulit Paczinski, qp multo inferiorem nunc q̄ antea gradum anthoritatis et gratiæ apud Rxlem Mtem retineat, et quod parum abfuerit, quin Aulam illam non pridem reliquisset.

Cum hic apud nos pridie, visendi causa Dominus Laurentius Mischkowski. Castellanus Biecen̄ fuisset, declaravit nobis se a dn̄o Sarnouien et alÿs isthic audÿsse, qp domini Castellanus Craconiensis, et Palatinus Russiæ, cum domino Syradiensi palatino, visi sint iam in Caschowia, in patriam reuertentes, quod an ita se habeat, a vobis certiores fieri cupimus, nihil enim dubitamus id, iam Crac omnibus fore cognitum.

Ad hec Rxlem Mtem dixisse Paczinski refert, quodsi Canonicatum morte D. Iacubowski vacantem in contentione Naropinski contulissemus, facile omnem hanc controuersiā de medio tollere potuissemus, At nos vt id non faceremus certo et necessario consilio persuasi sumus. Nam vbi hunc Canonicatum ad cuius coadiutoriam. D Doctori Ioanni consensum nostrum prebuimus, ad nostrum vel cuiuspiam necessarÿ et seruitoris nostri commodum conuertissemus: Effugere culpam incostantiæ et varietatis, iuste non potuissemus, quippe qp non deessent multi, qui nobis id vicio verterent, nunc vero causa criminandi nos sublata, silere eos necesse erit.
Cuperemus videre quo argumento in excusationem sui Prælati et Canonici Ecc^e nostræ, ad Mtem Regiam scripserūt l̄ras, non probatur enim in Aula responsum et excusatio illorū vt quæ contraria quædam et inter se pugnantia continere in se videtur. Quare a vobis rogamus, vt exemplum earundem l̄rarum, mitti nobis curetis, per primum qui se offeret Nunctium.

Ille puer Baranowski, quem apud Dominum Joannem Crosno Viccarium dominum Laski, Crac. in studio alebamus, receptus erat ab amicis in Rus Cracouiae propinquum, vbi hactenus egritudine correptus decubuit, Nunc iterum a patruo Cracouiam reuehitur. quare vos illum rursus in pristinum locum recipi et more solito prouideri faciatis

Galatius Barbitonsor nr certo est edoctus, centum florenos in moneta his diebus, apud D. Stano Consulem Cracouien depositos esse, quae peccunia in edibus illius Alberti Pharmacopole vagi et miseri, in vim reemptionis, per exequutores Testamenti Nicolai obesi bone memoriae olim Coci nostri, inscripta erat, Quare cuperet illam accipere, et in domo sua inscribere, vt Centum florenos, quos dno Josto Lodowico inscripsit, et a quibus sex florenos pendit, dissolueret, et in se minorem census soluendi obligationem relinqueret, Nam ab his centum florenis, qui sunt apud D. Stano depositi quatuor tantum florenos loco pensionis et Census, institutos esse, est edoctus.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Iacobo Stasscowski Canco Cracouiensi

VEnerabilis domine, frater in Christo charissime. Non possumus non grauiter, et iniquo animo ferre, tantam vobis ab ista muliere fieri iniuriam, quæ non solum ius vobis vestrum detrahit, sed passim etiam nomen vestrum, cum in Comitiis, tum apud Mtem Regiam traducit: neqz eo contenta, minas etiam iactat, pericula intendit, formidines opponit. Sed magno tamen vos fortiqz animo esse oportet, atqz hæc muliebria terriculamenta contemnere et pro nichilo ducere. Quod vero metuere videmini, ne quid mulieris calumniæ de vra existimatione imminuant, vos qui in literis fere vitam agitis, non ignorare scimus, id quod a prudentissimis viris scriptum est. Nichil esse sapienti viro præstandum præter culpam, a qua cum procul absitis, quid est quod cuiusq calumnias pertimescatis? cum præsertim notior sit omnibus integritas vestra, pacisqz ac tranquillitatis amor, q vt ex delatione cuiusq facile quisq aliam de vobis opinionem animo imbibat. Nos iusticiæ vestræ pro eo ac debemus nunq deesse volumus. Quare et nunc ad D. Castellanum Cracouiensem scripsimus, magnoqz studio ab eo contendimus, vt authoritate sua interposita, frangat mulieris istam pertinaciam, eiqz persuadeat, amice potius vobiscum vt transigat, q cum duobus iam sit iudiciis confossa, certum in periculu et discrimen causam suam deduci patiatur: Et D. Premisliensi scribemus, vt primum certi nobis hominis potestas fuerit, vt vestri illic propugnationem suscipiat: ita futuru

est, ut neque corporis, neque existimationis vobis deinceps peri:
culum ullum sit formidandum. Nusquam enim vobis locorum
deerunt, qui nichil studij et laboris in defendendis vobis
vobis praetermittent. Cuius rei nos ita ut officij nostri
est principatum appetemus. Bene valete, et dominum Deum
pro nobis Orate. Dat. etc.

Tomicius
Alberto kigewski Notario suo . est supra .

VEnerabilis, in Christo nobis dilecte. Ex literis tuis certiores
facti sumus, qua linguae petulantia, non solum Praelatos et Cano:
nicos Ecclesiae nostrae, sed nos etiam ipsos, Ioannes Narampinski
insectetur, quae nos cum bene loqui nesciat, si male dicat feren:
dum esse putamus, atque morsus illius, ex virulento illos quidem
animo profectos, sed qui nos tamen laedere non possint, contem:
ptu potius, quam ulla animaduersione dignos iudicamus. Quinetia
laudi nobis istud et gloriae ducimus, nos nostri dissimillimis
hominibus displicere, cum et a malis laudari turpissimum sit et
ab improbis vituperari, summa in laude ponendum. Maxima
quaeque fortuna, cum maxima virtute coniuncta, maxime
morsiunculis eiusmodi profligatorum hominum, patere atque
exposita esse solet. Quos si quis est qui velit effugere: in
ordinem ut cogatur necesse est: a Reip: administratione ab:
stineat, et vitam agat prorsus solitariam. Quare bono esto
animo, et nobiscum unà malorum et maleuolorum voculas
discito contemnere et pro nichilo ducere: Spectatior est
omnibus virtus nostra, quam ut cuiusque vituperatione detrahi
de illa et imminui, quicquam possit. Tum autem, ut nos ista

negligamus, futurus est aliquando Deus iustus vindex, qui
pœnas ab illis grauissimas exigat, qui pro delectamento ha:
bent, aliorum famam maledictis incessere. Bene vale.
Dat. in oppido nro Bodzanczin die iiij Februarij
Anno Domini M°. D°. XXXV°.

Petrus Tomic. Eps. Vicecancell
Eggerdo de Keppen Consuli
Gdanensi.

Famate domine, amice noster charme. Cum nos non pau:
cis Aromatibus, rebusque alijs ad vsum Coquinæ nræ neces:
sarijs quotannis indigeamus: rogamus vos plurimum, ematis
nobis isthic Gdani quatuor Lapides piperis: septem Lapides
Zuccari: duos Lapides Amigdalarum recentium: duos lapides
Risi, et duos Caseos Anglicos recentes, ac ad manus domini
Doctoris Borek Canonici Ecce nre Cracouien: Cracouiam
transmittatis.
Præterea memineritis orbium vitreorum cum armis nris, quos
dudum adduci nobis facere ex Flandria debuistis. Qui cum
aduecti isthuc fuerit, rogamus vos, prouideatis, vt citra vlla
fracturam et concussionem illorum Cracouiam perferantur.
Nos vero omnem impensam, quam pro coemendis et soluen:
dis rebus prædictis facietis, cum gratitudine debita vobis
suo tempore exoluemus. Felicissime valete cum vestris
omnibus. Dat ex arce nra Bodzancinensi, Sabbato ante
Dominicam Inuocauit. Anno domini M°. D°. XXXVto.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Proconsuli et Consulib. Ciuitatis Cracouien

FAmati domini, Amici nostri charissimi. Accepimus lras vestras, quibus agitis primum nobis gratias, quod desyderiis et postulationi vestrae, de causa inter Venerabilem D. Petrum Conarski, Custodem Ecclie nostrae Cracouien: et Famatum D. Hieronymum Romer Consulem et fratrem vestrum in Iudicio domini Viccarij nostri agi cepta; ad aduentum nostrum suspendenda, annuerimus, Deinde a nobis postulatis, vt actionem et differentiam, quae est inter quendam pistorem vestrum et eius vxorem, causa restituende dotis, hac eadem ratione ad nostrum isthuc aduentum pistoribus primum a censuris absolutis, suspenderemus. Ac ad illud quidem quod iam concessimus, respondere multis necessarium non putamus, cum enim causa D. custodis et domini Remer, hactenus in Controuersia sit posita, non difficile neqz iniquum factu putauimus, vt ad vram postulationem illam iudicio et decisioni nostrae reseruaremus.
Verum cum pistorum causae sit alia ratio, quae tribus subselliis iam sit agitata, et de qua tres conformes sententiae sunt prolatae, censurae fulminate, non putamus nobis licere, vt rem tot iudiciis, et presertim commissariorum Apostolicorum sententia terminatam, in dubium vertere debeamus. Quin etiam magnopere miramur, quod in animum vestrum induxeritis, hoc a nobis petere, quod et a dignitate nostra, et ab officio vro alienum esse quiuis etiam verum imperitus perspicere possit. Rem enim iudicatam impedire, et eius executioni obstare, quid momenti in se habeat, si in presens non cognoscitis,

fortasse alio tempore cognoscetis, hec ut vobis sic responde:
remus: Officium nostrum et rei ipsius ratio postulare nobis
videbantur. Quod reliquum vero est, vos bene valere et
felices esse optamus. Dat. Ex Arce Bodzanczin die
xiiij^a Februarij. Anno Domini M^o. D^o XXXV^to.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Stanislao Borek Doctori Cantori Cracco.

VEnerabilis domine, frater in Christo Char^me. Adducti per:
suasione D. Thesaurarij, qui rem nos gratissimam domino
Castellano Cracouiensi facturos, scripserat, si in aliquem vi:
ciniorem Cracouiæ locum, quo congredi possemus descenda:
mus. Visliciam proficisci sicut vobis scripsimus, constitueramus,
Quam profectionem nram quoniam aduentus D. Castellani Crac.
de quo puer vr Kolanowski nobis nunctiauit, repressit et
continuit, sumus ex hoc consolati, quod nobis quiete et tranquil:
litate nra uti sine ullo impedimento licebit, et quod tam insi:
gnes amici in domo nra et patroni nostri Sancti Stanislai
hospitari debent, nam illis, cupimus quantum in nobis est, gra:
tam et lautam hospitalitatem exhibere.

Quod suadetis nobis, ut interdum exercitio moderato ad ex:
citandas vires nri corporis utamur, facere id volumus, non
grauatim, verumtamen eatenus id facere licebit, quate:
nus id ferre firmitudo nra poterit: sentimus enim hactenus
debiles et imbecilles esse vires nras, et exercitia eiusmodi
quantum sanis et robustis ad comparandam firmitatem prodesse,
tantum debilibus ad inducendam resolutionem nocumenti

afferre solent.

Miramur quod Canterius equus, quem equitauit Christoforus Schwarcz, non satis aptus vobis ad conficiendum longum iter videatur, probatus enim hic est, et placuit omnibus Seruitoribus nostris, sed nos equidem speramus illum, quanto vlterius progredictur, tanto firmiorem futurum, presertim cum sit iuuenis equus et robustus.

Cum iam deest peccunia adolescentibus, quos in domo Iherusalem fouemus, vos eis de sumptibus quales sunt habere soliti, nunc et deinceps prouideatis, nolumus enim illos, quos in curam nr̄am suscepimus, alimentis et alijs necessarijs fraudari.

Raczkowski predij nostri Luborzicza procurator, est nimiu negligens in transmittendis ad nos rebus, quae apud illum Cracouia misse deponuntur. Quare volumus vt illi mandet Wladarius noster Cracouiensis, ne deinceps negligentiam in praestandis nobis obsequijs debitis committat, et vt Seruitores nostros ad se veniētes honoret, mandataqȝ nr̄a semper accurate et prompte exequatur. Alioqui illum amoueri illinc faciemus, nam seruos contumaces et socordes ferre in bonis nostris nequaq̄ possumus.

Cum a vobis domini quos ~~domini quos~~ ad diem Crastinum aduentum expectamus, discesserint, mittemus isthuc curru nostrum pro Paulo muratore, qui si forte venire nollet, vel non posset propter impedimenta architecturae, cui se alligauit, mittere eodem curru poteritis instrumenta, quae frater Monach Andreas, ad Kielce parata iam dicitur habere.

Gratum est nobis vos emisse vas allecum, et nomine nostro in vim elemosinae fratribus Carthusiensibus, de Lechnicz erogasse, nos enim Deo seruientes viros diligimus, et

qui integritate atque innocentia vitę sunt conspicui: eos
in eorum necessitatibus libenter subleuamus. Fęlicissime
valete, et Deum pro nobis orate. Dat ex Bodzanczin feria
tercia post Dominicam Inuocauit. Anno Dni M° D° xxxv^{to}.

Petrus Tomicski Eps Cracc. Vicecancell
Sbitconi de Tarnow Castell° Calissiensi
Regni Polonie Thesaur°.

Magnifice domine, frater et amice noster char^{me} ac honoran.
Declarauit michi Bogusch seruitor meus, eam omnem suppel:
lectilem quam illi vti propriam in Arce Boleskowiecz dns
Dunijn moriens legauit, et quam iure legare potuit, Mag^{cia}
vestram nomine Regię M^{tis} arestari mandasse. Quas res
cum ego ad M^{tem} Regiam minime spectare intelligam,
nam tapeta, scutelle, cantari, caldaria, disci, et id genus
alia, a Regia M^{te} praefectis committi vel ad vsum concedi
non solent, sed ipsi ea de proprio coemunt, Mag^{ciam} vram
plurimum rogo, vt illa seruitori meo ita vt facit, id genus
legata extradi facere sine controuersia mandare velit, ne
et testator voluntatis sue exequutione, et seruitor meus
legato legittimo frustretur. faciet in hoc Mag^{cia} vra rem
iustam et michi gratam. Quam et bene valere et felicem
esse ex animo opto. Dat ex Bodzanczin die xvj^a Febr
Anno domini M° D° xxxv^{to}.

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell.
Alberto Kiewski Notario suo.

Venerabilis in Christo nobis dilecte. Tametsi egre caremus pntia dni Georgij Mischkowski Cancellarij nostri, cuius opera ad multas causas Ecclia-tas expediendas indigemus, quas ipsi ob valetudinis nostre imbecillitatem tractare et expedire nequimus. Quia tamen ille controuersiam et causam que tibi cum domino Narampinskj ratione Parrochialis in Brzessko intercedit cum aliis Commissariis nris cepit cognoscere, dedimus ad illum lras, vt isthic tantisper adhuc perseueret, quodvsqz liti finem, vel per sentenciam, vel per transactione aliquam imponat, post, huc ad nos omni mora procul rediturus. Quare tu rem tuam cura, et non permittas, vt tua et domini Mischkowski isthic mora sine fructu transmittatur.

Misimus dudum lras nostras ad Plebanum in Bobin et viccarium in Brzesko. mandantes illis, vt cum sit lis et controversia super Ecclia in Brzessko, neminem ad illam recipiant et inducant, nisi qui cum lris Institucionis nostre ad eos venerit, tamen et nunc alias similes lras ad eos mittimus. quas Proccurator nr in Wawrzinczice facile in Brzesko perferre aut mittere poterit. Vale. Dat. ex Bodzanczin die xvij Febr. Anno Domini M°. D°. XXXVto.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell / Eggerdo de Kempen Consuli Craccouien

Famate domine. amice char^me. Scripsimus ad vos paulo ante, postulauimusq a vobis, vt emeretis isthic nobis. quatuor lapides piperis, septem lapides Zuccari, duos lapides amigdalarum. duos lapides risi, et duos caseos magnos Anglicos. Quia vero postea didicimus. piper eo pretio hic emi posse, quo et apud vos. Vtcumq sit minor lapis vester quam noster Cracouien. nolumus vt piper nobis ematis, sed duntaxat ematis septem lapides Zuccari, Amigdalarum dulcium et recentium lapides quatuor. Risi lapides quinq. et duos caseos Anglicos, magnos et recentes. et hec mittatis Cracouiam, ad manus Domini Doctoris Borek. Can^ci Ecclie nostre Cracouiensis. que nos vobis cum gratitudine debita exoluemus. Felicissime valete cum vris omnibus. Dat in Arce nra Bodzanczinen feria sexta proxima ante Dominicam Reminiscere. Anno Domini M^o. D^o xxxv^to.

Tomicius Eps Vicecancell. / ~~Stanislao Borek Cantori Crac~~ Doctori Rzeczicza pœnitentiario Romano.

Magister Iacobus de Ilsza, habens gratiam sermonis, et eruditionem non volgarem, concionatus est multos annos Cracouiæ Deinde vero heresi Lutherana afflatus, predicauit nonnulla contra venerationem Sanctorum, obseruationemq ieiuniorum

et alia multa ab Ecclesia sancta suscepta et approbata,
de quibus cum nobis delatus esset, et inficiatione vteretur,
ab hisipsis qui eum detulerant, et haec eadem concionantem audiue:
rant, conuictus est. Nos vero vt res postulare videbatur, hanc
tulimus contra illum sentenciam, vt quae dixit aduersus ritum
Sanctae matris Ecclesiae reuocaret, quod dum ipse facturum se
quidem recepisset, posthac tamen facere id nolens fuga de ciui:
tate Cracouiensi elapsus esset, Wratislaviamque vbi labes Lu:
therana viget, aufugisset: Nos ne videremur in illum esse praeci:
pites, instituto contra illum processu Judiciario, securitatem
veniendi Cracouiam seque expurgandi illi dederamus, sperantes
vt interea ad cor rediisset, et errorem suum reuocatione diluisset,
Verum cum pro die sibi prefinita comparere non curasset, literasque suas
quibus errorem et pervicatiam suam palam expressit et defendit
nobis misisset, processus contra illum institutus, per Doctores in
Sacra scriptura peritos est prosecutus, Sentenciaque breui pronun:
ctiabitur: qua de heresi erit condemnatus, a qua quia forte
appellabit: Significare vobis hanc rem voluimus, vt si appella:
tione interposita, eam prosequi isthic voluerit, rei gestae seriem
exponere eiusque moliminibus obuiare isthic possitis, et sciatis,
posthac vero processum contra eum factum, vna cum sentencia
vobis mittemus, que cum sit rite legittimeque lata, certo nobis
persuademus, quod et isthic quoque ab Romanis iudicibus non im:
probabitur, sed rata habebitur.
Si iam Rechamator perfecit nobis scutum, quod fieri fecistis
ad pluuiale nostrum, cum ille, vt scribitis, sit peritus et ex:
cellens in sua arte, conueniatis eum vt nobis ad ornatum seu
casulam ornamenta qualia Cardinales et Prelati Romani in suis
casulis seu planetis ante et retro habere solent, ac etiam pecze
suprale spale, vt Itali vocant, ad Dalmaticas duas faciat, nos
vero illi mensuram longitudinis ac latitudinis horum mitti:
mus, simulque imagines descripsimus, quas in hisdem ornamentis,

casulæ et Dalmaticarum fieri volumus, precium autem quo
vos ad hec nobis facienda illum conducetis. libenter ei exol:
vemus.

Saluus conductus pro Magistro
Iacobo de Islsza.

PEtrus deigratia Epus Cracouien et Regni Poloniæ viceccan:
cellarius. Manifestum facimus tenore pntiu vniuersis.
Quia cum coniectura assequi possimus Mgrm Iacobum Islzen,
ideo ad purgandum sese de criminibus obiectis Cracouiam ve:
nire recusare, quod metuat ne qua sibi vis adferatur: Nos qui
potestatem cuiqz causam pro se dicendi esse volumus, neqz hanc
in nobis herere suspicionem cupimus, vt vi quemqz repulisse
a suis defensione videamur, fide illi nra ad dicendam causam Cra:
couiam veniendi potestatem facimus, lris qz his nostris cautu
ei esse volumus ab omni si quod a nobis vel a quoqz nre Ju:
risdicionis homine metuit periculo, et sartum quod aiunt tectu:
qz nos illum a qualibet cuiusuis vi et iniuria conseruaturos
pollicemur. Ea tamen lege et condicione, vt ad ea quorum
insimulatus est in iudicio respondeat, et sentenciæ quæ per
Judices quibus disceptandam et cognoscendam causam hanc
commisimus lata fuerit: stare in persona propria et parere
teneatur. Tempus autem quo publica fide obiectorum sibi
criminum delendorum causa, versari in Diocesi nra et Ciui:
tate Cracouien possit, ei prefinimus, ex hoc die, ad diem
Diuo Adalberto sacratum. Id quod ad omnium et singulorum
noticiam deducimus et deduci volumus, harum serie lrarum
quibus manu nra subscripsimus et sigillo nro eas obsignari curauimus.
Dat.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Nicolao Bedlenski Scolastico. Vicario
Thome Rosznowski officiali
Stanislao Biell Theologie Doctori
Stanislao Boreg Decretoru Doctori
Canonicis Crac

Venles domini etc. Redditae sunt nobis lre vestre. ex quibus quid de causa Magistri Jacobi Isszen sentiretis, abunde cognouimus. Non nos quidem fugebat eius absentis causam, qui capitalis esset criminis reus, a procuratore defendi non posse. Sed cum et dominus Archiepus Gnesnen, et alij nonnulli Episcopi, scriptis ad nos literis contendissent, ne quid in absentem eiusmodi statueremus, quo impetrande illi venie spes omnis precideretur; de quo spes tamen adhuc subesset aliqua, fore vt ad officium sanitatemqz renocari posset. Nos cum aliorum consilijs obtemperare tum nostre etiam nature obsequi volentes, que ab omni est acerbitate remotissima. specie quadam defensionis et iudicij eo vsqz rem duci voluimus, dum quid ille animi haberet, quam nobis de se ad sanitatem reducendo spem ostenderet intelligeremus, adeo tentanda prius omnia putauimus, q ad extrema illa summeqz necessaria remedia deueniremus: ne quid a nobis cupide, ne quid temere factum reprehendi possit. Nuc cum re in tam longum tempus extracta, non solum presto ille non sit, sed apud eos etiam diutius commoretur, qui sunt hereseos contagione confecti: placet nobis et probatur consiliu vestrum, publica vt fide Cracouiam redeundi suiqz purgandi potestatem illi faciamus, mittimusqz vobis lras, quibus illi ab omni ab omni periculo cauemus. Quod si data sibi a nobis potestate vti noluerit, causa iam futura nulla est, quin eam

quam meritus est de eo sentenciam feratis. vt cum corpus
illius penam effugerit, animo tamen notam indelebilem inu:
ratis et vulnus infligatis eiusmodi cuius cicatrix obduci nun:
quam possit et sanari. Dat Ex arce nra Bodzanczin die xxi
Februarij. Anno domini M°. D°. xxxv^to^.

Venerabiles dni, fratres in Christo charissimi. Hodie reddi:
te sunt nobis littere a Magistro Iacobo de Ilsza, quas mittimus
vobis cum pntibus, ex eis intelligetis. perstare illum in sua per:
vicatia, et non solum errorem suum reuocare nolle, sed etiam
illum tueri et adfirmare. Quare cum sit adeo pertinax,
et non videatur prebere spem aliquam, quod sit ad cor reditu:
rus, volumus vt vos aduocatis aliis Doctoribus, habitoque
prius inter vos mutuo colloquio, processum ceptum contra
illum continuetis. Sentenciamque in eum vestram pronunctie:
tis et promulgetis, quam cum tuleritis, non dubitamus, quin
neque Sedes Aplica nec vlla alia Christiana Tribunalia eam
sint retractatura. Bene valete, nosque in vestris orationi:
bus habeatis commendatos. Datum Ex Bodzanczin die
xxv^a^ Marcij. Anno Domini M°. D°. xxxv^to^.

Petrus Tomicski Eps Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Pol.

Sacra Regia M^tas et domine, domine clementissime.
Post perpetue seruitutis et orationum mearum humilem commendationem. Ciues Lublinenses subditi M^tis vre Ser^me. Certis et non parui momenti rationibus adducti, mittunt istuc Nunctium suum ad M^tem vram Ser^mam, qui nomine totius Ciuitatis, apud M^tem vram ea quae sunt illis opus exponat, vt de iniuriis, quas vndiquaque suscipiunt multas conqueratur. Quibus in rebus cum ipsi Ciues meam ad M^tem vram Ser^mam intercessionem, multum sibi adiumenti allaturam confideret, dari sibi a me ad M^tem vestram Ser^mam lras postularunt. Quas ego illis negare nolens, tum quod subditos M^tis vre tuear libenter, tum etiam quod rem de eorum Priuilegiis confirmandis, que fauorem in se retinet agi scia. M^ti vestre Ser^me supplico, vt eorum preces clementer audire, et quatenus iuste fuerint, liberaliter exaudire dignetur, faciet enim in hoc M^tas vra Ser^ma rem suo Regio splendore dignam, vt quam ego cum ciuibus ipsis seruitute nra mereri semper M^ti vre Ser^me curabimus. Quam seruitutem et meipsum rursus in gratiam M^tis vre Ser^me commendo, et Dominum Deum precor, vt M^tem vram sanam et felicissimam in multam aetatem seruare dignetur. Dat. ex arce Bodzanczinen die xxvj^a Febr. Anno Domini M^o. D^o. XXXV^to.

Petr. Tomic. Eps Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Premislien

Rme in Christo pater, et doie, frater et amice charmme ac honoran. Scribo lras ad Regiam Mtem in commendationem Ciuium Lublinensium, sue Mtis subditor, vt illos Mtas sua et audire et exaudire in his quae sunt isthic curaturi, clementer dignetur. Quae commendatio mea vt illos tanto magis subleuare possit, D. vram Rmam rogo, adesse illis et consilio et ope sua apud Mtem suam in hoc precipue velit, vt eorum Priuilegia cuiuspiam libera et non considerata interpretatione detrimentum non patiantur. factura id D. vra Rma, pro suo erga Iusticiam officio, et pro magna subditorum Regnorum vtilitate. Cuius fraterno amori me plurimum commendo. Et illam bene valere et felicem esse ex animo opto. Dat. ex arce Bodzanczinen die xxvj Febr. Mo Do. XXXVto

Petrus Tomiczki eps Crac
Stanislao Borek Doctori
Cantori Crac

Venerabilis domine, frater in Christo charissime. Fuerunt iam nobiscum, dominus Castellanus Crac. Dominus Palatinus Russiae, dominus Castellanus Calisien, et alij plurimi nobiles viri, quos tam gratos hospites, vt nos maxime

potuimus et vt illorum dignitas postulabat liberaliter tra:
ctauimus. Ex quibus quia Dns Palatinus Russiæ breviore
nobiscum tempore perseveraverit: hinc ad octo dies ad nos
rediturum se recepit, hac enim iter facturus est Czastho:
chowam versus. cum vxore sua et domina Castell Crac
matre vxoris sue, hos nos rursus hospites cupientes laute
excipere et pro decoro honorare, postulamus a vobis, vt duo
Barilia vini, alicuius optimi novi et dulcis comparetis, et illa
parata habeatis. vt cum isthuc currum miserimus, imponi
illi possint et ad nos quamprimum advehi.

Gratum est hoc nobis quod scripsistis voluisse vos Visliciam
ad nos visendi causa excurrere, et adventus ipse vester,
cum Dno Doctore Antonio gratior adhuc extitisset, nam
similium amicorum, vel ipse aspectus et congressus plurimu
nos oblectare solet. At cum ratio nre Visliciam profectiois
est immutata in aliud tempus magis oportunum mutuum nostrum vi:
sendi nos desyderium differemus.

Quæ res desunt nunc in thesauro nostro: et quæ sunt nobis
valde necessariæ, ad tractandos tam magnos et charos ho:
spites, ex sceda pntibus inclusa cognoscetis. et rogamus
vos vt easdem res nobis mittatis per eum Nunctium quem
cum curru isthuc brevi mittemus.

Mittimus isthuc Cracoviam nostrum Dambniczki, vt quærat
et inveniat inter suppellectilem nram chartaceam, lras Re:
gias quæ dudum scriptæ sunt ad dominum Castellanum
Cracoviensem, et apud nos hactenus asservabantur. quas
vos illi a Dambniczki receptas. vna cum lris Domini
Przemislien reddatis cum istuc venerit/veniet autem propediem
bene et feli valete. Dat in Bodzarzin XXVIJa Febr. MoDo. XXXVto

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Stanislao Borek D. Doctori Cantori Cracco.

Venerabilis domine, frater in Christo charme. Mittimus istuc currum nostrum ad vos, vt in illo vinum et reliqua omia pro quibus ad vos per Dambniczki scripsimus, ad nos mittatis.
Cum hic essent apud nos Magci domini, Dominus Castell Cracouien et dominus Palatinus Russiæ, declararunt nobis nusq se in hoc toto Hungarico itinere, melius vinum q Varadini bibisse, quod nec nimis potens, nec plane sine radice, sed ad gustum magnopere gratum purgatum qz esse dixerunt. Cuiusmodi vinum, cum nos vt scitis non habeamus, et illud nos habere egritudo nra postulet.
Commisimus Per lras nras Stanislao Pieniaszek Vladario nro Sandecen, vt mittat aliquem Mercatorem sibi notum Varadinum vsqz, qui illius laudati vini nobis vnu vel duo vasa comparet, et isthuc Cracouiam advehenda proccuret, et proinde postulamus a vobis, vt lras, quas in manus vestras mittimus ad Vladarium nrm predictum vbi vbi sit deferri procuretis.
Quod nobis de mutando hoc loco, quem valetudini nostræ curande non satis aptum putatis, scripsistis. Videmini id quidē nobis ex amore et sincero vestro erga nos studio fecisse. Verum cum nos ex contrario hunc locum quieti et ocio nro satisfacere Judicemus, non arbitramur ad presens operepretium fore, vt illum comutare debeamus.
Vinum commune ad vsum mense nostræ paucum iam

habemus. Quare mittatis nobis illud. Nam multum illius absumitur in aduentu huc ad nos magnorum hospitum, preterea farina quoqz triticea alba et bene excussa nobis deest. et proinde tres choros illius nobis mittatis. Et bene valete. Dat. etc.

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancell
Artium et Medicine Doctori Adamo de
Bresini: Padue agenti

VEnerabilis domine, frater in Christo dilecte. Cum ita vt audimus, Swidwa nepos noster, habitationem istam non satis tutam habeat, animusqz illius sit quoqz a lris alienus, decreuimus illum isthinc ad nos reuocare. Quoniam vero audimus et vos in Poloniam redire decreuisse, postulamus a vobis vt tantisper isthic adhuc subsistatis, donec equum et sumptum itineris nepoti nro transmittemus, vt illi sicut proficiscenti ita reuertenti comes itineris esse possitis, quo rem nobis gratam et rationibus vestris non incommodam facietis. Bene et feli valeatis. Dat. etc.

Tomicius eidem Adamo
Doctori.

Egregie domine, frater in Christo dilecte. Accepimus lras vestras, Septima Marcij Padwe datas, quibus de egritudine Nepotis nostri Bonauenture Swidwa, graui admodum et periculosa nobis scribitis, quam nos valde dolenti animo fecimus,

Quia tamen ex influxu celesti et permissione diuina con:
tigisse illam censetis, equo et pacienti animo et Swidwa
et nos feramus eam necesse est, rogamus autem vos plurim
adhibeatis omnem operam vestram vt cito ab illa curetur
pristinaeqȝ bone valetudini restituatur. Destinaueramus
iam reuocare eum ad nos, quandoquidem illi studium bo:
narum lrarum non arrideat, peccuniamqȝ frustra ab:
sumat, et rebus vanis ac turpibus studium omne suum,
accommodet, sed cum sit affectus egritudine, tutius et
consultius fore censemus, vt nisi plene restitutus locum
in quo est non mutet, ne si promoueretur alio, in aliquod pe:
riculum grauius prolabi eum contingat. Mittimus nunc
illi per Ioannem Vilamorowski trecentos viginti quatuor au:
reos Hungaricos, putamus enim, q͞ ea summa peccuniae erit
sufficiens, et ad soluenda debita, quae contraxit, et ad sus:
tentandum eum, necessariaqȝ sibi comparanda, per hoc tem:
pus quo isthic adhuc manebit. Volumus autem vt vos to:
tam eam peccuniam ad vos accipiatis. et conseruetis, atqȝ
in necessitates nepotis nostri Swidwe expendatis, cuius de:
bitum octoginta aureorum, quod absqȝ scientia vra contra:
xit, cum solueritis, caute aduertatis, ne in eo interueniat ali:
qua fraus et dolus.
Miramur plurimum quibus causis ipse Swidwa tantis debitis
presertim vobis nesciis sese implicauerit. quippe qui tantum
peccuniae illi suppeditauerimus, quantum nostro et omniu
Iudicio, ad honestam sustentacionem ipsius sufficere potuerit.

Gratum est nobis q͞ condolentes egritudini nostrae votum
Diuo Antonio pro nobis nuncupaueritis, et munusculum aliqd
offerre, ad tumulum illius promiseritis, quod vt pstare possi:
tis, mittimus vobis decem aureos Hungaricos, pro quibus
ematis, et ad tumulum ipsius diui Antonij figatis munus:

culum aliquod, quodcunqz vobis magis libuerit.

Si Swidwa non conualuerit, tum adhuc dum Przeczlawski noster, ex vrbe Roma rediens, isthuc venerit, volumus vt eum secum non accipiat, sed tantisper donec restituetur pristinae bonae valetudini morari isthic permittat, cum quo vos etiam interea vna sitis et egritudini illius curande diligenter consulere velitis, posteaq vero sanabitur, et pristinam bonam valetudinem recuperabit, idqz vos nobis significabitis nos pro illo proprium seruitorem nostrum mittemus, eiqz equum in quo illum secum adducat ad nos dabimus. Bene valete. Dat. etc.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Stanislao Odrowass Castello et Capit.o
Leopoliensi.

Generose domine, amice charss.me Non possumus non molesto animo ferre, q vestra D.o valde paruam rationem habeat nostre erga se beneuolentiae, quam collocare in eam non dubitauimus, postulante namqz necessitate D. vre peccuniam Nepotum nostrorum illi in mutuum dedimus, et hoc amplius, bona quae vestra D. illis inscripsit, pro valde exili pensione annua illi locauimus, quam q vestra D. soluere nobis non curat, nostrumqz officium in se praestitum nichilipendat: atqz adeo negligat graui et acerbo animo ferimus, et reuera non sperabamus, q hec tanta ingratitudo nobis a vra D. euenire debuisset, hortamur ergo et rogamus D. vram, soluere velit nobis pecuniam, quam debet Nepotibus nris de Schamotuli, breui namqz alter eorum qui iam aetatis est legittie veniet ex

Italia qui de rebus suis disponere volet. nollemusq3 nos
vt ad ipsorum noticiam perueniat, hoc quod nos peccuniam eorum
D. vestre tam valde leui condicione mutuam dedimus.
Bene valeat vra D°. Dat ex Dobrowoda x^a Junij
Anno Domini M°. D°. XXXV^to.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Ossmolski Officiali Lublinensi.

VEnerabilis frater in Christo charissime, Commendamus studium et diligentiam vram, quam in percensendis moribus, et coërcendis excessibus, quorundam incontinentiu sacerdotum adhibetis, et probamus factum vestrum, quod in quosdam de ordine sacerdotali male meritos, mulctam peccuniariam decreueritis, quam nos ab illis suo quoq3 tempore exigere volumus. Mandamus vobis preterea, vt in sacerdotem scandalosum fraternitatis in Biskupice, pœna carceris, quam contra illum decreuistis animaduertatis: cognouimus enim ex depositionibus testium quas ad nos misistis, tali illum dignu esse animaduersione. Bene valete. Dat. ex arce nra Bodzanczinen, feria Sexta ante Dominicam Oculi. M°. D°. XXXV^to.

Petrus Tomicski Ep's Cracc. Vicecancell
Petro kmite de Visnicze Castell
Marsalco regni. Craccouień. Scepusiensi
Colensi Premisliensi Capitaneo.

MAgnifice domine, amice charissime et honorande. Allatum est ad me, vno mense et eo diutius detentum fuisse a D. Scheredi Caspar, ciuem quendam mercatorem Cracouiensem Erasmum Carlawicz, eum ope Mag^ce Dnis vre liberatum esse tandem, sed ea lege, vt quarto decimo die quàm festum Paschatis fuerit celebratum, Ds. Peter Daniel consul Cracouiensis, cuius causa subditi M^tis regiæ, a D. Scheredi Caspare, detineri consueuerunt: in oppido Bartphensi sese sisteret: vt ibi controuersia, quæ est inter eum, et D. Scheredi cognosceretur. Nisi id factum esset, tum idem Erasmus Carlawicz, qui fuit non ita pridem insons detentus, et eius rei quæ aliena culpa contracta est, pænas luere coactus, in eundem in quo fuit paulo ante detentus locum reuecti teneretur, atque de fortunis suis omnibus ingens in discrimen venire. Quæ res cum michi cum summa illius iniuria coniuncta videatur, rogo Mag^tam D. vram, vt extrema cum primis contexat, et quemadmodum pro sua humanitate liberandi illius author fuit: ita ne in eandem seruitutem insons recidat, authoritatem quoque sua interponat, illudque omni ratione efficiat, vt Peter Daniel, quem sibi mille aureos debere Scheredi Caspar affirmat, loco et tempore constitutis se sistat, causamque eam, quæ est inter eum et D. Scheredi, Iudicum sententiis permittat. Multo enim satius est, vt semel iudicio res transigatur, quam vt de fortunis suis alij mercatores nullius plane culpæ affines, toties in dubium venire cogantur. Factura est D. vra

Magn^{ca} rem, et sua equitate atq; officio dignam, et a me omni officio meo vicissim referendam. Valeat et sit fœlix vra M. meq; habeat sibi charu et commendatum. Dat. in Arce nra Bodzanczinen. die ultima February. Anno Domini M°. D. XXXV^{to}.

Proposita ab Alberto Duce Prussie et Dicta coram Sigismundo primo rege Polonie. Vilne: 1535: februarij per Cancellarium Duc

Principio, q. prædictus iam dominus meus clementissimus Prussie Dux: maximo affectus sit gaudio et voluptate, postea: q. cognouit Regiam M^{tem}, firma adhuc et sana valetudine esse, in feliciq; imperij regimine vitam agere, orans Deu optimum Maximum, vt is pro diuina clementia Regia suam M^{tem} in pristina valetudine, florentissimo Regni Statu, atq; perpetua contra hostes felici victoria, ad Regnorum et omnium subditoru salutem, vtilitatem et defensionem, diutissime feliciterq; semper conseruare velit.

Secundo quis Regia M^{tas} antea, sæpius per Illustritatis sue scripta certior sit facta: de varijs istis practicis, tam in Germania q. Liuonia et alijs locis, ad perniciem Regie M^{tis} terrarum et subditoru exortis, et istud etiam per Mag^{cum} Nobilem ac Generosum Nicolaum Nipschicz a Bartczschen Regie M^{ti} sit indicatum: Tamen Illma sua D°. eiusmodi Practicas nunq graues, tamq; arduas esse existimauit, q. ob eam causam, Ill^{tas} sua ante constitutum Regie vocationis tempus, ad candem ppa persona conferre sese debuisset.

Jam vero cum Illtas sua, iterum de varijs istis et periculosis practicis ac negocijs Theutonici ordinis in Germania, mlta partim ex Dominorum et amicorum quorundam lris, partim etiam auribus perceperit, quod ordo Theutonicus. (qui bannum Imperiale, contra Illmam suam D., eiusdemqz terras et subditos declarauit: idqz in aliquibus Romani Imperij locis affixit) varios modos et consilium querat, quo primum sue Regie Mti, deinde Feudatarijs terris et hominibus damnum inferre possit. Cuius rei Illmus Princeps certissimam cognitionem habuit, quemadmodum antea quoqz Illustritas sua hec pro parte Domino Nicolao Nipschicz Regie Mti indicanda transcripsit, qd quidam a nonnullis Theutonici ordinis, et alijs personis, precipue autem, ab vno, nomine Vlrico Iglinger Illtis sue subdito de Prussia, qui nunc per integrum fermе quinquennium, apud asserentem se generalem administratorem Theutonici Ordinis Prussiæ, contra datum suum Iusiurandum se se continuit, Curiæqz Magrm se appellauit atqz scripsit, cum lris ablegatus in Prussiam ac Liuoniam proficisci, in animo haberet, vnde facile cernere atqz cognoscere licet, varios illos Theutonici Ordinis conatus.

Idcirco illustritas sua diligentem adhibuit curam, quo ille tandem explorari possit, quem Diuina prouidentia sic ordinante, vna cum lris est adepta, ex quibus postea Illtas sua cognouisset, quod ordo vna cum suis adherentibus occasionem ac causam quereret amplissimo Regno Poloniæ, suisqz incorporatis regionibus et subditis, maxima mala et incommoda inferendi, et precipue qd prenominatus Vlricus Iglinger asserentis se generalis administratoris Theutonici Ordinis Prussiæ Curiæ mgr, scripsisset, spem se concepisse quam maximam hæc omnia, et causam ipsam breui futuram meliorem. Rem enim istam bonum inicium habere, propter Daniam atqz ad futuram iam estatem, miras Practicas, variosqz tumultus excitari, ita vt Tragico quodammodo

more actum cum Prussia videri possit, Nam hoc incen:
dium, non in vno tantum, sed pluribus locis inhumaniter
plane et more tyrannico exoriturum, id vero clandestinum
adhuc esse et paucis cognitum, nec oblitis aut exceptis etiam
Polonis. Nam Prussiam ac Masouiam duo feuda esse Ro:
mani Imperij, quemadmodum latius et clarius tales lre in se
continent. Et Illmus Princeps Prussiæ Dux, Dominus
meus clementissimus, tanq obediens vasallus, curiosus et vi:
gilans princeps, eam ob rem pretermittere noluit, quin eiusmo:
di literas, nonnullis Illtis suæ fidelibus subditis, tam regionum
q Ciuitatum in proxime habito Conuentu declararet, atq
cum ijsdem consilium desuper comunicaret: qui Illmæ suæ Dni
hoc dederunt consilium, eandemq q humilime suppliciterq
rogarunt, (quandoquidem hec res et causa, inprimis etiam
ad Regiam Mtem, et amplissimum Regnum Poloniæ specta:
re videretur.) eadem velit haud grauatim se propria per:
sona ad Sacram Regiam suam Mtem conferre, illiq hec
omnia et alia indicare, imo etiam Regiam suam Mtem
enixe ac summis precibus orare non dedignaretur, vt illa
hec omnia, tanq sapientissimus prudentissimusq Rex altius
paulo considerare ac animo prospicere, optimo deniq consi:
lio prouidere, auxilium ac opem Regiam impartiri non de:
sinat, quo presentibus futurisq malis et periculis in tempore ea:
tur obuiam, et vt neq Regia sua Mtas, neq feudatæ terræ
et homines aliquid detrimenti et incommodi ex eiusmodi Pra:
cticis capiant. Quod Illma sua Do. fidelibus subditis
(q suis illam hanc profectionem aliquandiu distulerit, sperans
occasionem illam Regiæ Mtis vocationis medio interim tem:
poresse oblaturam.) honeste recusare atq denegare non
potuit. Quoniam vero hec nimis longam habuere moram
imminentiaq vernalia tempora appetunt, ita vt aquæ
relicta consumptaq glacie, omnes aperiantur, Illtis suæ

fideles subditi, tam regionum q Civitatum iterum supplicibus
precibus obtestati sunt, Illma sua Do. velit hanc suam profectio:
nem tanto citius suscipere, eamqz causam coram Sacra Regia
Mte q commodissime proponere, ita vt tanto maturius Illtas
sua domum reuerti et ad suos redire queat, et vt illa causa
hoc minus etiam, aliis gravioribus Regie Mtis incumbentibus
causis, atqz negociis sit impedimento.

Quamobrem, cum Illma sua Do. pro certo compertum habeat,
minimeqz dubitet, quin Regia sua Mtas iam diu satis superqz
cognouit, quales Practicas ordo in Liuonia (quem cum Mosch:
couia et Lubecensibus confederationem fecisse et conspirasse
adinvicem satis constat) querere, parare, atqz struere in animo
habeat, ita vt Lubecenses, vna cum suis adherentibus, presertim
Comite de Aldenburgk, tales etiam rumores in vulgus sparge:
re, et eiusmodi sermones serere non vereantur, vt pote, si ipsi
victoria potirentur, primo statim tempore in Prussiam sese
ac alios regni Poloniae infeudatas terras conferre easqz inui:
sere vellent.
Ordo etiam quamprimum Legati a Lubecensibus in Liuoniam
missi, ad ipsum venerunt, aliam statim Legationem in Moschco:
:viam ablegauit, certoqz constituit et decreuit, se duo millia
equitum, duoqz millia peditum, in suas regiones Livonienses
adducturu. Lubecensibus etiam consilio, auxilio, opera
praesto futurum. Ad haec quosdam ex Senatu Lubecensi
in vrbe Lubeca dixisse, q ordo Theutonicus et Comes quida
Palatinus Rheni cum eo, necnon et Comes de Aldenburgk
faedus inierit, aduersus Prussiam, quemadmod istud ipsum
pro parte, et qui Comes ille Palatinus Rheni sit, clare
asserentis se administratoris Teutonici ordinis responsio: Re:
manae Regie Mti, ad suspendendum bannum Imperiale
ad biennium data, in se continet, presertim vero in illa

indicans, quod ipse bono consilio, bene premeditata mente, ac
prescitu ordinis necessariorum in Germania ac aliis in lo:
cis, consensu etiam Magri in Liuonia, hanc causam coram
Iudicio Imperiali iuridice peragendam susceperit, ac vsque
ad impetratum Bannum Imperiale hactenus processerit.
Iam vero, quamuis Romane Cesaree ac Regie Mtis clemen:
tes preces atque peticiones officiose audierit perceperitque,
tamen cum Consiliarios suos iam penes se domi non habeat,
sed eos paucis exactis diebus, propter ordinis quaedam ne:
gocia expedienda, ad Dominum Ludouicum Comitem Pa:
latinum Rheni electorem, Heidelbergam miserit, et causa
ipsa pro suo iudicio satis grauis et ardua sit, nec ad se ipsum
solum, verum etiam ad totum Ordinem pertineat, non posset
absque ordinis necessariorum, consensu, et voluntate, qui passim
et variis in locis etatem agerent, aliquid decernere aut
Romanae Cesaree ac Regie Mti hoc tempore responsum
dare.
Igitur Illma Do sua iustis ac vrgentibus de causis, ad su:
scipiendam hanc profectionem, ante Regie Mtis vocatione
commota est; confidens firmiter, atque sperans Regiam
Mtem suam, illud aequissimo, clementissimoque animo laturam,
suppliciter obedienterque obtestans, Regia sua Mtas, velit
hec omnia, quemadmodum supra etiam indicatum est, pro
summa sua prudentia, Regiaque clementia, pro necessita:
tis ratione ponderare, ac diligentem clementemque vbique,
et imprimis in Regie Mtis sue terris, maxime autem, in
Prussia, Masouia, et aliis locis, quandoquidem fama sit et
rumor, eos in loco insperato primam irruptionem facturos,
curam gerere, ac exercitum suum lustrare non dedignetur
ita vt omni tempore instructi paratique inueniantur. Immo
maxime opereprecium futurum, vt Regia sua Mtas, do:
mino Episcopo Varmiensi, Gedanensibus, Thorunensibus.

Elbingensibus, ac Braunsbergensibus iniungat, quo Ciuitatum
ac Oppidorum suorum, fluuiorum et aquarum, aliarumqz rerum
necessariarum, prout decet, diligentem habeant et curam et pro:
videntiam. Nam si milites ad ea, aut alia loca, quemadmo:
dum preteritis annis factum est, de improuiso irruerent, qd
inde detrimenti et incommodi sentirent subditi, ac reliqui
homines facile estimari potest. Nichilominus etiam quoniam
Liuonienses a proposito suo non desistent: non tantum ad du:
cend illum exercitum in Moschouiam, Regia sua Mtas co:
gitationes adhibeat, Verum etiam quid ab altera parte, aut
a tergo accidere possit, diligenter animaduertat, precipuè
si aliqui milites in Regie Mtis sue regna, aut in Liuonia
per mare, sese conferrent, quid incommodi inde et detrimenti
accidere possit, considerandum. Itidem et ambas istas regio:
nes Prussiæ, maxime in locis necessariis cum militibus, tam
equitibus, q peditibus, opera, auxilio, et consilio Regio iuxta
clementem factam promissionem non deserat, ~~et~~ imprimis
istam Illtis sue curiositatem non pro timore quodam, aut
pusillanimitate accipiat, Nam Illtas sua, deo volente, non
aliter iamqz antea. (quæ tunc temporis pro debito contra
Regiam suam Mtem et amplissimum Regnum Poloniæ, quis id
nunc Illti suæ ex corde doleat, egit atqz bellu gessit). ad
vtilitatem et commodum Regie suæ Mtis, amplissimiqz Regni
Poloniæ inueniri et cognosci debet. Nam quicquid Illma Do.
sua, vna cum fidelibus subditis, tam regionum q Ciuitatum
in hac re agere aut deberet aut posset, in eo neqz re, neqz
corpore, neqz sanguine Mtem suam defuturam.

Arbitratur eadem etiam pro suo iudicio, commodum esse, vt
Sacra Regia Mtas, Pomeraniæ et Mechelburgiæ Duces,
transactionum admoneat commonefaciatqz, ne Ordini opem
ferant, aut commeatum et alia transire patiatur.

Vt vero Regia sua M^tas, vt pote, quae aliis iam gravioribus causis ac negociis occupata est, pluribus scriptis et verbis minime oneretur molesteturqz: et tamen harum lrarum novitatum et practicarum, meliorem certioremqz cognitione habere possit. rogat Illma sua D^o. pro debita obedientia suppliciter, Regia sua M^tas velit, quendam pro suo com: placito Ill^ti sue ad excipienda illa et reliqua, quae ad: huc restant adiungere, huic deberent hec omni tempore copiosius secundum omnes circumstantias ad indicandum R. sue M^ti, q paucissimis explicari. Iterum atqz iterum eni: xe clementerqz obsecrans, R. sua M^tas velit se in istis omnibus, tanq Clementissimum, Christianissimum, et pru: dentissimu Regem exhibere et ostendere. Quod sua Ill^tas vna cum eiusdem fidelibus subditis, tam regionum q Civitatum, summa diligentia atqz labore, erga S. Regia M^tem suam enixe ac obedienter promereri studebit.

Responsum a Sigismundo primo Rege Polo datum ~~oratori~~ Alberto Marchioni: Duci: Prussie

Operepreciu esse censet M^tas Regia, vt Illma D^o. vra sibi diligenter caveat et prospiciat ab insidiis atqz proditione, de qua D^o. vra Illma nonnichil subolfecit. Tanto eni plus esse a familiari, q ab externo hoste periculi, quanto illius, q huius occultiora sunt molimina. Sed tamen ma: gnopere cavendum est, ne quis temere ob levem aliquam coniecturam reus peragatur, atqz etiam si quis eviden: tissimis argumentis deprehensus sit, ne severe puniatur. cum ob alias causas quae dicte sunt, tum presertim ne

reliqui Ill.mae D. v[est]rae, et Regiae M[aies]t[a]tis subditi, animos despondeant. Nam nunc si unq[uam] alias, omnes ad libertatem aspirant. Quae res, quanti constiterit, q[uam]q[ue] feliciter cesserit plerisq[ue] Germaniae populis, omnibus in confesso est. Neq[ue] sane diuturnus est Imperij custos metus. Itaq[ue] potius lenitate et clementia in officio retinendi sunt, neq[ue] tamen ad hos improbos conatus conniuendum erit, ne alij impunitate ad eadem aggredienda innitentur. Sed consultissimum videtur Regiae M[aies]t[a]ti, vt si quid comperti et explorati D[omi]no v[est]ra Ill.ma de quoq[ue] deprehenderit, ne festinet ad expetendas poenas, priusq[uam] id aliquot Primoribus terrarum Prussiae Consiliarijs communicauerit, et cum illis consilium ceperit. Quodsi id non satis tutum videatur, dabit Regia M[aies]tas mandata ad aliquos ex ijs, vt ad D. v[est]ram Ill.mam veniant, atq[ue] cum ea diligenter consultent, ipsosq[ue] D[omi]no v[est]ra Ill.ma pro Tribunali cum suis consiliarijs sedere iubebit, ob eas causas, quae sunt coram recensitae. Nam ita caritura est res suspicione. Quodsi D[omi]no v[est]ra Ill.ma posteaq[uam] erit aliquid compertum, et cum illis à D[omi]ne v[est]ra Ill.ma conclusum, volet id Regiae M[aies]t[a]ti communicare, non obmittet ipsius M[aies]tas, quin D. v[est]ram Ill.mam consilio suo, si illud forte displiceret, impertiat.

Iam si qui sint, qui suspicione non careant, et in his locis vbi nocere possint, vt pote maritimis, vel quacumq[ue] commodus est ad Dicionem D. v[est]rae Ill.mae aditus, degant, eos non inconsultum fuerit alio transferre, vnde metuendi non sint vsq[ue] adeo. Erit vero D. v[est]ra Ill.ma ad omnem occasionem oculata et attenta.

Ad Consiliarios atq[ue] adeo ad omnes Ordines Terrarum Prussiae iampridem dedit Regia M[aies]tas mandata, vt portus et vrbes diligenter custodiant, validisq[ue] firment praesidijs, et vt excubias in mari habeant, vt ne qua subita vis

atqz tempestas inopinantes opprimat, aut grauit afligat,
Deinde vt omnes ab armis, et equis de more parati sint,
vt si quid eiusmodi ingruat. D. vrae Illmae tempestiue sup:
pecias ferre, et comunem hostem comuni consilio eijcere aut
profligare possint. Neqz vero Mtas Regia D. vram Illmas
deseret, Sed si opus erit, cum vniuersis Regni ordinibus
summis viribus opem feret ita vti debet.

Quod ad monetam attinet, quando Regia Mtas subditis
suis flagitantibus verius, q postulantibus tribuit, vt ea
cudi iam desinat, Rogat et ipsius Mtas D. vram Illma
vt idem hoc ita faciat, hoc est officinas suas monetarias
claudi iubeat, ad ferias Diui Joannis Baptiste proxime
venturas. Nam ita ipsius Mtas mandauit praefectis offi:
cinarum et suarum, et ciuitatum, vt ab eo tempore mo:
netam cudere desinat. Fecerit in hoc Do. vra Illma
Regiae Mti et omnibus illius subditis rem vehement grata.

De Lacu in Czerzaw, vnde aqua Mariemburgum deriuari
debeat, postulat Regia Mtas vt Do. vra Illma, commissa:
riis suis diem dicat, ad decimum aut duodecimum diem
Maij, si commodum erit, vt ij tum diligenter videant, si
quid inde incommodi, ad D. vram Illmam peruenturu
sit. Quod si sine graui damno et incomodo fieri posset.
Fecerit Do. vra Illma rem longe gratissimam Regie Mti
si ex eo lacu aquam ad vsum arcis Mariemburgen, duci
permittat. Vicissim ipsius Mtas Dni vre Illmae libens
per occasionem commodabit.

Replicatio Ducis Prussie contra responsum regis.

Ad primum Articulum, quod Regia Mtas operepretium commodum ac necessarium esse existimat, vt dominus meus clementissimus Prussiæ etc. Dux, diligenter cauere et prospicere sibi velit, ab insidiosis istis Practicis et proditionibus, de quibus Illtas sua quædam perceperit. Namque plus esse a familiari quam ab externo hoste periculi, eamque ob causam semper clementiam, magis quam summam seueritatem adhibendam: etiam si quis ob leuem ali: quam coniecturam, in euidentissimis argumentis deprehensus et in aperta suspicione reperiatur. Respondet dominus meus clementissimus Prussiæ Dux. Posteaquam Regia sua Mtas paucis elapsis diebus Regie Mtis sue, animum ac sententiam satis perspicue Illti sue per Rmum Dominum Epm Premislien ad Illtis sue propria postulata et proposita aperuisset, ac etiam ad hec C. dum Regia sua Mtas ex oblatis lris quid ipsi in animo haberent, cognouisset. I. ab Illte sua, qua ra: tione, quibusue modis, eiusmodi rebus, obuiam iri queat, consilium desiderasset. Illtas sua, Regie insuper Mti suam etiam sententiam declarauit. Quemadmodum nunc R. sua Mtas vtile, commodum ac necessarium esse existimat. vt dominus meus Clementissimus sibi summa diligentia ac prouidentia cauet, ab insidiis et proditione, diligenterque prospiciat, ne quis ob leuem aliquam suspicionem inculpetur.

Etiam si quis publice euidentissimisque argumentis suspectus de:
prehendatur, ne seuere propter euitandas dictas iam causas
et non alienandos tam R. Mtis, quam Illtis sue subditorum ani:
mos puniatur. Super quo Illtas sua tanquam obediens vasallus
pro isto iam et prius dato regio consilio Regiæ suæ Mti. pro
debita clementia magnas agit gratias, sperans se nunquam
alium, etiam (absque laudis verbo prestitisse) semperque ad
explorandas et expiscandas eiusmodi practicas, diligentem
adhibuisse operam, quod eadem adhuc quantum fieri queat
sedulo diligenterque facturam se pollicetur. Porro Illtas sua
ea semper clementia ac leuitate, erga reos et huiusmodi
suspectos (prout ipsum factum diuinum etiam mandatum
et gladius, qui magistratui potestatibusque ad defensionem
bonorum, et supplicium malorum, metumque aliorum traditus
est, postulat) pro temporis ac personarum ratione vsus est,
atque ita etiam, vt Illtis sue opera, hoc verius de isto pre:
bere possint testimonium. Preterea Illtas sua semper
conata est, quod eadem adhuc habet in animo, vt subditos
suos lenitate magis, amore et clementia quam metu regeret,
quemadmodum istud ipsum Ill. sua (quod ab eadem
in proxime habito Conuentu quesitum est) cum omnibus
Illtis suæ subditis testificari poterit. Cum autem
tales causæ admodum arduæ sint et graues, multumque
ad cogitandum sibi sumant operæ. Similiter etiam predi:
cti fratres, de quibus mentio facta est, antea miros et
valde suspectos sermones habuerit, presertim vero vnus
horum ad quosdam dixerit, quod ipsorum Cleinodia et mobi:
lia bona, coram omnibus, exceptis solis Polonis defendere
et conseruare possit. Alter etiam Illti sue indicauerit, quod
pacifice viuere et contra Ordinem nichil agere aut mo:
liri velit etc. Et cum prestiti Iuramenti, vt qui se
contra Regie Mtis et Ill sue transactiones opponere.

vellet, resisteret, esset admonitus et comonefactus. Respondit
se quidem in memoria minime habere hæc in eo Iuramento com:
prehensa fuisse, non attento, q Iuramentum hoc in se conti:
nens, sicut ceteri præstitit, Ad hæc ab ipsis dictum esset
quòd sperarent quosdam heroes et potentes, partim suis
nominibus indicatos, mira breui experturos.
Preterea multe calumniose lre et famosi libelli in terram
Prussicam aduenerunt, Presertim scriptis et dictis publica:
tum est, breui tempore mutationem quandam in Prussia futura.
absqz tamen generali eiusdem terre bello. Ex quo certe
nihil aliud q apertissimam suspicionem, sedicionem, variasqz
practicas et conatus indicare et æstimare possumus. Ideo Illtas
sua, pretermittere non potuit, quin hisdem de rebus, cum
intimis suis consiliariis, quos Illtas sua hoc tempore hic pe:
nes se habuit, comunicaret consilium, apud quos Illtas sua
varias cogitationes et consultationes, propter nimiam illam
lenitatem erga publicos suspectos vtendam, et diuturna illa
consilia, per que causa remorari possit inuenit. Quippe si tan:
tanta lenitate cum istis proditoribus et suspectis personis
ageretur, metuendum esse ne inde plures practicæ et proditioes
exoriri possint, nimiaqz ista licentia fierent deteriores.
Eamqz ob causam, summe necessarium, vt cum sediciosis ho:
minibus, et reis, paulo seuerius q hactenus factum est,
consideratis presentibus grauissimis temporibus periculis et
practicis, ad terrorem ac metum aliorum agatur. Atta:
men Ill. sua. omnino habet in animo, q primum eadem im:
petrato hic finali responso redierit domum, altius paulo
consilium conferre, et cum suis ea de re colloqui. Illmus
etiam Do. sua pollicetur se, si magnitudo causæ ac necessi:
tas postularet, vt adhibendi forent sibi Regij Consiliarij
terrarum Prussiæ in Consilium, ita facturam quemadmodu
Regie Mti commodum visum est. Petit itaqz Illtas sua

publicum quoddam mandatum et commissionem ad tales ordines, vt si aliquorum opera ac consilio in ingruentibus negociis et causis interdum vti vellet, hoc minus grauatim talem operam Ill^ti sue preberent. Iam si tales fratres ad alia loca vbi minus periculi sit transferri deberet: Alter etiam horum dixerit, quod libenter se Elbingum conferre vellet, metuit Dnus meus clementissimus Prussiæ dux, ne talibus in locis ex ipsorum practicis et malis consiliis maiora pericula proueniat, q in istis locis, nisi in tali custodia detineantur, vbi nullus suspectus ad illos ingredi et exire queat, nullasq lras ipsi accipere aut alio scribere possit, sine consensu et voluntate illorum, qui illorum curam gerere constituerentur. Nam si alter horum quemadmodum constituit atq dixit, Elbingum se conferret, prout in istis Ciuitatibus varia etiam ingenia reperiuntur, quamuis Ill. sua neminem culpare vellet, videtur sane ea in re plurimum periculi esse possitum. Ill^tas enim sua in recenti habet adhuc memoria, quales tunc temporis practice, vbi Ill. sua etiam in Ordinis persona adhuc fuit, prę manibus fuere, quæ occasio iam fortassis iterum queri possit.

Ad secundum Articulum auxilium et subsidium continens et q M^tas Regia consiliariis suis, in Regie M^tis sue Prussiæ Prouinciis etc iniunxerit, ac etiam mandauerit, vt fluuiorum, aquarum, et Ciuitatum aliquam curam gerant, easq muniant, ita vt armati paratiq semper inueniantur, etc. Respondet Ill^ris Princeps Borussie Dux etc. dominus meus clementissimus, non esse de nichilo. Et quamuis sciat q sæpius antea Ill^tas sua ad Regiam M^tem eius rei gratia scripserit, petieritq talia et responsum etiam vnacum Regio mandato impetrauerit, tamen Ill^tas sua in re ipsa iam compertum habet, parum momenti et ponderis istud

habuisse, presertim in lustrando exercitu, cum nullus pre alio primus hic onus in se recipere velit, fitqz hoc tandem modo, vt parum instructi et bene exercitati equites, nisi maior adhibeatur cura et prouidentia, in Regiis terris Prussicis festinatione et necessitate postulante inueniantur. etc.

Quoniam vero tunc temporis, quo Ill. sua quemadmodum supra indicatum est, lustrationis exercitus, et aliarum etiam rerum, negocium coram Regia Mte proposuit, eiusmodi practicae et improbi conatus, quos Ill. sua post modum resciuit, incogniti fuere, eo inquam ipso tunc tempore. Ill. sua ad conseruandos illos sumptus, qui alias ad tales res et frustra fortassis conferri debuissent, auxilium subsidiumqz petere noluit. Iam vero cum eiusmodi graues et periculose practice ac improbi conatus quottidie magis atqz magis ingruant, ac propemodum radices iam egerint, Ill. sua obmittere non potuit, quin se ad supplices et plurimas preces fidelium subditorum suorum, etiam si hoc negocium Marchionis Brandeburgen non intercessisset, propria persona huc conferret, pro expetenda ope, explorandoqz auxilio, iuxta Regiam datam promissionem et factam spem. Quamuis Ill. sua illud etiam hoc tempore libenter preterisset, et auxilium Regium implorare noluisset, nisi arbitraretur ex modica hac re, et si auxilium Regium denegaretur, grauiora in futurum pericula, incommoda, in duplo maiores expensas inde orituras. Et quod Ill. sua omnino necessarium putat, iuxta Regiae Mtis sue Commissionem et mandatum, vt lustrent exercitum Ciuitatibus valida presidia imponat, et aquas fluviosqz contra hostium impetum, et irruptionem custodiant, Ideoqz quod summis modico aliquo auxilio opus esse, non tantum ad Illtis sue, verumetiam Regie Mtis traff. commodum, et vtilitatem, quo tanto maiori potentia et vi

hosti resisti et obuiam iri queat. Vt vero Ill. sua D°. C. vt pote que secundum Regiam factam pro: missionem et spem, ad supplices et humillimas subditorum suorum preces, quemadmodum supra indicatum est. huc pro: pria persona sese contulit, non adeo omni auxilio ac ope Regia destituta domum reuertatur, Rogat Ill sua pro humillima debitaque obedientia clementer, Regia sua Mtas velit presentium rerum statum varias illas pra: cticas et quod inde promanare queat, altius paulo perpende: rare, ac Ill. sue precipue eiusdem fidelibus subditis ad spem quandam et fiduciam ex Regia gratia quingentos germa: nos milites et trecentos equites, lenis armature pro auxilio primo quoque tempore transmittere, non dedignetur. quis Ill. sua istud etiam a Regia Mte non petijsset, si non a: lias nimis magnos sumptus Illtas sua faceret, in muniendis scilicet arcibus, et aliis locis modicis presidiis. Sunt enim iam in eas ipsas arces partim non satis tutatas imponenda præ: sidia non aliter, quam si hostis iam esset præ foribus.

Preterea etiam Rmis dominis Epis Varmiensi et Culmensi ad quingentos Germanos milites conscribendos. Gedanen mille, Thorunen Elbingen, et aliis minoribus Regiis Ciui: tatibus quoque mille iniungere atque mandare, Regia sua Mtas velit, et vt Regia sua Mtas quadringentos aut Quingentos bene instructos equites circa Mariemburgum sustentare non grauetur, quicquid Illtas sua vnacum fide: libus subditis, quos eadem quam primum salua redierit domum lustrare in animo habet, et quot in numero reperientur, Regia sua Mtas quam primum reddetur certior, in hac cau: sa facere posset, in eo nec re, nec corpore Ill suam de: futuram, plane sibi Regia Mtas persuadeat.

Per illud Regium auxilium subsidium, et clementiam

et prouidentiam. quam Ill. sua summe necessariam existimat, sperat eadem subditis suis iuxta debitam ipsorum et etiam vltro factam promissionem ferendorum auxiliorum haud paruam consolationem nascituram, per quod etiam divino accedente auxilio, ipsi bonam confidentiam, spem et animum concipient, hosti tanto melius et maioribus viribus resistendi etc.

Nam si istud non fieret, pareret proculdubio subditis metum atque terrorem, haud modicum et alias graues cogitationes, dum Ill. sua propria persona, a Regia Mte certum aliquod auxilium hoc tempore non impetrasset, quod postmodum si hostis impetum faceret, aliud etiam Regium promissum auxilium et subsidium, haud responsurum esset factis. Ex quo tandem varia incommoda et molestias, quibus predicto modico aliquo præsidio iam mederi posset exorituras arbitratur.

Hoc namque dicto presidio, diuina etiam accedente ope, facile hostis impediretur, quominus in eas terras conferre sese posset, Quod alias si fieret metuendum esset, ne hostis, prius, quam alij vicini auxilio venirent, qui quantumcunque etiam fiat festinatione ad loca deputata, in octo dierum spacio peruenire harum facile queant, tales interim ageret radices, eoque perueniret, vt resisti illi modicis auxilijs, etiam si omnia ad vnum conferrerentur, egrè possit, atque ita ex vno duplum redderetur incommodum maioresque ea res postularet sumptus.

Si vero supra petitum auxilium a Regia sua Mte non denegaretur, preberet istud tanto maiorem spem, consolationem ac fiduciam, reliquis subditis. Ita vt si hostis tanta vi atque potentia. (quod Deus Omnipotens diu avertat et prohibeat): ingrueret ac modico illo ac ipsorum proprio auxilio eidem resisti non possit, reliqua etiam Regia

promissio atque auxilium accederet. Posteaquam vero Regia sua Mtas iam satis compertum habeat et cognorit, quid Liuonien ubique in animo habeant, et molian-tur, videtur Illu Principi Duci Prussiae etc. domino clementissimo omnino necessarium, et Samogitie et Masouiae etiam populis iniungatur, quo paratos et bene instructos armis ac equis se quoque faciant, tam ad magni huius Ducatus Lithwaniae, quam Reliquarum regie Mtis terrarum comodum et utilitatem, et ut Samogitia, versus Liuoniam aggeribus, fossis, vallis, et his similibus bene custodiatur. Praeterea quoque silue et insitate vie per Livonien factae quesite et usitate, necnon et aquae, et fluuij, per quos trayecere queant, hoc modo tueantur, excindantur, eradicentur, et deducantur, ut eo magis impediri queant, ne tam subito irruptionem aliquam aut impetum faciant. Et si Liuonien irruptionem facere vellent, siue ea fieret in Prussia, siue alias Regias terras, ut eo modo exercitum parent, in Moschouiam, quo retro etiam intendantur curae atque cogitationes et quid a tergo possit accidere diligenter consideretur, cureturque, ut terra similiter et mari, per auxilium et subsidium, quod in Daniam transmitteretur, si illis hoc indicaretur, e contra irruptio fieret in Liuoniam, ita ut per illam ipsorum profectionem retro detinerentur, impedirentur, aut omnino depellerentur.

Ut etiam Magnopolen et Pomeraniae Duces, transactionum admoneantur, quemadmodum supra petitum est.

Ad tercium illum Articulum qui ad suspendendam Monete cussionem attinet. etc. Dat Ill. sua Do. hoc responsum quod eadem in recenti adhuc memoria habeat, Regiam suam Mtem iampridem ea de re, ad Illtem suam scripsisse, propter quod Illtas sua diligenter apud subditos explorauit,

an ex tali moneta eam iacturam, quemadmodum in Re:
giæ M^tis et eiusdem ordinum locis prædicaretur, sentirent,
et an monetæ maior copia, q̃ pro necessitate sufficeret,
adesset, Ill. vero sua id et quod a Moneta cudenda absti:
nere et officinæ monetariæ claudi deberent, aut quod istud
ex salute et vtilitate subditorum esset, non comperit, Imo
multo magis maxima incommoda inde reditura arbitratur,
Eamq; ob causam Ill. suam suadere minime posse, vt ab mo:
netæ cussione abstineatur. Quoniam vero Regia M^tas ite:
rum iam eam rem ab Ill^to sua desideravit, Regiaq; sua M^tas
vnacum amplissimis Regni ordinibus, ita commodum ac
vtile esse censuit, quis Ill sua istud penes se in consilio in:
veniat, tamen iudicare aliter non potest, quin Regia sua
M^tas, et amplissimi Ordines, maius fortassis emolumentum
aut incommodum inde q̃ Ill suæ senserit et experti sint,
Eam ob rem etsi Ill. sua, monetam cudere sit Privilegiata,
tamen volt eadem ad Regiæ M^tis honorem vtilitatemq; a
cudendis denariis, solidis et grossis per integrum anni spaciū
abstinere, ad cognoscendum quantum vel vtilitatis vel
incommodi afferat, seruatis tamen Ill. suæ Regalibus Pri:
uilegiis et libertatibus etiam. Sperans firmiter R. suam
M^tem illa non labefacturam, aut si Ill. sua summa eiusđ
terræ necessitate ita vrgente, monetam cudere cogeretur,
prædictam monetam in Regiis terris et Provinciis mini:
mè prohibituram, quemadmođ Ill. sua, non tantum pro
Ill. suæ, verumetiam eiusdem terrarum et subditorum ne:
cessitate, dum omnes mortalitati sumus obnoxii et subiecti,
attamen Deum Opt. orans, vt is Regiam suam M^tem in
pristina valetudine, florentissimoq; Regni statu diu inco:
lumem conseruet, petit Regia sua M^tas velit hoc ipsum
l^ris et sigill. Regiis precauere.
Porro etiam Ill sua summè necessarium existimat, dum

in grauissimis et periculosis istis temporibus, et practicis plus pecuniæ et monete, q antea opus sit. Quod Regiã etiam Mtem suam haud egre laturam indicat. Ill. suam. argenteos nummos sex aut trium grossorum valore, cum non sint peiores eo argento, quod ab aurifabris laborari solet cudere permittat, ne ita omnino officinę monetariæ claudantur. Optime enim scit Ill. sua sicut illa etiam non dubitat, quin Regia sua Mtas reuocatura sit in memoriã quam graue primum et difficile fuerit, Illti sue antiquam monetam abrogare, et nouam illam, ita in hanc lucem proferre. Et si omnino ita a cudendo cessaretur, ac postea tamen summa necessitas eiusdem terræ flagitaret, vt iterũ cuderetur, ęque graue foret Illti sue prefectos officinarũ et monetarios de nouo conducere atq constituere. Et si vno anni spacio oportunitas et occasio necessitate maxima sic postulante, ita sese offeret, vt denarios, solidos, aut grossos Ill. sua ad precauendum totius terrę Prussiæ incommodum, et ad vtilitatem reliquorum Ciuium et subditorum qui mercaturam suam, et quęstum, non per aureos semper nummos, aut marcas, sed denarios, solidos et gl. exercent, cudere cogeretur, vt istud quoq Illti suę libere et impune liceat. Quod tamen Ill. sua, cum Regię Mtis suasu, consilio atq consensu facturam se pollicetur.

Posteaq vero Ill. princeps, Prussiæ dux etc. dominus meus clementissimus, compertum habet, Regiam suam Mtem, amplissimosq totius Regni Poloniæ Ordines, et alios fortassis plures, per improbos quosdam homines in eam de se adductos suspicionem, quasi Illtis suę moneta falsa sit, et non eius valoris et ęstimationis, cuius de iure et ęquitate esse debebat, minime honestum putauit Ill. sua istud silentio pretereundum. Quamobrem et Ill. sue per inuidos imputetur.

quasi istud studiose et voluntario permisisset, aut consensisset.
rogaret eadem suam Mtem clementer et obnixe. Regia sua
Mtas velit primo quoqz tempore aliquem constituere, et
ordinare ad probandam omnem monetam, a primo tem:
pore in hunc vsqz diem cussam, et si falsa ac iniusta inue:
niretur, vt monetarij, et hij quorum fidei, ea res fuit comissa
ad hoc respondere, et eius rei rationem reddere cogerentur.
ac si qui ex illis cognoscentur, falsi et rei vt de illis iuxta
ipsius rei magnitudinem, prout decet supplicium sumeretur.
si vero altera et contraria pars culpam commeruisset, vt pri:
mum Ill. sua Do. deinde reliquę personę earum rerum cu:
ram gerentes falsa hac suspicione liberarentur. Postremo vt
falsis istis et fictitiis improborum mendaciis, nulla in posterum
nisi realiter comperta fides adhiberetur.

Ad quartum et vltimum Articulum in quo a Regia Mte
desideratur. Illustris Princeps Prussiæ Dux, etc. dominus
meus clementissimus, velit aliquos Commissarios, ad deci:
mum aut duodecimum diem Maij proxime futuri men:
sis ordinare, atqz delegare, ad lacum Hergaw, ex quo a:
qua Mariemburgum deriuari queat, qui diligenter videant
an istud sine Ill. suę incommodo et detrimento aliquo fieri
possit, etc. Respondet et pollicetur Ill. sua se in hac re. Re:
gię suę Mti libenter gratificaturam. Attamen dum istud
antea, per dominum Kostka et priores prouisores, non que:
situm sit, vt Regia sua Mtas etiam nouo illo prefecto, quo
huic visitacioni intersit iniungat, ac plerosqz alios, etiam ex
Ciuibus Gedanen. et haud imperitos ędiles ordinare, ad
prædictam constitutam diem duodecimam Maij, et locum
non dedignetur, Considerato qd Ill. sua. sępius antea pro
certo compertum habuerit, certiorqz sit reddita, vt si plus
aquæ istorum locorum deduceretur, haud modicum et exi:

guum istud damnum adferret, aggeribus fluuij vistulæ. Si vero aqua ex eo lacu absq; Ill. sue ac etiam Regiæ Mtis subditorum maximo damno et incommodo deriuari potest exhibitura est, ea in re Illtas sua si peracta visitatione istud ita etiam consultum videbitur, admodum benignam se et beneuolam: Nam Ill. sua non solum hac in re, verum etiam multo maiori Regiæ sue Mti gratificatura est, Id quod R. sua Mtas reipsa etiam comperiet: etc.

Alterum Responsu Sigismundi regis Polo[e] aduersus responsum Alberti Ducis Prussiæ

Ill. Princeps. Probatur Mti Regie domino nro clementissimo quando Do. vra Ill. nichil adhuc pro certo compertum habet de vlla proditione, vt id quam diligentissime peruestiget, inita cum Consiliariis suis ratione. Quod si videbitur D. vre Ill. aliquos e Consiliariis terrarum Prussiæ ad id consilium adiungere, (id autem in arbitrio eiusdem Do. vre Ill. situm erit) dabit Regia Mtas mandata ad quoscumq; ex his voluerit. D. vra Ill. tum et ipsamet consilium suum non denegabit, si quid a do. vra Ill. exploratum atq; id sue Mti significatum fuerit.

De militibus peditibus pariter et equitibus in subsidium D. vre Ill. mittendis, non potest hoc tempore Mtas Regia desyderio D. vre Ill. acquiescere. Primum quod aliis nunc negociis non lenioribus etiam prepeditur atq; distrahitur. Deinde, quod non sit ex pactis et transactionibus ad eam legem adstricta, Tum autem non animaduertit, tantam iam neces:

sitatem vrgere. Neqz enim quicq de hostilibus copiis constat.
Quæ profecto tam oculte cogi et conscribi non possunt, quin
id persentisci possit. Si quid autem vsus postulabit, presto erit
Regia Mtas D. vestre Ill. et dicionibus suis, cum vniuerso Re:
gni pontentatu. Nisi fortasse cupit D. vra Ill. suppetias eas
quarum ferendarum Sermo Regi Daniæ designato D. vra Ill.
conscia, spes facta est, in eum vsum conuerti.
Lustratio Copiarum iam iterum imperata est ordinibus Borus:
siæ a Regia Mte.
Duces Pomeraniæ et Magnopolen fæderum admoniti sunt.
Liuoniensibus tametsi intercedant fædera cum ditionibus Re:
giæ Mtis et Polonicis et Lithwanicis, ne quid alteri in alterorum
perniciem machinentur, Tamen prouidebit Regia Mtas cum
ordinibus Lithwaniæ, ne qua vis et incursio, per Samogithiam
sese possit effundere.
De claudendis officinis monetariis, magnis subditorum suorum
flagitationibus impulsa est Regia Mtas, vt ab Ill. D. vra
contenderet, et tamen si ita videtur D. vre Ill. facile id
sua Mtas patitur, vt semper hactenus, quantum ad ipsius Mtem
attinuit, passa est. Nisi quod omnes passim omnium Ordinum ho:
mines vehementer queruntur, permultum incommodi atqz de:
trimenti, sibi ex ea re nasci, quorum desyderiis aliquando certe
conuenit morem gerere. De nouis argenteis Numismatibus, et
de munimentis ad eam rem pertinentibus, nichil hic neqz po:
test, neqz vult Regia Mtas sine Consiliariorum Regni sui Con:
silio præstare, neqz enim id ratum esset futurum, legibus Re:
gni ita disponentibus.
De aquæ ductu ex Lacu Gergaro ad Mariemburgum deri:
uando, placet Regiæ Mti sententia D. vre Ill. Itaqz in:
iunget prefecto Mariemburgen, et nonnullis aliis, vt ad
xii diem Maii quemadmodum D. vestre Ill. visum est.
perspiciant, si quid incomodi atqz damni ad D. vram Ill. aut quemuis
alium ex eo aqueductu peruenturum sit.

Appendix secundi Responsi Regie Mtis

Quod attinet ad appellationes, que ab Ill. D. vra, ad Regiam Mtem velut supremum dominum fieri debent, in his Regia Mtas vt nollet quicq D. vre Ill. derogare, sic nec sibi quide aliquid vellet decedere, Presertim quum vniuersi Ordines Regni, aiant et affirment, eum morem omnibus in terris receptum esse, vt a feudatario principe ad Monarcham seu superiorem Dominum prouocare iuss. sit, Itaqz in causa Martini Hermsdöff. nichil potest nunc sua Mtas determinare, quandiu negocium hoc manet indecisum.

Bartholomeo Voigt promisit aliquoties Regia Mtas, D. vra Ill. interpellante, Elbingi versari atqz degere. Verum compertu habet sua Mtas ex relationibus et scriptis Rmi Domini Epi Varmien Et senatus Elbingen et nonnullorum aliorum, illu quotiescunqz Elbingum venit, non nisi turbis et sedicionibus excitandis, nouisqz dogmatibus disseminandis studere, vnde quantum sit periculi, presertim hisce temporibus, nichil est opus D. vram Ill. memorem quod dicitur admonere. Confidit ergo sua Mtas. se apud Ill. Do. vram excusatam iri, si hac ratione ditionibus et subditis suis caueat, vt homini turbulento Ciuitate sua interdicat.

S

Contra Regis responsum
Responsum Ducis Prussiæ

Ill. Princeps Borussiæ D. Dux dominus meus clementissimus. Subditas S. Regiæ Mti agit gratias, quòd eadem Consiliariis terrarum Borussiæ, vt ad sue Ill. peticionem, si quando necessitas id postulauerit eidem consiliis adesse debeant, demandare non sit dedignata. Quodqz ipsamet consilium Regium non sit denegatura, et humilliter petens, Regia Mtas velit in presentiarum mandatum et Commissionem in genere, ad omnes Consiliarios terrarum Borussiæ clementer: ne si forte aliquando euidens necessitas ingrueret, mora quemadmodum solet generaret periculum: concedere. Quodsi Ill. Dos. aliquos ex eorum numero, in suæ Ill. arduis negociis sibi adiungi postulauerit, hij vigore istius mandati suæ Ill. consiliis adesse et coram personaliter comparere debeant.

Quod attinet ad denegatum auxilium et subsidium per Illma sua Do. pro sua persona hoc responso facile contenta esset, verum cum Ill. sua precibus et peticionibus, quemadmodum et alias indicatum est, suorum subditorum et R. clementer data pollicitacione et facta spe, commota, ad S. Regiam Mtem in propria persona sese contulerit, petieritqz subsidium et auxilium: et maioris spei et confidentiæ responsum, quam hactenus acceperit impetrare non deberet, penitus ignoraret quid Ill. sua Do. subditis suis, a Sacra Regia Mte referre posset. Nam vt responsum Regium illis celare consultum non videtur, ita multo minus illud ipsum, prout a Regia Mte datum est.

communicare conuenit, tum quod boni et fideles subditi ani: mos deijcere ac plane despondere, multaqz et varia cogitare possent, tum quod maleuolis fenestra ad maliciam, improbitatem et infidelitatem, hoc pacto melius aperiretur.

Et quis dicatur de hostilibus copijs et vrgente necessitate, vt de suppetijs ferendis tantopere laborandum esset adhuc non constare: Attamen existimat Ill. sua. Regiam Mtem, ex varia et multa peruestigatione et relatione hactenus eidem facta, probe intelligere, quid Comes de Oldenburg, Lubi: cen, et Ordo Dnorum Teutonicorum sibi velint, qui et copias mi: litum hoc tempore conscriptas habent. Si itaqz de suppetijs ferendis eousqz expectandum esset, quoad hostes terram inua: derent, periculum est, ne serotinum nimis sit auxilium. Est enim quemadmodum R. Mtas, pro Regia sua innata pruden: tia, facile intelligit, non paruum discrimen inter hostes, qui Bo: russiam inuadere cupiant, et eos qui nonnunq amplissimam Coronam Regni Poloniae, magnum Ducatum Lithwaniae irruunt. Cum hij deuastatis et depopulatis agris et terris sponte retro: cedant. Alij autem adepto loco aut parte aliqua terrae maximis laboribus, sumptibus, plusq duplicibus, et euentu plane dubio, expelli atqz eijci possint. Etsi eodem modo Ill. sua, Castra Ar: ces, et alia iustis praesidijs munire (quemadmodum iam fa: ctum est, et posthac faciundum est.) ante hostium aduentu non deberet, vnde posset Ill. sua Do. milites idoneos ad mu: nitionem subito adipisci? et quis Ill. sua, quemadmodum hacte: nus semper pollicita est, Cum omnibus suae Cels: subditis, cor: pus, animam, et omnem substanciam lubens ad repellendos per impetus et incursiones hostium exponere vellet, nichilo: minus oritur non parua dubitatio, nunquid possit vis hosti: um hijs paruulis copijs, sine auxilio et subsidio Regiae Mtis arceri atqz propelli. Quamobrem cum Ill. sua, sumptibus

inutiles et inanes Sacrę Regię M^tis, summis viribus quantum:cumqz fieri potest. precauere studeret. Subditi autem suę Ill. maximis precibus et eflagitacionibus a sua Celsitudine vt auxilium peteret contenderent. Cepit Illus. sua attentis fa:ctis Regiis pollicitacionibus, hec quantulacunqz parua auxilia petere, quibus subita vis ad defensionem terrarum Borussię et non Regni Danię arceri, bonorum et fidelium spes au:geri, malevolorum autem deijci atqz conturbari possit. Minime addubitans, etiam si et pactis et transactionibus ad eam le:gem, de qua sua Ill. nunc non disputat, adstricta non esset. Suam Regiam M^tem hijs periculosissimis temporibus et tempe:statibus suam Ill. eiusqz fideles subditos hoc paruo auxilio deserturam non esse. Quę omnia Ill. sua enixe ac supplr petit. Quodsi Regia M^tas ex benignitate, vrgente id tanta necessitate facere aut nollet aut non posset: Cogeretur Ill. sua tanqm obediens Princeps, et ille, qui S. Regiam M^tem ad hoc invitum quasi vrgere non possit, silere et contentus esse. Deum Opt. Max. suppliciter petens ne ex eo Regia M^tas Corona amplissimi Regni in eorum feudis aliquid detrimenti et in:commodi patiatur. Quę sua Ill. et re et corpore summis viribus quoad poterit precauere studebit. Si autem quid incommodi inde euenerit. (quod Deus clementer auertere dignetur.) petit Ill. sua hijs se tanqm eum qui satis mo:nuit, et omnia indicarit excusatam haberi.

Porro cum de militibus conscribendis per R^mos Episcopos. et dnos Episcopum scz Varmiensem et Culmen. et per Gedanen Elbingens, Thoronienses, et alias Regias paruulas ciuitates qui sine impensis Regię M^tis. ęque pro eorum commodo co:gi deberent, in responso Regio nulla facta est mentio, petit Borussię D. Dux. Regia M^tas non vellit hec silentio et quasi surda aure preterire. Sed vt hij milites attentis ne:

cessitatibus, primo quoquo tempore conscriberentur deman:
dare, Similiter vt Masouitis demandetur, quatenus ab ar:
mis et equis sint parati et vt tempore necessitatis Borussis
opem ferant.

Duces Pomeraniæ et Magnopolen̄ fæderum admonitos esse
accipit, sua Ill. grato animo, subdite petens Regia Mtas velit
responsum istorum Principum. Sue Cels. clement trasmittere.

Ill. Princeps Borussiæ Dux metuit transactiones et fædera
dudum inita cum Liuoniensibus, ad Ducatum Borussiæ hoc
tempore, sic stantibus scilicet rebus minime pertinere, quod quia
Liuonienses transactionibus, ne quid contra Borussiam mo:
liantur egrè cogi queant. Quapropter adhuc subdite petit.
Regia Mtas haud granatim velit antea petita in hoc Arti:
culo clementer demandare. Ne ex hac parte quid incommodi
feudis. S. R. Mtis subito contingere possit. Quod Ill. sua
summo conatu precauere contendit.

Et quis in altero R. Mtis responso in scriptis tradito, id non cō:
tineatur, quod tamen arbitratur Ill. sua. si recte comemi:
nit, per Rmum Dominum Episcopum Premislien̄, inter cętera
dictum et relatum esse, quod et si dictum non esset, putat
Ill. sua summe necessarium et vtile fore, vt scilicet Regia
Mtas nunctium et Oratorem quendam in Liuoniam trans:
mittere non dedignaretur, qui in hanc fere sentenciam ageret.
et oraret, Regiam Mtem sępius certiorem factam, Ordines
Liuoniæ hostes suæ Regiæ Mtis. Moschouitas nempe, contra
eandem instigasse, consilio simul et auxilio eidem adesse,
eosque habere in animo feuda R. Mtis videlicet Ducatum Bo:
russiæ ex opinato opprimere, aut etiam ad eam rem consi:
liis et auxiliis ceteris adiumento esse. Quod cum Regia
Mtas sibi de illis minime persuadeat, nec etiam vt crederet
adduci posset, voluisset eadem nichilominus hac de causa

Oratores suos eo transmittere clementer petens, hij velint in hoc negocio, presertim autem quod attinet ad terras Borussiæ animum eorum S. R. M^ti clare significare et aperire. quemadmodum hec Regia M^tas pro Regia prudentia latius extendere poterit.

Que dicuntur de claudendis officinis monetariis, accipit Borussiæ Dux clementissimus meus dominus grato animo, atq[ue] ita se in omnibus geret Ill. sua quemadmodum eadem S. Regie M^ti nuper latius indicauit. Ita tamen ne his sue Ill. Regalibus priuilegiis, libertatibus, concessionibus, donationibus, l[ite]ris, et sigillis quicq[uam] derogetur

In negocio aqueductus ex lacu Gergavo stabit Ill. sua prioribus promissis et pollicitationibus.

Quod attinet ad grauamina appellationis. Non dubitat Ill. sua quin Regia M^tas habeat adhuc in recenti memoria, Quid eadem cum fidelibus suis subditis, tum per l[ite]ras, tum per legatos subdite sepius petierit. Videlicet q[uod] Regia M^tas dignaretur eisdem priuilegia, libertates, iura, donationes, antiquas diu approbatas semper habitas et seruatas, honestas et licitas consuetudines et mores, l[ite]ras, promissiones et tras:actiones S. R. M^tis, et ante et post hereditarium iuramentum prestitum initas et factas, benigne conseruare. firmiter sperans, nunq[uam] et nulli permittet, vt Ill. sua cum suis fidelibus (id quod iusticia et equitas expostulat) contra hec omnia a quoq[uam], quod sine leui dispendio, incomodo et sumptu fieri non potest molestetur, in hiis perturbetur et priuilegia, promissiones et alia infringantur, Tum et exequutionem iudicialiter late sententie non inhibere.

Porro Ill^mas sua non grauabitur hec omnia, quæ in hoc negocio antea pollicita est, et nunc quis ad ea iure adstrictus non sit: tanq[uam] obediens princeps suscipere et subire. Si vero Regia M^tas in hoc animi proposito perseuerare

noluerit, metuendum esset, ne hijs noviter excogitatis, et antehac nunquam visitatis gravaminibus subditi sue Cels. hec omnia molesto animo ferre et in varias cogitationes deduci possent, de quibus fortassis in presentiarum minime cadit aliqua presumptio aut suspicio, et postea fortassis, tam S. R. Mti, quam et sue Ill. maximum generare possent incommodum

Quod R. Mtas ex variis variorum relationibus et scriptis compertum habeat Bartholomeum Voigt, turbis et sedicionibus excitandis studere, eique tanquam sedicioso civitate sua interdi: ctum. Respondet Ill. sua, eandem ab eo hec hactenus per: sentire non potuisse. Qui si criminis illius reus esset, nollet eundem sua Ill. eque vt R. Mtas tanquam subditum agnoscere habere et defendere. Nam sua Ill. ea est prudentia a Deo (quod sine laudis titulo fertur) predita, vt in: telligat eiusmodi homines non parum in bona Repca obesse, esseque consultius eosdem dignis penis edocto crimine, punire, quam quod vel pati amari, foveri, vel deffendi debeant. Neque etiam peticio sue Ill. nunc et antea facta, ita intelli: genda est, quod eadem tales homines in sua Repca et velit et habeat. Quapropter vt status et origo totius huius causæ indagari queat, petit subdite Ill. sua, Regia Mtas dignetur Bartholomeum Voigt, et eos qui eum S. R. Mti turbulentie et sedicionis reum esse significarunt, clementer cittare, omnia plane iuris ordine discutere, et si criminis reus factus fuerit. iustas ab eo sumere penas. Sin vero aliter rem se habere appa: ruerit, talia cum eo agere, vt innocentia sua gaudere possit. Quodsi R. Mtas, quæ alias multo gravioribus negotiis obruta est, negotium illud personalr audire noluerit. R. Mtas velit ad hoc negocium Commissarios. D. Episcopum Varmien D. Woyvodam Mariemburgen, D. Ioannem a Verden, aut alios non suspectos ordinare. Non gravabitur Ill. sua

aliquos ex suis Consiliariis ad hoc quoqz negocium delegare, qui hanc causam in proximo Conuentu circa festum Michaelis proxime venturum plene discutiant, iustaqz sentencia et exequutione determinent.

Tercium responsum a Rege Sigismundo primo
Datum Alberto Duci Prussie Marchioni
Brandeburgensi

Ill^me^ princeps mandata, quæ D^o^ vestra Ill^s^ petit ad Consiliarios terrarum Borussie, dabit M^tas^ Regia.

Suppetias ad eum modum inpresens denegatas non sperat, Regia M^tas^ subditos D. vre Ill^s^ iniquo animo laturos esse. Quando semel est pollicita sua M^tas^, et prestabit reipsa proculdubio si sic vsus postularit, vt summis vniversi Regni viribus, D. vram Ill^m^ atqz eius subditos adiutura sit atqz defensura.
Noui vero quippiam de quo nichil antehac audierit, et quod sine assensu Consiliariorum Regni non sit factu procliue, non confidit sua M^tas^ ab se flagitatum iri.
Cruciferi esto moliantur aliquid cum coniuratis suis. Verum enimvero non omnes conatus hominum ex ipsorum sentencia cadunt. Regia vero M^tas^ summam in Deo Opt: Maximo fiduciam collocat, illum sperantes in se non deserturum, et impiorum cogitationes et molimina demoliturum, atqz irrita facturum esse.

De milite mercenario, primatibus Prussiæ Consiliariis et Ciuitatibus imperando, recipit R. M^tas^ se cum illis per lras prolixe acturam esse, vt aliquid copiarum ære suo conductarum habeant. Quodsi id absqz Comiciis perfici non poterit, indicet sua M^tas^

etiam altera Comicia. / Liuonienses R. Mtas foederu et officiu sui commonefaciet, per eum legatum, quem in negocio Ill. Domini Vilhelmi Marchionis illuc missura est propediem.

Responsum a Ducibus Magnopolen et Pomeraniae cum acceperit Mtas Regia, faciet eius copiam D. vestre Illme.

De appellationibus ad Regiam Mtem a Do vra Ill. non dubitat sua Mtas D. vram Ill. probe meminisse, quid ipsi D. vre Ill. in generalibus Regni Comitiis retroactis aliquot annis responsum sit. Nunc autem quemadmodum D. vra Ill. significat, iis appellationibus, offendi vehementer subditorum suorum animos, ita vicissim respondet Regia Mtas, non paulo molestiori animo ferre ordines Regni Poloniae, quod eam rem, nempe appellationem, per quam solam feudatarij Dominum suum agnoscunt, quaeque in vniuerso fortassis orbe apud omnes nationes, a feudatariis Principibus religiose obseruatur, tantopere detrectari. Quare nichil hic sue Mti absque eorundem ordinum Regni consilio mutare conuenit.

Quod attinet ad Bartholomeum Voigt, committet id negociu Regia Mtas, quemadmodum Do. vra Ill. postulauit, aliquot consiliariis suis diligenter examinandum atque cognoscendum.

Ad tercium Regis responsum Ducis Prussie petitio

Ill^mus Princeps Borussiæ Dux, subditas R. M^ti agit gras, quod eadem ad Consiliarios terrarum Borussiæ mandata, secundum antea petita, datura est. Cum vero inter alia, nomina consiliariorum, quos sua Ill. sibi adiungi postulauit, Regia M^tas significari et nominari cupit, agnoscit Ill. sua id haud grauatim se facere debere. Verum in hoc negocio hoc ipsum fieri non potest. Primo quod omnes mortalitati, ægritudinibus, et alijs aduersis humanis casibus subiecti simus. Deinde quod nonnulli quolibet tempore domi offendi non possint. Ne itaque Ill. sua, si hij, qui nominati, et altero horum casuum impediti, ad Ill suam D. venire non possent, tempore ingruentis necessitatis aliquot patiatur, per hanc nominis indicationem, et singulares ad quosdam Consiliarios Regias demandationes periculum, petit S. Ill. D^o. S. R. M^tas velit ad omnes Consiliarios in genere generale mandatum in hoc negocio, vt sue Ill. D. Consilijs, vbi id ab eis sua Ill^mus petierit adesse, et personaliter coram comparere debeant, in presentiarum concedere.

Quod subditi Ill. sue suppetias ad eum modum denegatas iniquo animo non essent laturi, libenter acciperet Ill. sua, et posset adduci vt crederet, nisi hæc omnia multo aliter se habere videret et intelligeret. Cum autem rationes et causæ quibus Ill. sua auxilium et suppetias petere impulsa est, a S. R. M^te, nullius plane ponderis et momenti esse ducantur, cogitur Ill. sua hijs acquiescere. Commendans Deo Opt. Max. totum hoc

negocium, et deuote obsecrans, vt is pro sua longanimitate omne malum auertere velit. In eo autem precauendo, quantum vnquam humanis viribus effici poterit, laborabit Ill. sua, quàm potest fieri maxime, suppliciter supplicans, R. Mtas non velit grauari hoc totum negocium quam primum Consiliariis et ordinibus Regni Poloniæ reuelare, quo sua Ill. tam erga R. Mtem, quam erga amplissime Coronæ Regni Poloniæ status et ordines, tanquam diligens princeps et Vasallus ab omnibus intelligi, dijudicari, et si quid aduersi vel incommodi (quod Deus auertat) euenerit excusatus haberi possit.

Ill. Borussiæ dux, idem quod R. Mtas a Deo opt. Max. petit, minime addubitans eundem pro sua omnipotentia, et ijs facile iustum finem daturum esse, Collocatque omnino spem suam, postposito omni timore, in deum et S. R. Mtem. Nichilominus tamen tanquam diligentissimus et inuigilantissimus princeps, omnes incursiones et inuasiones, sedulo arcere et depellere, summis viribus studebit. Enixe petens R. Mtas velit Masouitis demandare, vt ab equis et armis sint parati et sue Ill. Cels. tempore ingruentis necessitatis opem et suppetias ferant,

Quod R. Mtas recepit se cum Primatibus Borussiæ de mercenario milite agere velle, agit Ill. sua eidem debitas et subditas gratias, et petit, vt id primo quoque tempore expediatur militesque conscribantur. Ill. sue placet, R. Mtem Liuonien foederum et officij sui commonefacere velle, eo tempore, quo Legatus in negocio Coadiutoris Rigen Vilhelmi Marchionis, Liuoniam proficisci contigerit. Verum cum sit incertum, nunquid causa Marchionis Vilhelmi Coadiutoris tractari atque agi possit, petit Ill. sua, vt hæc Legatio cittissime expediatur, et si alias commode expediri non posset, per specialem Nunctium seu Oratorem eadem peragatur.

Nam hoc negocium dilationem et moram ferre non potest. Imo cittissime indaganda est res. Vel ob hoc saltem, quod Ill. sua heri circiter horam vesperarum a fidedigno homine certior lris facta est. Crucigeros ex Livonia omnino Borussiam futura aestate invadere velle, Vt itaque hijs eatur obviam, non videt Ill. princeps magis commodam et leniorem viam.

Similiter agit Ill. sua subditas gratias, quod Regia Mtas copiam Responsi Ducum Pomeraniae et Magnopolensium suae Ill. clementer se facturam pollicetur.

Borussiae Dux in recenti adhuc habet memoria, quid in generalibus Regni Comicijs, in negocio appellationis responsum sit.

Similiter tenet, quid eadem nomine suo et subditorum suorum contra tale responsum deduxerit et petierit. Et cum subditi suae Ill. gravamina non levia. S. R. Mti indicaverint, et plane dolenter conquesti sint, quatenus R. Mtis facta promissio et data fides tempore hereditarij prestiti iuramenti, de subditorum conservandis Privilegijs et libertatibus, moribus, et alijs huiusce: modi similibus firmiter non servaretur. petit sua Ill. adhuc ea omnia quae antea petita sunt. Vicissim faciet Ill. sua, quae se facturam dudum recepit. Quod R. Mtas negocium Bartholomei Voigt, aliquibus Consiliarijs examinandum et cognoscendum volt committere, agit Ill. sua subditas gratias, enixe petens vt et id antea petito tempore inchoari demandetur. Nam Ill. sua aeque vt R. Mtas sediciosos in sua Republica odio habet prosequitur.

Albertus Marchio Brandeburgen Dux Prussie
Petro Tomiczki Epo Crac Regni Polonie
Vicecancellario

Syncerum animi nostri affectum, et omnia quaeqz gratissima .
Reverendissime in Christo pater, et frater nobis charissime.
Posteaq Rma P. vra proculdubio iam accepit. quae nos X.
die huius mensis Marcij (vna cum transmissis scriptis corp.
quae per nos coram S. Regia Maiestate Poloniae, ad fideliu
subditorum nostrorum, tam regionum, q civitatum humillimas
et supplices preces, attentis presentibus varijs et periculosis tem:
poribus atqz practicis, quae passim ad Regiae Mtis, amplissimi
Regni Poloniae, eiusdem feudi, terrarum et subditorum perniciē
ac detrimentum quottidie magis atqz magis exurgunt, acta
sunt et proposita) ad Rmam P. V. transcripsimus. Ita et
nunc ex singulari fraterna charitate ac fiducia Rmam P. V.
celare ea noluimus, que insuper subsequuta et per nos peracta
sunt, eaqz ex sincera fide Rme P. V. transmittere volui:
mus. Quoniam vero nos ex istis omnibus aestimare debemus.
nobis debitam, benevolam, et summe necessariam curiositatem et
providentiam hanc nostram pro pusillanimitate interpretari et
accipi, que (deo volente) apud nos, et si capitis periculum
esset adeundum, experiri, inveniri aut cognosci nequaquam debet.
et quod hoc presertim tempore (non considjeratis varijs et
certis istis noticijs et practicis adversariorum) nobis petitum
hoc et tamen modicum subsidium denegatum sit, et minime ne:
cessarium existimatum. Quae omnia nos Deo Opt. Max: com:
mendantes, ita transire, perferre, et super hoc acquiescere cogi:
mur. Nos tamen excusati esse volumus. (quod Deus.

clementissimus diu auertat, nos quoq; vna cum prouinciis et fidelibus subditis nostris, proprio corpore et sangvine, diuino accedente auxilio, libenter omni studio ac diligentia, summaq; vi precauere iuuabimus (: istud Regiæ Mti, Amplissimo Regno Poloniæ, eiusdemq; feudis, nostris etiam terris et subditis, perniciem, detrimentu aut incommodum adferret, q rem libenter aliter accidisse, et futuris malis obuiam ire voluissemus.

Quamobrem Rmam P. V. tanq amicum et fratrem nostrum charissimum, imo tanq non minimum Statum Præclarissimæ Coronæ Poloniæ: amice ac fraterne rogamus, Rma P. vra. velit vna cum aliis necessariis et sijnceris amicis, hæc omnia, pro summa sua et a Deo diuinitus concessa prudentia, prout necessitas postulat, attentis etiam grauissimis temporibus, periculosisq; practicis, altius paulo perpendere, et animo considerare, nobisq; eam operam haud grauatim prebere, quo petitum auxiliu clementer concedatur, administreturq;. Nichilominus talem talem curam adhibere, ne Regiæ sue Mti Amplissimo Regno Poloniæ, eiusdem feudis, nobis nostrisq; terris et subditis, aliqua inde grauiora damna, iniuriæ aut calumniæ, neve insperata ac intolleranda mala exinde oriantur. Quicquid nos summis viribus, studio atq; diligentia, hac in causa, vnacum fidelibus subditis nostris et terris ad precauendum et impediendum talia agere possumus, in eo: (Diuina accedente ope) nulla nostra opera desiderabitur. Et quis ex multis et variis admonitionibus, et certis indiciis plane ita diiudicare debemus, Teutonici Ordinis tam in Germania, q Liuonia, præsertim eo in loco plus necessariorum ac adherentium suorum practicas, non tam facile, prout quidam arbitrantur esse contemnendas. Rmam P. V. iterum atq; iterum fraterne et amice precamur, vt Rma P. Vra. quid hac in re summa et ineuitabilis necessitas exposcat, bene premeditare et ponderare velit. Nobis etiam fidele suum et fraternu consilium impartiri, nosq; quid ea de re eadem



indicet, et quomodo hisce futuris malis et periculis mederi et
atque resisti queat, quid nobis hac in causa amplius agendum siet,
quo scilicet improbi hij et periculosi conatus et Practicae coher:
ceantur atque impediantur, et tempore necessitatis precauetur
ne ita incautos et improuidos nos, feudumque Regni Poloniae
opprimant, ex quo maiora postea pericula promanare possint.
certiores reddere non dedignetur. Quod nos erga Rmam.
P. V. summo semper studio atque diligentia promereri stude:
bimus. Bene valeat Rma Ptas vra. Dat Vilnae XXIa
die Marcij. Anno Domini. M°. D°. XXXVto.

Petrus Tomiczki Eps Vicecancell
Alberto Marchioni Duci Prussie

Illme princeps et domine, domine cumprimis obseruande, officio:
sissimam seruitutis meae et orationum commendationem. Ex quo
tempore Ill. D. vra in fidem se et authoritatem Sermi Regis et
domini nostri contulit, summo michi semper studio elaborandum
in eo putaui, vt quibuscunque possem, obsequiis meis, in gratiam
Ill. D. vre me insinuarem, eiusque voluntatem quauis ratione
michi demererer, neque minore fui fide et obseruantia, erga Ill.
D. vram, quam si vnus essem ex eis, qui fidei illius sunt et
potestati subiecti. Adeo cupiebam ex animo, successa illi om:
nia, proque virili mea parte rationes illius adiuuare semper
studui. Quod meum tantum studium, conciliandae michi gra:
tiae benevolentiaeque Ill. Dnis. vestre, tam feliciter michi ceci:
disse vehementer gaudeo. estque michi imprimis gratum, grata
illi esse ea, quae ex abundantia quadam amoris mei et obser:
uantiae erga Ill. D. vestram proficiscuntur in eam officia

mea atq obsequia, dabiturq a me opera, vt maiore indies ea cumulo augere possim, neq vllam vllo tempore, occasionem intermittam, qua possim maioribus meis studiis atq obsequiis maiorem ac vberiorem Ill Dnis vre in me gratiam, magis indies atq magis mihi demereri, neq sum commissurus vnq vt vllum in me obsequentissimi seruitoris officium, desiderare queat, si quid apud Sacram Regiam Mtem dominum nrm clementissimum gratia et authoritate valuero, quantulumcunq id erit, vt vestre Ill. Dni valuisse id omne videar, vt aliqua inde vtilitas ad illam permanare possit, cure michi semper est futurum.

Non possum non vehementer laudare, tantam Ill. Dnis. vestre vigilantiam, in rebus multo ante prouidendis, q euenire possit, hec enim est sola propemodum ratio, qua quicquid imminet atq impendet periculi, facile declinare licet, cum vulgo dici soleat, minus nocere preuisa iacula: eosq casus qui nec opinato derepente accidunt, multo euenire grauiores, omnem consiliis locum preripere, neq facile propulsari posse videamus, Quare et prouidentiam hanc Ill. Dnis vre laudo, et quod de periculis istis, et suo et Regie Mtis dominiis impendentibus, ad Regiam Mtem retulerit, consiliiq ab illa et auxilii copiam coram ipsa petierit, valde probo, et vellem certe, vt quod Ill D. vestra optauit, optatum ferre potuisset, Sed cum aliter ciciderit q vellemus, eo quo principem decet, forti magnoq animo, ferre id Ill. D. vram oportet, id quod vt faciat, facile in animum inducet suum, si hoc secum diligenter ipsa perpenderit, Serenissimum Regem nrm Ill. D. vre auunculum, pro eo quod est maximis et amoris et propinquitatis vinculis illi coniunctus, non eo id quod ab eius Mte presidium Ill. D. v. postulauit, illi negasse, q rationibus illius subuentum nollit, cum videat eas ita cum suis coniunctas et implicatas, vt non minus Mtis eius q Ill. Dnis vre periculum agi videatur.

Sed cum sit vt ætate, ita prudentia quoque ex longo multarum rerum vsu contracta, cunctis ætatis nrę Regibus et Principibus anteponenda, minus esse necessarium iudicasse, cum delectui militum faciendo, atque contra Moschos exercitui conscribendo, quo possit, macula superioribus diebus suscepta deleri, sumptus hoc tempore maximos suggerat, aliis vt preterea sumptibus, absque quibus facile possint, si quę fuerint pericula propulsari, sese oneraret. Nam alere multo ante militem, cum nichil adhuc certi sit et explorati, futurus ne sit aliquis illius vsus, sumptus esse illi inanis visus est, et superuacaneus, precipue cum omnibus omnium ciuitatum, Oppidorum, arciumque in Prussia præfectis negocium dederit, vt recenserent omnes qui bello miliciæque forent apti, darentque operam, vt et ab equis et ab armis parati essent: portus etiam omnes, ad quos hostes appulsuros suspicarentur diligenter custodirent, vt si qua necessitas ingrueret repentina, nulla prorsus mora interposita presto essent, et ad excipiendos repellendosque hostiles impetus, parati et expediti aduolarent. Quæ cum sint omnia a Regia M^te^ diligenter mandata, non video quid sit, quamobrem se Ill. D. v. animi angat fortunisque suis magnopere metuat, nam ipsi M^tis^ Regię, vręque Ill. D^nis^ in Prussia subditi, ad primam hostium incursionem sustinendam Chro adiuuante facile sufficient. Hoc autem omni asseuratione confirmare possum, atque id Ill. D^ni^ v. firmiter esse persuasum velim, vt primum aliquid moliri hostes, illius M^tas^ Regia certo cognoscet, et illa et Regni Ordines omnes, nunquam sunt Ill. D^ni^ vrę defuturi. Qua in re quantum potero semper contendam et enitar, vt meum quoque studium in vrgendo atque instando requiri possit a nemine, atque in inseruiendo Ill. D^ni^ vestre illiusque negocia omnia apud M^tem^ Regiam prouehendo, principatum appetere conabor.

Illustris Masouiæ Dux et ipsa singulari in me voluntatis inclinatione propendet, et fres illius vnacum matre semper in me suauissime fuerunt effusi. Quapropter cum vetus michi cum ea, familiaqz eius necessitudo intercesserit, semperqz fuerim generi huic addictissimus, omni cura, et toto quod aiunt pectore, in eam cogitationem incubui, qua de reperiendo digno tanta principe marito fui sollicitus. Neqz vero potuit alius meo iudicio se dignior offerre, q̄ is ipse cuius causa laborat Ill. D°. vra Ill. domini Caroli Ducis Monsterburgen filius, semper itaqz hortator illi fui et author, vt illi potissimum nubere in animum induceret, cum recte dictum sit, Si qua voles apte nubere, nube pari: Sed qui fiat nescio, vt ab eorum qui sunt extra Imperium Regie Mtis, matrimonio incredibilem in modum animus eius abhorreat. Mouet eam fortasse sororis calamitas: mouet subita rerum et fortunarum commutatio, mouet etiam religionis nre ista perturbatio. Statutum igitur habet cum animo suo et deliberatum, multo etiam inferioris condicionis alicui nubere potius, modo ad Imperium Regie Mtis pertineat, q̄ extra illud vel potentissimo principi. Ego nichilominus qui omni obsequio meo, et vram Ill. Dnem. et Ill. D. Carolum Ducem Monsterbergen demereri michi cupio, periculum adhuc faciam, neqz vllum lapidem non mouebo, quo possim animum Illustris virginis tam in sua sentencia obfirmatum in quam volt Ill. D. v. voluntatem impellere, nichil ea in re conficienda, curæ et diligentiæ pretermittam Is enim sum, qui omnes vel grauissimos labores Ill. Dnis. vestrę causa susceptos non solum faciles, verum etiam iucundos esse libenter michi persuadeam. Commendo me rursus et obsequia seruitutemqz meam gratiæ Ill. D. vestrę, quam fælicem esse multosqz in annos sanam et incolumem cupio.

Dat. in Bodzanczin die vja Aprilis. Anno Dominj M°. D°. XXXVto.

Albertus Marchio Dux Prussie
Petro Tomicio Epo Cracc: Regni
Polonie Vicecancell:o

Rme in Christo pater, amice ac frater nobis dilectissime. obsequia nostra amica, et quicquid grati praestare possumus. Accepimus Rme P. v. litteras, plenas et humanitatis et beneuolentiae. Nam preter quam, quod pium, candidum, ac sincerum Rme P. V. animum erga nos ex ijs cognouimus adeo docte atque eleganter etiam erant scriptę, vt ex vtroque maiori amore ac studio accensi nunc simus erga Rmam P. v. Agimus autem primum pro amore, studio ac beneuolentia singulari, deinde pro communicatis lris Rme P. V. immortales gratias, rogamusque eandem, vt pristinum suu et semper studiosum erga nos animum in pristino amore perpetuo firmum, stabilem ac illibatum conseruare velit, quo nichil nobis erit vel gratius vel iucundius. Pollicemur autem nos è contra summum nostrum et officiosissimum studium in omnibus erga Rmam P. v. daturi quoque operam quam maximam, vt si non in maiori aut cumulatiori, at pari saltem gratia referenda, semper prompti atque studiosi inueniamur. Quod firmiter sibi Reuerendissima P. v. de nobis persuadeat.

Scribit Rma P. v. de subsidio a Sacra Regia Mte denegato, iubetque nos ea omnia forti atque magno prout Principem decet, animo ferre. Nos vero facile possumus coniectura assequi, cur nobis hoc tempore sit auxilium denegatu. et quid impedimento fuerit, quod ea quae optauimus, optata ferre non potuerimus. Quidquid autem eo tunc tempore

fecimus, et quod pro subsidio tantopere, apud Regiam Mtem
instigauimus, factum est id omne a nobis non tam propter no:
stram, q Regiae Mtis sue amplissimiqz Regni Poloniae vtilita:
tem. Nobis autem summae dolet, illas causas et impedimenta
quae Rma P. V. copiosius in suis lris recenset, hoc adeo tem:
pore interuenisse. Nichilominus tamen nos, tanq fidelis Re:
giae Mtis sue subditus Princeps, pretermittere noluimus, quin
ista omnia (: dum omnes mortalitati ceterisqz fortunae telis
simus propositi et obiecti, et hanc etiam post nos laudem poste:
ris relinquendam existimemus :) à Sacra Regia Mte sua
flagitaremus. Presertim vero non ideo, quod de improuisam
et insperatam aliquam irruptionem ac impetum cui resisti non
queat, timeamus, sed ne subsidium a Sacra Regia Mte possit
differri et retrahi paulo diutius, ex quo hostes deinde pedem
proferre, ac sese in eas regiones sine vllo impedimento confer:
re possent, et precipue cum omnes ferme maiores ciuitates,
hoc tempore commote sint, aliaeqz plures et grauiores practi:
cae indies magis atqz magis exoriantur. Quamobrem ma:
ximo dolore adficimur, quod istis omnibus, pro necessitate, pro:
pter ea impedimenta, quae sese iam obtulerunt resisti ac ob:
viam iri minime possit. Attamen non dubitamus, et ne in mi:
nimo quidem, quin Regia sua Mtas istis omnibus pro Regia
prudentia, et auxilio et consilio mederi ac preuenire, tempo:
re ingruentis necessitatis nunq cessatura sit. Sed quo, tanq
fidelis, curiosus et vigilans Princeps, inueniamur experiamurqz,
operepreciu nos facturos existimauimus, si haec omnia a no:
bis Mti sue Regiae indicarentur. Quantum ad nostram
personam attinet, pollicemur nos non bona tantum, sed propriu
corpus et sanguinem, vna cum omnibus subditis nostris ad
impediendum et repellendum hostem, exposituros, quo ipsorum
consilia et practicae, quantum vnq fieri queat, impediantur,
ac irrite reddantur. Amice rogantes Reuerendissima

V. P. velit apud S. Regiam M^tem^ et amplissimos Regni Poloniæ Ordines, bonus fautor, adiutor et patronus esse, vt quod nos consilio assequi et experiri non possimus, ipsi tanq qui maiori prudentia sint prediti, quiqz earum rerum omniu maiorem vsum ac cognitionem habeant, ad Regiæ M^tis^ suę Amplissimiqz Regni Poloniæ commodum ac vtilitatem, experiri, resistere, auxilium atqz consilium ferre haud grauatim velint, quod ita facturos ipsos plane confidimus.

Scribit postremo Reuerendissima P. V. quod in causa matrimonij inter Illustrem virginem Masouiæ Ducem, et Illustris Domini Caroli Munsterbergen Ducis filium, nihil operæ atqz diligentiæ prętermiserit: Agimus pro tali diligentia, habitisqz laboribus R^me^ P. V. summas gratias. Quod autem nos quoqz in hac tam honesta et pia causa, tantum laboris consumpsimus, et hæc omnia libenter ex voto ac sententia omni cecidisse ac successisse voluissemus. factum est eam ob causam, quod arbitrati sumus ea ex re Regie sue M^ti^, amplissimo Regno Poloniæ, necnon et ipsi Virgini magnam inde laudem, honorem atqz vtilitatem prouenturam. Quoniam vero Illustris Virgo Masouiæ Dux, presentium rerum statum, subitam rerum et fortunarum commutacionem istam religionis perturbationem considerat, satis manifestum est, cuiusmodi religionis consuetudo et ordo, apud Illustrem D. Carolum Munsterbergen Ducem, obseruetur. Et cum ab eoru qui sunt extra Imperium Regiæ M^tis^, matrimonio, incredibilem in modum animus Virginis abhorreat, cumqz statutum habeat cum animo suo et deliberatum, multo etiam inferioris condicionis alicui nubere, modo ad Imperium Regię M^tis^ pertineat, quam extra illud vel potentissimo Principi, Commendamus totum illud negocium Deo Opt: Maximo, et Reuerendissime vre P. Non dubitantes, quin R^ma^

P. V. suis beneficiis adeo sibi deuinctum et obligatum red:
ditura sit Illustrem Ducem Carolum, vt etiam illi inde oc:
casio non parua prebeatur istec erga Rmam P. vram
promerendi, maioremqz gratiam referendi. Quod nos etiam
pro nostra persona erga Rmam P. v. summo studio atqz di:
ligentia promereri semper studebimus. Quam in Christo Iesu
feliciter valere exoptamus. Rogamusqz eandem velit saepe
ad nos scribere, nosqz de omnibus et precipue nouis certiores
reddere. Date e regio monte. XXVIII Aprilis.
Anno a nato Christo Seruatore M. D. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Polonie.

Quibus de rebus S. Mtas vestra ad me referre dignata est.
de iis superioribus hisce diebus Illt Do. Dux Prussiae ipse ad
me copiose perscripsit: atqz vna et postulata sua, et responsa
Sacrae Mtis vre descripta michi misit. Rogauit etiam, quoniam
de postulatis his suis ad Regni sui senatores et consiliarios Sacra
Mtem vram relaturam sciret, cum ad me ventum esset, vt se
suffragio meo adiutum vellem: atqz eam sentenciam dicerem.
quae si iudicio Sacrae Mtis vre probata esset, voti et desiderii sui
compos effici: atqz multo ante auxiliares copias habere posset,
quam vllus ab hostibus in dicionem eius impetus esset factus.
Cuius ego lris cum respondissem, in omnibus iis quae ad commo:
dum eius et vtilitatem pertinere putarem, studium, officium
operam, laboremqz meum pollicitus ei sum et detuli: Sed
negaui tamen alia ratione rationibus illius hoc tempore

prouidere necesse esse. igr qua Sacra Mtas vra se illi prospecturam respondit: quae in terris Prussiae ad se pertinentibus, omnibus omnium ciuitatum, arcium, et Oppidorum praefectis imperauit, vt milites recenserent, quibus si vsus ita tullisset, hostilem impetum excipere possent et cohibere, vt portus custodirent, fluuiorum, aquarum, et Ciuitatum debitam curam gererent, et in speculis aliquos collocarent, que simulatq per: sensisset aliquid, omnibus id euestigio nunciarent: vtq omni ratione prouiderent, ne quid aliqua totius Prussiae pars detrimenti caperet. Haec vbi ex imperio S. Mtis vre diligenter essent obseruata, me non videre, quid sit preterea requirendum. Nam quod Ill. Do. Dux tanto studio a Sacra Mte vestra contendebat, vt aliquot ei cohortes presidio mitteret, id neq in Mtis vestre, neq millius rem futurum. Quorsu enim attinet multo ante militem conscribere atq alere: q certum sit et exploratum, futurus ne sit eius vsus aliquis? precipue cum quottannis montes isti parturiant, neq tamen adhuc quidq preter ridiculum murem natum sit! vbi certo Sacra Mtas vra comperisset esse hostes in procinctu, atq aliquid ab eis, terris Prussiae periculi impendere, tum vero et Sacram Mtem vestram auxilio suo, et me pro parte mea virili consilio meo, illi non defuturum. Haec fere fuit lrarum mearum summa, quibus Ill. domini Ducis Eple ad me scriptae rescripsi. Neq video, quid aliud michi sit Sacrae Mti vestrae respondendum, q quod illi tum rescripsi. Hoc tantu addere operepreciu esse putaui: Cum in eo bello, quod cu hoc ipso dno Duce, ante annos plus minus quindecim S. Mtas vra gesserat, Ordinis istius vires, dum suppetias ferre Duci studeret, vehementer accise sint, michi verisimile non fieri, firmum aliquem et numerosum exercitum ab Ordine ita iam exhausto conflari nunc posse: Quare si quid ab illo tentari S. Mtas vra intellexerit, aliquem numerum

equitum peditumqz subsidio ei mittendum censeo, quem suffectu:
rum Sacra Mtas vra arbitraretur, ad arcendos hostium impetus.
adiuncto presertim ipsius Dni Ducis atqz omnium terrarum Prussie
exercitu, quem non contemnendum cogi posse existimo: Sed pedites
tamen illos Polonos esse malim q Germanos. Nam et honestius no:
bis est, et tucius nro potius q externo milite hostium vim propulsa:
re: vtilius etiam, cum longe minori sumptu possit ali. Aletur
autem facile mea sentencia numerus is equitum peditumqz ex eo
vectigalis genere, quam accisam vocant, quod Dantisci quottannis
Sacræ Mti vre pendunt: tum ex ea peccunia que iampridem ab
ordinibus terrarum Prussiæ coacta est, atqz in eum vsum reser:
vata, quo si quod esset bello periculum propulsandum, haberent
vnde militibus stipendium numerare possent. Si vero vt multa
preter spem et opinionem hominum quandoqz accidunt vis aliqua
et tempestas maior ingrueret, firmioresqz Ordo copias coegisse di:
ceretur q suspicari nobis in mentem venire potuisset: tum vt
Nobilitas regni arma caperet: atqz Duci subsidio iret, michi
minime placeret, nam neqz id // satis compertum habeo cōsenserit ne Nobilitas regni ad id // faciendum ijs Comicijs, quæ proxi:
me sunt habita: non enim illis interfui: et tumultuarie atqz
præcipitanter admodum ea habita esse et transacta intellexi.
Quæ vt consensisset, tamen cum videam multas terras Palatinis
carere, quorum videtur esse officium, euocare atqz educere ad
bellum nobiles, si qua necessitas postulet, magnam fore difficulta:
tem in cogendis illis, quadam coniectura prospicio, præcipue cum
absit a Regno Mtas vestra, qua absente cogi se posse non pu:
tabunt, ad munus hoc militare obeundum: atqz vt faciles essent
ad danda militie nomina: sæpe tamen experti sumus et tar:
dam esse eiusmodi expeditionem, et parum admodum ea profici:
verendumqz esse intelligo, si qua vis maior fieret terris Prussie
ne nri post festum quod aiunt, suppetias eis venirent,
Quamobrem conducto vti milite satius esse duco, cum et Prin:
cipes omnes Christiani idem facient, et ipse Thurcarum Im:

perator, non alio magis, q conducto milite sit cunctis for:
midolosus. Qui cum longo vsu tractandorum armorum racio:
nem teneat, multo maior eius esse solet vtilitas, q eorum qui
in tuenda et augenda re familiari, vitam suam consumpse:
runt. Vnde autem militi huic mercenario stipendium dari
oporteat de ea re tum Sacra Mtas vra deliberare poterit,
cum esse eum necessario conscribendum intellexerit. Neqz du:
bito quin facile conficiende peccunie racio possit aliqua repe:
riri, qua tantus ali possit exercitus. quanto opus esse ex re nata
S. Mtas vra indicauerit: Hec est mea de eo quod metuit
Ill Do. Dux periculo propulsando sentenciam, quam ego indicio
prudentieqz Sacre Mtis vre excutiendam relinquo. Cuius
me gratie clementieqz, ea qua summa possum animi mei
demissione commendo. Deum Opt. Maxim. supplex oro atqz
obtestor, vt sacram Mtem vram Dominum meum clementissimu
in multos annos sanam seruet atqz incolumem: vt de hostibus
victoriam concedat et triumphum: vt reducem ad nos breui fa:
ciat, qui cum michi dies illuxerit, quo aspectu Sacre Mtis vre
desyderatissimo iocundissimoqz frui michi licebit, tum deniqz et
plane michi restitutus esse videbor. et felicem me ac beatum
iudicabo. Dat in Kielce die ija Maij Anno domi Mo. Do. XXXV

Responsum a Gdanen datum
Legatis Sigismundi primi regis Polo.
Joanni Dantisco Epo Culmensi &
Georgio de Baisen Palat° Marienburgen.
22 Aprilis 1535

Sacrae Mtis Regiae, domini nostri gratiosissimi Mandata, per Rmam et Magtam D. vestras, tam fidei quam Commissionis Regiae, litterarum coram productarum vigore, et scite et opera exacta, recensita, auribus attentis, animisque devotis audivimus, tandemque pro captus nostri mediocritate, in hoc potissimum cardine, versari deprehendimus.

Nempe illius Mtem edoctam, plerosque a tempore Regii hinc discessus tam in Senatorii, quam Iudiciarii Magistratus Ordinem suffectos, Sacramentis tamen illis, quibus Mtas Regia Consules et scabinos a se hic in loco creatos adstrinxisset, adactos non esse. Mandat ut sic lecti Consules et Scabini, hoc ipsum Iuramentum, quo Mtas Regia, hic usa est, praestaret, utque id deinceps, singulis annis observaretur.

Preterea Iuramenti aut debiti prevaricatores, aut Sacramenti praestandi legem recusantes, illius Mti per Rmam et M. Dnes vras deferri. Itidem et scabinos pari modo Iuramento debito obligandos esse. Et postremo ut tam Rmae et Magcae D. vris presentibus, quam etiam tandem nobis, sub gravissimis prohibentibus, Lutherianismo addictos, ac Anabaptistas, reliquarum denique sectarum imitatores, a domicilio et Civili condicione, in hac urbe adsequenda, publico edicto arcendos esse, Quemadmodum id cum verbis amplioribus pollicitoribusque, tum efficacia quam potuere maiori, eaedem Rma ac Magta D. vrae in medium retulere.

De super nos solita Magistratus frequentia conuenientes, rem pro eius pondere, et magnitudine, non minori fidei integritate, q animi sollicitudine, pro debito expenden, collatis in medium consiliis: hoc potissimum pro huius turbati et nusq non sediciosi seculi condicione, plusq attente considerandum nobis occurit sollicitosq egit. Scilicet, nichil minus consultum, nichilq plus periculi presentanei secum trahere, q rerum innovacione ac recentibus oneribus quicq tentare. Atq ita hominum mentes, iamiam vbiq gentium plus nimio agitatas, et turbis intestinis estuantes amplius agitare, afficere, et commotos reddere, Id qd Rma et Magce D. vre prudenti atq vero Iudicio pensitandu relinquimus.

Huc enim, fide scilicet et debito nris arctissimis impellentibus, velut vnicum, atq cuius per necessarium scopum respicien simul atq huius tempestatis discrimina, nullas non per vrbes, potissimum in hac ora maritima sitas amplissime peruagata, et summa licentia grassantia attenden: Hoc vnum, et q maxime necessarium, imo vix quicq magis, ere atq decore Mtis sue Regie fore arbitrati sumus, q hanc Regiam vrbem quietudine et concordia (qua parue etiam res crescere solent), alere in tranquilitate quoque debita, (ipsa Mte Regia seuerissime sic mandante) conseruare possemus. Rati aut potius summa confidentia freti, hoc humilis ac deuotissimi officij nostri studium Sacre Mti Regie, minime displiciturum esse.

Quod autem ad rem et insimulationem illam, necnon et Iuramentum exactum attinet. Dolemus profecto atq ex corde dolemus, ea nos sugillacione, preter culpam, apud Sacram Mtem Regiam, dominum nrm clementissimum, delatos esse, quasi a recto fideiq debito, Iuramenti negligentia comitten (quod absit) declinare debuissemus. Quum reuera, ipsius met Mtis Regie voluntatem et Statuti praescriptum sequuti,

eo iuramento satis quidem arcto vsi sumus, quo Consules a se creatos, arctauit. Nobis vero tandem ad humiles preces nras aliquot non vanis racionibus nixas id facultatis scilicet, ad Sacramentum illud, nomine Mtis Regie a consulibus et scabinis, in futurum assumendis exigendum. clementissime detulit, nec hactenus reuocauit, id quod vix dum octo diebus elapsis, Proconsulis officio in alium, ex ordine et more translato reipsa debitoqz modo, coram deo, ac in vtriusqz ordinis frequentia, et prestitum et receptum est, modo et forma quibus infra, persuasum habentes Sacram Mtem Regiam, vbi de hoc edocta fuerit, de nobis non nisi fidem et integritatem debitam sibi persuasuram.

Sequitur Juramenti tenor.

Ego. N. Iuro Serenissimo ac Potentissimo principi et domino, dno Sigismundo Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, Russiæ, omniumqz terrarum Prussiæ ac Masouiæ etc. dno et heredi, domino meo gratiosissimo, omnibusqz suis legittimis successoribus coronatis Regibus Poloniæ, me fidum et subiectum fore, Similiter et Regium eminentissimum Mtis sue Statum, omne deniqz quod profectum et incrementum Regni poloniæ et terrarum Prussiæ attinet, in consilio ad quod electus sum, ex omnibus viribus et captu meis, fideliter curare et promouere. Veram quoqz fidem Christianam, ac veterem laudabilemqz Christiane Ecclesiæ ritum et obseruantiam, pro posse meo, manutenere et tueri. Hanc deniqz vrbem Regiam, in vigore et Iure suo conseruare, illiusqz commoda procurare volo. Sic me deus adiuuet et sacrum Ewangelium.

Re itaqz in eum modum omnino gesta, ac sacramentis debitis tam ad Mtis Regiæ debitum, quam Regni Poloniæ ac terrarum Prussiæ commodum, relligionis deniqz obseruantiam spectan. ex conscientie fide, in forma suprascripta prestitis. Rma ac Magca

D.[nes] vre non dedignabuntur innocentiæ nre fauere, aut saltem considerare: si vlla nra culpa, si deniqz iuste an iniuria potius delati sumus. Attento igitur Mtem Regiam benignitatis sue permissionem predictam hactenus minime (quod nobis constaret) reuocasse, nosqz eidem innitentes vtriusqz Magistratus personas, vltra hoc quod ats, dum meros Ciues ageret, amplo atqz satis arcto iuramento ad præmissa omnia adacti essent debito ac solito iuramentorum vinculo: idqz secundum formulam et præscriptum ab ipsamet Mte Regia, editis et hic obseruatis, ad fidei ac ats munia sua præstanda, et exequenda paucis admodum diebus interlapsis, adstrictos sumpsisse.

Hinc satis et plane preter necessitatem esse, nec sine nro grauamine arbitramur futurum, iterum atqz iterum iurare. Quum iuramentorum et felicitatem et pluralitatem omnes Iuris prudentes, vna eademqz sentencia, et disuadent et prohibent, Hoc autem iuramento quantumuis veteri rigidiori, quo hactenus Mte Regia permittente vsi sumus, eodem et deinceps vsuros nos, et offerimus et pollicemur.

Quod autem sumendi iuramenti facultas nobis, vt diximus patuerit, Mtis Regiæ Commissionem testem habemus. Nec credimus quemq ab hac Iuramenti stricta ratione deuiasse, si tamen Rma ac Magca D.[nes] vre cognoscerent quempiam esse qui debiti sui immemor, aduersus Mtem Regiam, secus q oportuerit sese gessisset, eius deferendi facultatem in Rme ac Magce D.[num] v. arbitrium reponimus. facile ferre poten, vt cum preuaricatore tali, prout decere videbitur, ageretur.

Postremo q ad edicta, contra Lutheranos, et anabaptistas, et id genus hominum, publicanda, attinet, Vera ac certissima relatione vra. Rma ac Magca. D.[nes] vre, certo factum esse

accipere velint. Nos vbi spectabilis dominus Joannes a Verden, Burgrabius proconsulqz noster et Capit Nouen ad nos a Mte Regia redijsset, simulac Mtis Regiae iussa, coram recensuisset. talia edicta continuo emittenda, duximus prout et Magna sexta feria proxime lapsa omnino ad formam et sentencia in Regia Commissione descriptam, publicauimus, et hac ratione aliisqz respectibus mouentibus, et congruum et factum oportunu, nra fida sentencia instigante, fore existimamus, vt hic pro hac tempestate, staretur, ne forte edictorum tam cita repeticione, et frequentia, late legis obseruande studium et attencio remitti, animosqz hominum frigidiores fieri, atqz in negligentiam prolabi, contingeret. Quod ats vigilancia nra vitare curauimus, semper enim solliciti et intenti fuimus, et futuri sumus, ne qui Sectaru professores, Relligionis et Ceremoniarum innouandorum facultatem sibi desumere auderent, aut etiam Domicilium in hac vrbe contraherent. Id enim omne et alia, eodem edicto Seuerissime cauimus. Quod et reipsa efficimus et comprobauimus. Quum istis diebus quendam sartorem, tunc Ciuem nrm, qd is contumeliam et despectum, in relligionis et Ceremoniarum Ecclie obseruantiam laudabilem, temere effutire ausus fuerat, Ciuitate eijecimus et proscripsimus.

Ex his omnibus, nobis de Sacra Mte Regia Principe omnium vt mitissimo, ita equissimo, non aliud nisi gratiam et Regij animi clementem propensionem nobis humiliter polliceri volumus.

Et proinde Rxmam ac Magcam D. V. pro sua equabilitate pro rei iam iam in iustum effectum deducte exigentia, plurimum atqz instantissime rogamus, vt tandem post tot suos conatus, totqz calcaria, quibus nos studio Regiae Commissionis exequendo, valido, multisqz argumentis, tantopere vrgere hactenus non cessarunt, legittimis scilicet racionibus nostris ex equo adductis, saciati peticionibus nostris rationabilibus annuere, illisqz contenti esse, Et id responsi

simulatq nra debita officia, recte et legittime praestita, cum humili deuotione, eidem Mti Regiae dno nro clementissimo referre velint. Quo facto precipua fiducia in eius Mtem ferimur, spem certissimam figentes, eandem Mtem suam nrae deuote sentenciae et peticioni, reiq per nos actae effectum, gratiosissime probaturam. Quod nos deinceps erga illius Mtem eadem subiectionis et fidei norma, obseruare. Erga vero Rmas et Magcas D. V. omni studio et beneuolentia mereri conabimur.

CEterum Rmam et Magcam D. V. vehementer exoratos velimus, vt hanc saltem prouinciam nro et huius Reipublice nostre nomine subire grauari nolint. Scilicet Sacrae Mti Regiae dno nostro clementissimo, Integerrimam nram fidem, subiectionem quoq deditissimam, et quicquid officij debiti praestare quimus, nris verbis, formaq melioribus referre. Simulatq deuotissimos animos nostros, eidem debita humilitate insinuare. Nosq hoc imprimis intensis votis precari vt illius Mtis incolumitas nobis, omnium maxime desiderata, firma et diuturna sit, vtq eidem Mti Regiae, optata et felicia omnia tam domi q foris, pace, eque ac bello presertim aduersus illius hostes perfidos, cum summo eius splendore eueniat. Hoc enim sub caelo nichil nobis, neq gratius neq salutarius, obtingere posse ducimus. Cui tandem nos et hanc Rempublicam nram vnice ex animo commendamus. Gedani XXija Anno domini Mo. Do. XXXVo.

Petrus Tomiczki Eps Vicecancell
Proconsuli et Consulibus Ciuitatis
Craccouiensis.

Famati domini amici charissimi. Ex lris vestris intelleximus, valde vobis iniquum videri, quod Scherdeij Caspar, D. Petrum Danielem, vt se Bartphæ iuditio sistat, compellere conatur, cum legibus cautum sit vt rei forum actor sequatur: neqz nobis hæc fuerunt incognita, neqz minus q vobis eares iniqua nobis et indigna visa est. Sed cum ex Magnificis domino Castellano Cracouiense, et D Palatino Russiæ facti essemus certiores, ita rem inter eos et Dominum Catzeander conuenisse, vt si Erasmum Carlovitz Ciuem Cracouiensem liberum esse vellent, D. Petrum Danielem pridie Idus Apriles Bartphæ iudicio sisti promitterent, atqz eos promisisse, omni se id studio et diligentia curaturos: existimauimus pacta et Conuenta, etiam si non æquissima seruanda tamen esse, precipue, cum Dnm Scheredeij non recusare audissemus, quo minus hæc controuersia non ab Hungaris modo iudicibus, verumetiam ab ijs quos sibi D. Petrus delegisset, quosue secum ex Polonia illuc adduxisset disceptaretur. Quid autem ille sequutus, rem in Regno nostro iudicari noluerit, certo quidem scire non possumus, sed ita suspicamur, cum se de Regno nostro male meritum esse intelligat, iudicia se nostra reformidasse. Quæcunqz tandem illi causa fuerit a Regni iudicijs refugiendi, nobis postulatio eius iniquissima esse videbatur: sed vbi non ex Iure manu consertum, sed vi geritur res, tempori potius et necessitati parendum, q leges et consuetudines mordicus tuendas esse putauimus. Nostra parum refert. Vbicunqz locorum D. Petrus Daniel causam

dicere voluerit: nobis nec seritur inde quicquam nec metitur.
Sed cum fortunas miserorum ciuium: cum salutem eorum
atqz incolumitatem agi videremus: misericordia commoti, scri:
psimus Magnifico D. Castellano Sandomiriensi, et Capit
Crac, vt omnem Dno Scheredey causam praecideret, miseros
Cives ita vexandi, neqz solum fortunis eos suis euertendi,
Verum etiam salute spoliandi: Nam quod Erasmo Carlovicz
diebus hisce accidit innocenti, id non ita multo post, et fortasse
grauius aliquid, alteri cuipiam ex corpore vestro potest con:
tingere. Nisi forte vos, vestro tantum Collegio consultum cu:
pitis, reliquorum Ciuium rationem habendam nullam putatis.
Id quodsi facitis, consilium vestrum probare non possumus.
Neqz enim officii vestri satis esse memores videremini.
Habetis iam causas quibus adducti, non nollebamus nos qd
vt loco et tempore sibi praestituto D. Petrus praesto esset: pactis
esse standum putauimus, ciuium miserorum misereri aequum
duximus, aliquando a legibus discedendum, et presenti potius
necessitati publicae, que vtilitati parendum esse iudicauimus.
ne tamen queri de nobis possitis, quasi nos ii essemus, qui per:
fractas leges vestras et violatas vellemus, fecimus non inuiti
Vt in vestram sententiam concederemus. Scripsimus ad Regem
Ferdinandum, et ad praefectum exercituum eius D. Catze:
ander, vt hominis illius importuni ferocitatem et insolentiam
comprimerent, vt tantam subditis Maiestatis Regie Dni nostri
iniuriam ab eo fieri non permitterent eas lras ad Magnificum
D. Castellanum Sandomiriensem et Capitaneum Cracouiensem
misimus, atqz vt ipse quoqz nomen suum subscriberet, et a dnis
Thesaurario Regni, et Castellano Sarnouiensi idem vt face:
rent contenderet, nostris eum lris rogauimus. Bene valete
et faelices sitis omnes. Dat. in Bodzanczin die ix Marcii
Anno domini M°. D°. XXXV^to.

Petrus Tomiczki Eps. Crac. Vicecancell.
Petro Kmite de Vissnicz Castell^o
Marsalco Regni Polonie. Scepusiensi. Colen.
Premisliensi Capitaneo.

Magnifice domine amice et affinis charissime et honoran.
Existimabam inter M. D. vram et D. Catzeander ita conue:
nisse: vt si liber esset dimissus Erasmus Carlovicz, M. D. vra
omnem operam suam in iudicio sistendo Bartphae D. Petro Da:
nieli promitteret, quod nisi id confectum ei dedisset, tum vt
Erasmus Carlovicz ad eadem vincula redire cogeretur. Nunc
ex Mag^co D. Palatino Russie, per eum et per Magnificum
D. Castellanum Cracouiensem id factum esse intellexi. Reuera
iniquum postulat Scheredi Caspar: michi tamen temporum ini:
quitas, iniquum vt concederetur, cogere posse videbatur, pactis
et Conuentis stari aequum putabam: neque Ciuium miserorum
miserebat, quos nullo suo commerito, capitis sui periculum adire,
de fortunis suis in dubium venire videbam. Sed cum aliter con:
sulibus visum esset, cum eorum res, eorum periculum agatur:
facile in animum induxi meum, vt in sentenciam ipsorum disce:
derem. ipsi viderint, quid sit e Republica sua. Scripsi lras
ad Ser^mum Regem Ferdinandum, alteras ad Dominum Catze:
ander, rogaui vt tantam importunitatem hominis, atque insolen:
tiam coercerent, vt subditos Ser^mi Regis nostri, ab eo ita
vexari, ita spoliari ne paterentur: eas litteras vt anulo suo
M. D. vra velit obsignare magnopere queso: atque vt idem
hoc a Dno thesaurario et D. Castellano Sarnouiensi fieri con:
tendat. Quod vero tanta diligentia eam rem curauerit, de
qua proximis lris ad eam scripseram, magnam habeo M. D. vre

gratiam. Dabitur a me vicissim opera, ne ulla in re volun:
tati illius vel minime defuisse videri possim. Cupio felicissime
valere vram M. D. Cuius amori et beneuolentie me ex
animo commendo. Dat ex Arce Bodzanczinen ix Martij
Anno domini M°. D°. XXXVto.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Cuniczki Canonico Vilnensi.

Venlis domine, frater in Christo Charissime, dici non potest
quam gratum sit nobis officium et humanitas vestra, quam in
excipiendis quibusuis isthuc venientibus seruitoribus nostris
nobis declaratis, retulerunt enim nobis plurimi seruitores nri
vos illis liberalem hospitalitatem in domo vestra exhibere.
proxime tamen qui isthinc rediyt Iacobus Paginsky, scriba et
seruitor noster nobis declarauit, quam grato animo illum egrum
in domum vestram recreperitis, et quod in illius valetudine
curanda sollicitam operam adhibueritis. pro officio et hu:
manitate vestra, agimus et habemus vobis magnas gratias
illam per quamcunque oblatam occasionem cumulate et liben:
ter relaturi, dummodo ceptam vestram humanitatem vos
retinere erga nos velle, cognoscamus. Quod superest vos
bene valere et faelicem esse optamus. Dat in Arce nra
Bodzancinen feria secunda proxima post dnicam Oculi
Anno Domini M°. D°. XXXVto.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Ioanni Coscieleczki castellº Lanciciensi et
Bidgostiensi ac Tucholien Capitaneo.

Generose domine, amice charissime, Agimus magnas gratias D. vre, q nos lris et nunctio suo inuiserit: quam illius erga nos propensionem referre omni nra semper gratitudine curabimus. Heri rediens huc ad nos Vilna seruitor et notarius noster declarauit nobis reliquisse illic post se adhuc Nicolaum Pieniaszek negocia D. vre sedulo curantem, inquibus hanc spem ab omnibus habere dicit, qd D. vre Arx Schlochouien dari et committi debeat, dura tamen vt homines arbitrantur condicione, nam vt Nunctius noster se audisse refert, poscunt Principes nri ex ipsa arce Schlochouien pensionem annuam Mille florenorum. quod quam sit multum D. vram grauaturum, nescimus, intelligimus tamen, ex superioribus illius Arcis Rationibus et calculis, nimium auctam esse illorum prouentuum sumam Audiuit preterea et retulit nobis is ipse seruitor noster Rlem Item laborare, vt Arcem Mariemburgen dominus Palatinus Plocen obtinere possit, quod cum ita est, et nos nichil diffidimus, illum eo potiturum esse, Regina enim adiutrice nemo est qui non omnia quæ cupit obtineat. Quæ et alia pleraqz credimus D. vram vel iam intellexisse, vel breui ex seruitore suo quem Pieniaszek premittere ad illam debuit, cognituram esse.

In rebus nouis aliud non habemus, q quod D. Laski Siradien Palatinus dicitur certo liberatus Budensi Captiuitate esse quem cum dominis Castellano Cracouiensi et Palatino Russie

sperant multi et referunt, breui apud nos affuturum.
Nos quod reliquum est cupimus D. vram et bene valere
et felicem esse. Dat. Ex Arce Bodzancinen die XV^a
February. Anno domini M^o. D^o. XXXV°.

Petrus Tomic. Eps Craco. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Poloniae.

Egit mecum proximis hisce diebus do. Thesaurarius, vt pecuniam a Clero collatam, quae in Ecclesia mea Cracouiensi deposita est, sibi traderem, quod in Comiciis nuper habitis de sentencia et voluntate Rmi domini Archiepiscopi Gnesnen atque aliorum dominorum Episcoporum, qui tum presentes aderant, constitutum sit ac decretum vt ex ea pecunia, militibus stipendium dari posset: quorum delectus nunc habetur, vt quod Magno Ducatui Lithwaniae promissum est subsidium tempori mittatur. Ego cum eandem pecuniam in alios vsus collatam esse scirem: ad redimenda bona Busko, quibus, quisquis esset exercitus totius Imperator et Capitaneus designatus, quoad viueret, pro communi regni defensione vtifrui posset: non putaui temere michi quicque faciendum, nisi prius ea de re mandatum aliquod S. Mtis vestrę habuissem. Quamuis autem nichil ea de causa Sacra Mtas vra ad me scripsisset, tamen cum do. Thesaurarius habere se iam mandatum a sacra Mte vra significasset, vt a me pecuniam istam exegeret, cum et Rmus do. Archieps eadem de re scriptum iam esse ad se ad se a S. Mte vra certiorem me fecisset: feci equidem non inuitus, vt Capitulo meo scriberem, vt pecuniam istam simulatque verbum de ea fecisset dominus thesaurarius, nulla

mora interposita totam ei traderent, ne per eorum cuncta:
cionem stetisse videretur, quominus primo quoqz tempore
Magni Ducatus Lithwaniæ necessitati subueniretur.

Memoria teneo, me superiori mense S. Mti vre scripsisse,
eiqz diligenter supplicasse, vt domini Ioannis Coscielieczkj Castell
Lancicien benignam racionem habere vellet, et, cum parente
illius Dno palatino Posnanien mortuo, officia et præfecturæ
nunc quædam vacent, aliqua ex his ornare eum dignaretur.
Is nunc ad Sacram Mtem vestram in Lithwaniam ipse proficiscitur
a me summo studio contendit, preces vt meas iterare velim.
Equidem quo nam infelici meo fato factum sit nescio, eo vt iam
loci redactus sim, vt preces meas, quæ valuerunt aliquando
et aliquid apud Sacram Mtem vestram ponderis habuerunt,
eas fere nunc repudiari videam, cum summa mea, in Sacram
Mtem vestram officia constent, neqz obscurum cuiqz sit studium
meum et obseruantia incredibilis. Ego tamen etsi sæpe iam
spe mea frustratus, nondum tamen animum despondeo. Ad pristinam
illius gratiam in me et clementiam minime volgarem confugio.
iterum atqz iterum qua summa possum animi mei demissione illi
supplico, aliquid vt precibus meis loci dare velit. Subeat animum
Sacre Mtis vestre recordatio, singularis fidei, magnorumqz
meritorum, cum parentis domini Castellani Lancicien qui non
ita pridem vitam cum morte commutauit, tum ceterorum illius
maiorum. documento is futurus est aliis, quid sperare sibiqz polli:
ceri debeant, de benignitate Sacræ Mtis vestre, qui vel ipsi
vel maiores eorum, nullam de Sacra Mte vestra benemerendi
occasionem pretermittere vnqz voluerunt. Quod si huic qui
debentur maioribus eius fructus tributi fuerint: non deerunt
complures, qui vestigiis illorum insistere, atqz iisdem quibus illj
racionibus ad gratiam Sacræ Mtis vre conciliandam, et ad
honores beneficio illius et liberalitate consequendos, viam sibi

posterisqꝫ suis munire conabuntur. Sin autem quod omen deus obruat, nichil huic nunc prorsus maiorum fuerint merita suffragata, ceterorum deinceps languebunt studia, remittetur industria, ardor et cupiditas benemerendi restinguetur.
Quare etiam atqꝫ etiam Sacræ M^ti vestre supplico, vt cum ad multorum id exemplum pertinere videat, quem iste sit sue peticionis exitum consequuturus, ad eum potissimum, aliquam ex paternis præfecturis deferre dignetur. Vno enim atqꝫ eodem beneficio et illi quem ex patris interitu, et michi quem ex tot repulsis quas passus sum dolorem ac mærorem animis accepimus: permagnam est consolationem allatura; et reliquorum animos, ad bene de sacra M^te vestra, de posteris, deqꝫ Regnis et dominiis eius merendum, incredibili studio inflammabit.

Dominus Hieronymus Schaffranieck. diuę virgini Laurentanę, votum nuncupauit, eius reus cum sit, persoluere cupit, pariterqꝫ religionis causa, hierosolimam petere, ad videndum Christi sepulcrum desiderat. Eius rogatu rogo S. M^tem vestram plurimum. bona cum venia et gratia illius hanc ei peregrinationem obire vt liceat. Est enim pium et iustum, vt quæ Diuorum cuipiam vota quisqꝫ vouerit, eorum simulatqꝫ conuictus fuerit de soluendo cogitet. Quæ res cum ad religionem pertineat, nichil dubito, quin a Sacra M^te vra vno omnium religiosissimo principe, nullo possit negocio obtineri.

Nicolaus Boguszch Curię familiæqꝫ meę præfectus, quem ego iam inde ab annis aliquot Sacræ M^ti vestre commendaui, atqꝫ vt eum Seruitorum Aulicorumqꝫ suorum numero adscribi vellet impetraui: Significauit michi Aulicos omnes Sacræ M^tis vestræ, qui per hęc tempora ab illa abfuerunt, nunc ad eandem confluere, cum conscribi milites, magnoqꝫ conatu exercitum contra Moschos expediri

videant, se quoqz officio suo deesse nolle: itaqz potestatem sibi
a me fieri petiit ad Sacram Mtem vestram proficiscendi. Ego
cum hoc tempore vehementer opus illo habeam, hortatus eum sum
aliquid morae profectioni sue interponeret. Equidem si scirem
magno cum isthic Sacrae Mti vestrae vsui futurum, nunq comitte:
rem, vt prae meo commodo publicam vtilitatem negligerem.
Nunc cum quatuor equites, non magnum, atqz adeo nullum prope
rebus momentum adferre possint, Sacrae Mti vestre supplico.
pace vt illius, bonaqz cum gratia retinere eum michi apud me
liceat, cum valde illius pntia indigeam. Hoc quoqz maiorem
in modum peto, ne absentia hec illius a Sacra Mte vestra frau:
dem illi aliquam adferrat. Sin autem aliter Mti vestrae visum
fuerit, sibiqz operam eius necessariam fore iudicauerit, ego
eum non grauatim dimittam. Equidem is sum qui de omnibus meis
commodis decidere malim, q aliqua vel minima re nutum volun:
tatemqz Mtis vestre offendere.
Magister Nicolaus Scriba Ciuitatis Crac. magna opera et labore
conuertit ex Germanico in Latinum, librum, cui Speculo Saxo:
num, et alterum, cui Weichpild nomen est: eos ingenti sumptu
typis excudendos curat. nunc veretur, ne opera illi et impensa
pereat. Quare Mti vre rogatus ab illo supplico, vt eiusmodi
ei dyploma et priuilegium concedat. quo cunctis Regni et domi:
niorum suorum subditis interdicat, ne vel imprimere in eis vel
impressos alibi, vendere intra decennium cuiq liceat, sub paena
amissionis librorum, et ducentarum Marcarum eius pecuniae,
cuius in Regno vsus esse possit.
Dominum Deum supplex oro, vt sacram Mtem vram seruet ad
multos annos sospitem victricem et faelicem. Cuius gratiae
me rursus omni qua possum animi demissione commendo.
Dat. ex Bodzanczin die prima Marcij. M°. D°. XXXV°.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Petro Tomiczki Epo Cracouiensi et
Regni nostri Vicecancellario.

Rxme in Christo pater sijncere nobis dilecte. De contributioni:
bus ordinis Ecclíaci que in Capitulo Cracouien erant depositae
dederamus ad P. vram, priusq nobis eiusdem P. vrae litterae
essent reddite. quas P. vram accepisse arbitramur. Tametsi
non penitus de sententia nostra factum est, vt ea peccunia
in auxiliares copias, quae ad Lithwaniam conscribuntur.
erogaretur, quum longe in alium vsum imperata et coacta
esset, atqz id nos, ne vsu veniret, sedulo, quod p. vestre constat.
sumus veriti. Itaqz repetijmus, postq hic sumus in Litwania
vt voluntati desyderioqz vniuersi ordini Ecclíaci arbitratu
nostro satisfaceremus. Verumbic nobis incertum qua de cau:
sa reclamatum est, ac res ea tota ad faelicem reditum nostru
in Poloniam dilata. Nunc quando sic visum est Consiliariis
Regni nostri non sine assensu Rxmi Domini Archiepiscopi
et aliorum Episcoporum, qui tum aderant in proxime trans:
actis Comitiis, noluimus eorum sententiae refragari, prae:
sertim quum iam mutando consilio nichil pene loci relictu
esset. Quare bene fecit P. vra. q eam pecuniam Thesaura:
rio nostro tradi iussit, ne quid ea res in mora esset, ad ea
quae paramus.

Venit iam huc Castellanus Lancicien, quem nobis P. vra etia
atqz etiam commendauit, in eo nos magnam habebimus ra:
cionem et maiorum eius. et p. vre commendationis.

Hieronymo Schaffraniecz non aduersamur, quominus pficiat susceptam peregrinationem, quanq non videmus, quem fructu huius voti sui sit accepturus: Verum illud nollemus, vt is Arcem, cui voluntate nostra præfectus est, neglectam et muliebri nutu regendam atqz seruandam relinquat, neqz enim non perspicimus, quomodo id cadere soleat, quidve incomodi ex ea re oriri possit. Eius rei commonefaciet eum Vra Ptas verbis nostris, ne quid post vsu veniat, quod eum facti pœniteat.

Nicolaum Bogusch facile ferimus a nobis abesse, et P. vre inservire. Nullus enim eius modo nobis est vsus.

Magistro Nicolao scribæ Ciuitatis Cracouiensis dedimus priuilegium tale, quale P. vra petiuit, et quidem non granatim, id fecimus, q non parum multum his eius conatibus tam conducibilibus Reip: faueamus. Porro P. vre fuerit prouidere, vt castigate y libri in lucem exeant, et vt bene propriequz versi sint.

Imperauimus tantum salis dari P. vre, quantum fortasse satis futurum sit, atqz identidem deinceps, quum opus erit, imperabimus ad quodvis etiam semestre tempus. Verum quietacionibus id nobis facere visum est, potius q priuilegio, ne res hæc deinceps in eum vsum veniat, vt in legem abeat. Existimamus autem P. vram factum hoc nrm boni cōsulturā esse.

De Kierdeÿ Curæ nobis erit, quum huc venerit, vt humaniter et prolixe, sicuti dignum est, accipiatur, et benignum atqz amicum responsum ad Imperatorem suum referat.

Ad Petrum Danielem consulem Cracouiensem subditum nostrū dedimus Mandatum, quemadmodum P. vra postulauit. Sed videat vra P. vt satis æquitati consentaneum sit ita

rem agi, ne ve ille iustam incusandi nostri habeat occasionē
Conueniebat enim ne subditi nostri hoc pacto vexarentur
sed vt a nobis potius de illis iusticia administranda pete-
retur, quando leges et omnium fere gentium iura dictant.
vt actor forum rei sequatur. P. vra bene valeat.
Vilnæ xi Marcij Anno Christi M°. D°. XXXV Regni
vero nostri anno XXIX.

Ad mandatū Sacrē Regie
Mtis proprium.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Stanislao Borek Cantori Craccouiensi.

Heri reuersus Vilna ad nos Paczinski seruitor noster, et
lras multas nobis attulit, et multa secretiora quæ ante igno-
rabamus aperuit. Quorum hoc est precipuum, q dicat Mtem
reginalem quæ in nos dudum eiusmodi concepit odium: vt
non aliter sibi satisfactum putauerit, q vt intercessiones
nras, quas pro confugientibus ad nos apud Mtem regiam
interdum facimus, interuertat, et quominus exaudiantur
impediat, nunc eo magis nobis esse infensam, q sit persuasa
Felicem Naropinsky opera et mandato nro ad Canonicatum
et prebendam post mortem domini Czurilo vacantem, in Ecca
nostra non esse receptum, idqz non tam ad incommodum Na-
ropinski, quantum ad odium sui ipsius factum a nobis esse
credat. Et proinde dixisse illam seruitor noster refert: q
non sit vlla racione causam hanc desertura etiam si omnia
quæ habet impendere et ammittere propterea debeat.

Iamqz in ea ipsa re et causa regias ad summum Pontificem dedit lras, quarum vobis exemplum mittimus: suas preterea lras multas in vrbem dedisse dicitur: et omnem lapidem mouisse, mouereqz velle. vt voti sui compos fiat, et nobis in despectum Felicem Naropinski ad Canonicatum intendat.

Do. Doctor Andreas de Valentinis Mtis reginalis phisicus contendit a nobis, vt paria lrarum earum quas in testimoniu probate nobilitatis sue et q indigene priuilegio ad assequandas quasuis tam inmoribus q maioribus Eccliis dignitates vti debeat, a Mte Regia obtinuit, illi nos ex Cancellaria nra traderemus eo fortasse metu perculsus. q doctor Ioannes Phisicus regius sit nunc a Canonicatu hoc nomine q indigena non sit repulsus, et propterea. q suum hoc prenominatum priuilegium in Capitulo apud vos asseruatum esse dicat. Qua in re cum nobis prouide agere conueniat. postulamus a vobis, vt nemini quidq ea de re dicentes, conferatis hoc exemplum litterarum. D. Doctoris Andree, quod nunc mittimus, cum illis lris, quas obsignatas in Capitulo apud vos habetis, et faciatis nos certiores, si in aliquibus verbis abinuicem differut. Vel illarum exemplum nobis mittatis. vt ipsi illis perspectis omne offendiculum euitare facilius possimus.

Ceterum Paczinski noster declarauit nobis Doctorem Sicculu ex optalmia oculorum a xij iam septimanis laborare, quam multi credunt mortem illi conciliaturam. Interea autem dum ille sic egrit, Rex iuuenis ab omni institutione vacat. de cuius quidem a puellis seinnctione, et si multa sunt, nomine Conuentus Acta, Mtas tamen Rlis vt a se diuellatur nulla volt ratione ~~per~~mittere, inquiens, nusq melius vel honestius q in oculis et praeceptionibus parentum filios educari posse.

Ad haec M^tem reginalem dixisse Paczinski refert, q si Canonicatum morte domini Iacubowski vacantem in Contentationem Naropinski contulissemus facile omnem hanc controuersiam de medio tollere potuissemus. At nos vt id non faceremus certo et necessario consilio persuasi sumus. Nam vbi hunc Canonicatum ad cuius Coadiutoriam domino Doctori Joanni consensum nostrum prebuimus, ad nostram vel cuiuspiam necessarij et seruitoris nri commodum conuertissemus, effugere culpam inconstanciȩ et varietatis iuste non potuissemus. quippe q non deessent, multi qui nobis id vicio verterent. nunc vero causa criminandi nos sublata. silere eos necesse erit.

Cuperemus videre quo argumento in excusationem sui dni Prelati et Canonici Ecc^e nostrae ad M^tem Regiam scripserint lras. Non probatur enim in aula responsum et excusatio illorum, vt quae contraria quaedam et inter se pugnantia continere in se videtur. Quare a vobis rogamus vt exemplum earundem lrarum mitti nobis curetis per primum qui se offeret Nunctium.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Joanni Choienski Epo Praemisliensi.

Rme in Christo pater et domine frater et amice char^me ac honoran. Cum Vilna redijsset Iacobus Paczinski, Scriba et Seruitor meus, omnia michi ea retulit, quȩ vt semotis arbitris michi diceret, a R^ma D^ne vra datum sibi esse negociu narrabat. Quae cum multo ante perspecta

haberem et explorata, gratius tamen michi accedit, q̄ dici queat, q̄ eadem ex R.ma D.ne v.ra cognouerim. Facile enim ex eo coniecturam capere potui, qui sit et quantus amor R.me D.nis v.ræ in me, quid ad faciendum id eam impelleret. Quod vero per eundem scribam meum admonitum me voluit, vt magno hæc et forti feram animo: hoc quoq; ex abundantia quadam amoris in me proficisci intelligo. Veretur enim proculdubio R.ma D.o v.ra pro sua in me fraterna beneuolentia, ne me propterea discrutiem animi: neue mærore nimio aut morbum. aut morbo michi durius aliquid ipse accersam. Non possum certe non ali: quando vehementius paulo animo commoueri, cum subit animum meum recordatio, quo nunc reciderim, atq; in quem locum redactus sim. Neq; tamen vnq̄ ita michi mens concidit, vt reduci facile ad æquitatem non possit. Multa succurrunt animo, quæ me modice ferre, ea quæ aduersa michi eueniunt cogunt, Nam et parum virile videtur, atq; a Senatoria grauitate, maxime disiunctum, ita se angoribus totum dedere, vt ab illis animum ad æquitatem traducere nunq̄ possis, et plusq̄ parricida vi: deri possem, si me luctu conficiendo, quasi manus ipse michi afferre conarer. Tanto enim se maiori scelere inquinat. qui ipse sibi quàm qui parenti suo mortem obtulerit, quanto sibi quemq; plus, q̄ cuiq; alteri natura conciliat. Et fortasse non aliud est illis propositum, qui nullo meo merito non solum ex omni me gratia et authoritate deturbatum, sed fortunis etiam meis euersum cuperent, q̄ vt macerando animum meum atq; et excrutiando, in aliquod me vitæ meæ periculum precipitarem. quorum cum ego consilia facile intelligam. faciam libentissime vt tam amico consilio R.me D.nis v.re obtemperem. daboq; operam, vt, quam illi michi lucis huius vsuram per memetipsum exceptam volunt, ea diuina michi gratia et misericordia opi: tulante, diutius q̄ gratum eis futurum sit frui possim. Magnam etiam michi recte factorum conscientia consolationem

affert: Nam cum sapientis sit nihil præstare preter culpam
ea quando me vacare intelligo, causam non video, cur me
magnopere angam animi. Quinetiam est quod Deo gratias agam
immortali, qui multa dat singularis in me clementie sue signa
cum non solum tot repulsarum indignitate, verumetiam variis
morborum generibus me affligit. Solet enim castigare omnem
filium quem recipit. Quare non solum id in aliqua infelicita:
tis meę parte non pono: sed multo etiam eo nomine feliciorem
me esse iudico, qp non ad voluntatem meam fluant omnia,
Nichil enim eo miserius esse puto, cui nichil in vita miserum
accidit. Nichil contra eo felicius, apud quem sui sepe Deus
memoriam refricat. Solet enim fere usu venire, vt qui pro:
spero semper fortunæ flatu vtuntur, ita vt statum eorum et
perpetuum gaudium, nulla vnq tristicia contaminet: hij secun:
dis rebus elati et dei memoriam abijciant, et homines se esse obli:
viscantur, et in fraudem ex ea re maximam incidant.
Hęc sunt, et alia multa, quæ recensere omnia neqz loci huius
est, neqz temporis, quæ me frangi dolore, et debilitari non
patiuntur. Itaqz ne eo quidem, quod michi per eundem Scri:
bam meum significari iussit Reginalis M^tis vehementer commo:
veor, cum extra omnem me noxam esse michi sim conscius.
Dedit autem hæc ad me Mandata, quibus inclusum illud
odium, in me iam plane effudit: se grauiter ferre, qp cum
ceteris eius actionibus semper aduersarer omnibus, tum
impedimento fuissem proxime, quominus Fælix Naropinski
a Capitulo meo, in Canonicorum Ecclie meę Cracouiensis Album
relatus sit: Seqz id in eam partem accipere, vt in odium et con:
temptum sui me id molitum esse arbitretur. Quin ea me
non nichil inicio commouerit inficias ire non possum, sed
subito me collegi: cum liberum esse illi intelligerem quas
vellet irascendi michi causas comminisci: mei autem esse officij
dare operam, ne iustas vllas habere posset, itaqz concoxi

facile. Et certe diuturna ista tot malorum assuetudo iam propemodum callum obduxit stomacho meo. Spero equidem finem hijs aliquando malis Deum daturum: neqz ea longo tempore durare posse auguror. Scripsi illi copiose, meqz de hijs quae michi crimini dat purgaui, neqz enim honestum videbatur silentio ea pretermittere. alioquin aluissem hanc in illa suspiciom et confirmassem. Quemadmodum autem sit ea que scripsi acceptura, postea intelligemus.

Inter alia que michi molestissima acciderunt, hoc quoqz non postremum locum tenuit, quod Sacra Mtas Regia, cum priorem, in lris suis Stanislaum Pileczki Canonicum Crac nominauerit, causa tamen aduersarij, Felicis Naropinski lris suis summo Pontifici ita commendauerit, vt alium neminem in Floriani Czurilo locum suffectum vellet. Quid hoc aliud est, quam sua ipsius decreta rescindere! et in luce illa hominum, secus de se existimandi occasionem prebere! cum multo foret satius nominationem non dedisse quam datam oppugnare, et secum quasi bellum gerere! sibiqz ipsi aduersari! Non tam michi dolet, affinem meum impediri, quam quod ea re de Regie Mtis existimatione nonnichil detrahi existimo, que multo rectius faceret, si causam vtriusqz Iudicum suffragijs permitteret, pro eo atqz antea semper facere est solita. Hoc enim plane nouum est, vt suas ipsa sentencias et voluntates quas fixas et stabiles esse oportet, infirmet atqz irritas faciat. Quamobrem R. D. vram plurimum rogo, det operam ne quid eiusmodi deinceps contingat, ne cum Jus vtriqz idem concesserit tamen in alteram partem voluntatis inclinatione propendeat, vt alteram que eiusdem Mtis regie iure potiore nititur impugnatam velit. Sunt iura, sunt Canones ijs de rebus constituti illis canonibus, vtriqz experiundi, nulla sua authoritate, commendationeqz regia interposita potestatem facere dignetur. Hec res vt curae sit Rme D. vre vehementer peto, cum et

iusta sit et equa, et michi multo gratissima futura

Magnas ago et habeo gratias D. vre Rme, q iustissime cause Praepositi Ecce Corporis Christi Casimirien propugnationem susceperit, conatusqz Bartholomei Cromeri contra illum fregerit effeceritqz, ne quid a Mte Regia q Praeposito obesset impetrare posset. Et ego Rme D. vre, hanc illius operam officiis meis omnibus quibuscunqz potero referre curabo. et ipse D. Praepositus omni vicissim obsequio suo demereri illam studebit, nectonq pro salute et incolumitate prosperitateqz R. D. vre vnacum omnibus Fribus suis Deum Optm. Maxm. precari intermittet. Dat ex Arce Bodzanczinensi die prima Marcij Anno domini Mo. Do. XXXVto.

Petrus Tomiczki Cps. Vicecancell.
Bona Sphortie Regine Poloniae.

Sacra Mtas reginalis, domina domina clementma.
Post seruitutis meae et orationum commendationem. Quo tempore venit ad me Tassiczki Aulicus Mtis vestre, lrasqz et munus ab illa michi gratissimum attulit, incredibili fui perfusus laeticia. Nam cum ita moribus esse Principum comparatum scirem, vt quam longo quisqz locorum internallo seiunctus ab illis est, tam longe ab eorum gratia excidat: atqz vna cum aspectu memoria illius intereat: non potui certe non metuere, ne in me quoqz idem vsu veniret: Sed aduentus Seruitoris Sacrae Mtis vrae, omni me prorsus hoc metu liberauit: et in eam opinionem adduxit, vt non

solum non esse quidq̄ diminutum de pristina clemen^a^ Sacrę M^tis^ vr̄e in me, Verum etiam aliqua non penitenda acces:sione auctam illam putarem. Quare maiorem q̄ dici queat, michi voluptatem attulit. Ecce autem puncto temporis con:uersa sunt et mutata omnia. Scribę me mei ex Lithwania reditus ex tanto gaudio in summum subito dolorem et mœro:rem coniecit, cum Sacram M^tem^ vram dedisse sibi in manda:tis diceret, michi vt verbis illius referret: q̄ grauiter ac iniq^o^ animo ferat, me cum aliis illius actionibus omnibus aduersari esse solitum, tum impedimento proxime fuisse, quominus Do. Felix Naropinski, in Canonicorum Eccl^e^ me Collegium a Prælatis et Canonicis meis cooptatus sit. Atq̧ ita M^tem^ vram factu hoc interpretari, vt in odium illius et contemptum id me moli:tum esse affirmet. Equidem cum hęc eum narrantem audirem admiratione defixus obstupui: neq̧ dum satis mirari possum. qui venerit in mentem Sacrę M^ti^ vr̄e isthuc de me suspicari. Ego vt aduerser Sacrę M^ti^ vr̄e! ego in odium! in contemptum illius aliquid faciam! Michi vero totum id in odium, in contem:ptum cuiusquam quidpiam conari velle, puerilis esse semper animi visum est, nullo consilio firmati, nulli prudentię rationiq̧ innixi, Neq̧ esse quidq̄ potest, ab eius grauitate magis disiunctum, cui vel ętas ipsa vel vsus multarum rerum, aliquid tamen iam pru:dentię afferre debuit: Ne puer quidem aut adolescens tam fui ieiuno vnq̄ animo, tantaq̧ maleuolentia suffuso, ex eo volupta:tem vt caperem, si quid cui ęgre fecissem, si quid in odium et con:temptum alicuius perfecissem: nedum vt hac ętate hoc leuitatis genere delectarer, non cadit certe in canos meos tanta stulticia tantaq̧ temeritas. priuato homini si facere id conarer ferendus non essem. in Principis vero meę, in herę meę, in Sacrę M^tis^ Reginalis odium aut contemptum si quid pertenderem. nonne ab omni mente desertus merito iudicarer. Non vsq̧ eo sum omnis humanitatis expers, non ita vitę communis ignarus,

vt delectum personarum nullum habeam: vt cui honorem, cui ob:
seruantiam debeo, eam vt odisse velim aut contemnere. precipue
cum odium eiusmodi et contemptus, in eius contumeliam redunda:
turus videretur, cui ego et me et mea omnia accepta referre
soleo, quem nullo vnq̃ satis digno cultu et obseruantia prosequi
potero. Videtur michi Sacra M^tas^ v̄ra non de me solum
secus suspicari, sed neq̃ se satis nosse, neq̃ satis intelligere,
in eo se dignitatis fastigio collocatam esse, nulli vt cuiusq̃ contem:
ptui despectuiq̃ oportuna esse possit. Ita Sacram M^tem^ v̄ram
deus extulit, si in tam sublimi et excelso honoris gradu posuit,
facile vt despicere quosuis, ipsa tamen a nemine despici queat,
Quid est autem aliud Gigantum more, cum dijs pugnare
q̃ principibus aduersari velle, principes contemnere, in quo:
rum cum fide sis et potestate, nihil aliud illis irritandis,
q̃ tuo tibi iumento malum ipse arcessere videaris. Et me
profecto a tanta stulticia, vel etas mea, vel vsus rerum
quem aliquem tamen me consecutum iam esse oportet: et
Sacram M^tem^ v̄ram ab omni cuiusuis contemptu, cum
multe preclare dotes illius, tum fortune magnitudo, vindi:
care potest. Sed quid tandem illud est? quod in odium
in contemptum Sacre M^tis^ vestre fecisse arguor? scilicet
impedimento fui, quominus Do. Faelix Naropinski a Capi:
tulo Ecc^e^ mee Cracouiensis. in Canonicorum album refer:
retur. Equidem si id fecissem, non video tamen quo possit
argumento doceri, me id ex contemptu aut odio fecisse?
Tunc enim ista in me suspicio herere potuisset: si hominem
aliquem eiectum, neq̃ maiorum, neq̃ sua vlla virtute com:
mendatum, Canonicatu hoc ornatum voluissem. nunc in
hoc adolescente Stanislao Pilecz̄ki honestando, multa secu:
tus viderer, dedisse id dicerer propinquitati affinitatiq̃
que michi cum illo intercedit, quem autem ea mouere
non solet? nisi ferreum plane et ab omni pietate remotum?

dedisse natalium illius splendori, quod magni putassem interesse ad statum Ecclesiasticum turbulentis hisce temporibus in digni: tate sua tuendum et conseruandum, si haberet in ordine suo ali: quos, et imaginibus claros, et opibus non contemnendos. Dedisse spei et expectationi, quam de adolescentis indole concepi eiusmodi fore vt confidam, quod et maiorum suorum splendore, et in eo in quo est loco, dignum se sit prestaturus. Dedisse deniqz iuri et equitati que cum illo potius, quam cum aduersario, facere, multi sunt qui non dubitant affirmare. Hysce rebus omnibus promoueri quidem potuissem vt impedirem, neqz tamen id feci: sed hactenus tantum permotus eis sum, vt fauerem affini meo, vt eum voti sui compotem fieri vellem. Obstitisse me autem quominus D^s. Naropinski a Capitulo reciperetur, falso sum apud Sacram M^{tem} vestram insimulatus. Sed Prælati et Canonici Ecc^e mee, eadem fortasse que ego sequuti, vt affinem et propinquum meum, et nominatum et presentatum priorem in Collegium suum cooptarent, facile in animos suos induxerunt. Quo cooptato, et omnium suffra: giis comprobato, quo minus Do. Felicem quoqz Naropinskij admitte: rent, per me certe non stetit, sed vt opinor veriti sunt, ne, si id fecissent, vberiorem litigandi materiam eis præbuisse viderentur. Certe quidquid eius fecerunt, iure suo et potestate, non coactu aut impulsu inductu ve meo fecerunt. Quare nullam prorsus eius rei culpam sustineo, cum vel proximum eorum factum magno esse possit documento, suo eos arbitratu, non ad meam volun: tatem quem vellint in Collegium suum cooptare. Quid enim est a me studij et diligentie tercio abhinc mense pretermissum in domino Doctore Ioanne Benedicti phisico Regie M^{tis}, et de illa, et de me sepe benemerito, Ecc^e mee cano^{tu} ad quem habuit Coadiutoriam, a Sede Ap^lica confirmatam, augendo et honestando? Adeo tamen irriti ceciderunt conatus mei omnes, tanto studio, studio meo restiterunt, tam aperte contra volun: tatem meam pugnarunt, vt vnus aliquis repertus non fuerit

ex hijs etiam qui multis meis beneficiis michi sunt deuinctis:
simi, qui ei cui ego cupiebam suo suffragio fauerit. Quid
facerem? cogi se a nemine patiuntur, volunt iura sua esse salua:
volunt suffragia sua esse libera. Necesse habui alium nominare
Neqz vero deerant, qui vel necessitudine aliqua me attingerent,
vel multis annis seruiendo fidem michi suam et diligentiam pro:
probassent. sed cum ad aures meas peruenisset: Sacram Mtem vram
de eo ipso Canonicatu, quem post mortem domini Floriani Czu:
rilo affinis meus obtinuit, domini Sebastiani Braniczki causa
Romae plurimum laborasse, nolui expectare dum mandatum
ea de re a Sacra Mte vra acciperem, sed cogitaciones
etiam illius officiis meis anteuertere sum conatus ad eum ipsum
cui Sacram Mtem vram fauere intellexeram, absqz vlla dubi:
tatione Canonicatum detuli. Adeo vel ad nutum illius semper
me libens conuertissem. At sunt, qui me in odium apud Sacram
Mtem vestram vocent qui suspicione perstringant, quasi contem:
ptu illius et odio, propinquum meum, summo loco natum contra
alienum defendam. Neqz enim adduci possum vt credam Sacram
Mtem vestram sponte sua tam aspera ad me mandata datura
fuisse. Non cadit in mores illius placidos et benignos ~~(quod
aiunt)~~ tanta acerbitas. Sed sunt proculdubio qui frigidam
(quod aiunt) suffundant, qui cum gladiatorio animo ad
propinqui mei Canonicatum viam affectent, cum Archae se
sue confidere palam praedicent, Tanto se firmius in Sacra Mte
vestra presidium habituros confidunt, quanto michi plus apud
illam ~~..~~ odij et suspicionis conflauerint. Quos equidem cur sibi
tanto studio Sacra Mtas vestra propugnandos sumpserit, nulla
coniectura satis assequi possum, cum nulla illorum vel in Re:
giam, vel in Reginalem Mtem vram constent merita, cum
nunquam alterutri seruierint. Quod si vnum aliquod vel mini:
mum eorum obsequium commemorari posset, quo sibi Sacras
Mtes vestras semel inuita demeruisse dicerentur, mitius

michi tamen ferẽdum videretur. Nunc autem cum ego omne
tempus meum, vestrarum M^tum temporibus transmiserim,
cum vitam fere omnem in seruiendo illis consum [cōsumpserim] hunc laboris
et diligen^e mee fructum fero, vt qui ne tantillum quidem
vnq̄ de Sacris M^tibus vris bene sunt meriti. ab hijs, ope
et presidio earum propinquus meus oppugnetur. Dici non potest
quantum ea res animo meo dolorem, quantam affert molestiam
Sed ea quoqꝫ michi vna cum alijs non sorbenda solum est, ve:
rum etiam concoquenda. Multorum malorum quibus hoc anno
sum grauissimis conflictatus, diuturna consuetudo iam propemodꝫ
callum obduxit stomacho meo. Nam vt taceam de morbis meis
quibus fui longissimo tempore periculosissimis tentatus, perma:
gna illorum alleuatio fieri posse videbatur, si aliquod gratiæ in
me specimen aliquando datum fuisset, si vel vnas meas preces
clementer admissas esse audiuissem. nunc autem ad morbos
meos id etiam mali accessit, aut vt verius dicam morbis id
meis, et inicium dedit, et incrementum, ꝙ ex quo tempore
M^tas Regia Poloniam reliquit, preces [mee] q̄libet iuste quàmlibet
M^tum vrarum cum vtilitate coniuncte, ita contempte tamen
semper fuerunt et repudiate, vna vt res minima non fuerit,
quam ego optatam ferre potuerim. Eo iam loci redactus videor,
ea laboribus meis et vigilijs quibus pro salute M^tum vrarum
pro Regni et dominiorum tranquillitate perpetuo excubare
sum solitus merces persoluitur, vt nichil iam fere nisi nomen
inane Consiliarij et vicecancellarij retineam. Siquidem con:
silia mea pro nichilo ducuntur, preces repudiantur, quidquid
sentio. quidquid dico, quidquid magno studio contendo :.
id in contrariam potius. q̄ in eam quam postulo partem plus
ponderis et momenti habet. Id quod quo magis contra
q̄ meritus sum euenire michi intelligo, hoc maiorem animo
dolorem capio. Neqꝫ tamen ideo, de fide mea et industria
de labore et vigilijs, in principum meorum commodis et



vtilitatibus tuendis ac conseruandis, remittere quidq statuj
Cum qua sint in me voluntate praestare non possum, hoc certe
omni studio meo atqz obseruantia praestabo, ne penes immu-
tate eorum erga me voluntates culpa residere vlla videri
possit, Ego vt fui semper S. Mtis vestre studiosissimus
ita ne nunc quidem esse desinam. Et antea summa michi
semper fuit religio, quoad licitum esset et honestum, vel
vnguem quod aiunt latum, a iussis et preceptis Sacre Mtis
vestre discedere: et nunc nichil sum antiquius habiturus,
q vt pro mea perpetua consuetudine, qua summa possum
fide et diligentia omnia mandata illius exhauriam.
Quamobrem. Sacrae Mti vestre supplico si quam erga me offen:
sionem animo concepit, eam, cum me nullius affinem esse
culpe videat, equo animo deponere vt dignetur, et quod per
me licet, vt suum quisqz Jus tueatur et defendat, hoc vt idem
per Sacram Mtem vestram liceat, nulla illius offensione inter:
posita maiorem in modum peto. Equidem Deum optimum
Maximum. precibus meis fatigare nunq intermittam, vt ani:
mum Sacre Mtis vestre placatum michi reddat. Quod si
apud illam quoqz, nichil precibus meis loci fuerit, dabitur
nichilominus a me opera quoquo animo Mtas vra erga
me fuerit, vt nullum obsequentissimi seruitoris atqz eiusdem
beneuolentissimi officium in me desiderare possit. Commendo
me rursus in gratiam Sacre Mtis vestre. Quam Christus
dominus sanam et felicem in multos annos seruare dignetur
in sua gratia. Datum ex Arce mea Bolzanicinen
die prima Marcij Anno Domini Mo. Do. XXXVto.

Bona Sphortia Regina Poloniæ.
Petro Tomicio Epo Craccoviensi
Et Regni Poloniæ Vicecancellario.

Nicolaus Grabia dictavit et manu sua scripsit hanc
ex regina epistolam.

Reveren in Christo pater sincere nobis dilecte. Habuimus lras P. v. ex quibus intelleximus ea, que illi per Notarium eius referri commiseramus, gravi animo P. vram tulisse et audiuisse, multis rationibus subinde apud nos contendens ea diluere, que nos faciliter felicitex et libenter admitteremus si res ipsa cum equitate congruat, novit enim P. vra nos dudum antea Felici Naropinski non solum ex gratia nra, sed etiam ex pacto nominacom ad Ecclesiam Cracovien contulisse, atque eam primam post Sbaski, inter alios omnes voluisse preferri, assecurasseque illum pactis et promissis nris, que illi quemadmodum omnibus aliis solemus pro fide et dignitate nra servare tenemur et volumus, quibus minime perpensis P. vra huic nostro nominato, vel potius nobis primum Czarnkowski opponere voluerat, deinde cum id succedere non potuit, placuit Stanislaum Pilecki obicere, ceu splendore natalium, et claritudine familie magis insignem et propterea istis turbulentis temporibus Ecclesie vt scribit, proficuum. Cuius nos maioribus et familie sue, ipsique soli nichil detrahimus. Verum si delectus personarum habendus fuerat, equum erat, non nominatos solum, sed nominantes ob oculis ponere, quid enim est aliud nominatis nostris alios nominatos obtrudere, nisi nobiscum cum iniuria nostra conflictari velle Nos autem qui P. vram semper singulari affectu nro prosequute sumus, prosequimurque libenter, et ab inicio nri hic Principatus, eam consiliorum nostrorum omnium participem asciuimus

prę ceterisqꝫ delegimus, ac ei et amicis illius omnibus placere
semper studuimus, non ea equidem ratione illa omnia insi:
nuare P. vre voluimus, vt ei malum et grauem animum.
faciamus, illiusqꝫ incolumitatem, quam P.ti vrę bonam fausta
et longam precamur exanimo turbemus, nisi vt declaremus
nos ea quoqꝫ non ignorare, que ab omnibus passim cerni viden:
tur. compertum enim habetur apud omnes Nominacionem
illam, vigore cuius idem Stanislaus Pilezki nominatus est,
non aliunde, q̄ a Regia Mte domino et consorte nro haberi,
eamqꝫ posteriorem longe nostris nominationibus fuisse, que
si etiam vt persuasum habemus, a Sede aplica prępposita fuerit,
nonne et id cum prćiudicio nró, et nominatorum nostrorum
factum esse censeretur, quod Ptis vre solius iudicio relinqui:
mus, vinci quidem hoc modo poterimus, victoriam autem
istam, vt equo feramus animo adduci certe non possumus.
Capitulum etiam Cracouien intelligere non possumus, alio
respectu fecisse, q̄ perperam et ad cuiuspiam arbitrium, et non,
vt vberiorem materiam litigandi eis prebuisse videretur,
quam hac ratione non solum non prebuit, sed etiam maxime
auxisse videtur, cum à veteri suo more et dudum obseruata
consuetudine desciuerit, consueuerat enim antea semper,
non modo duos sed tres, et aliquando plures hmoi competitores
sustinere, hec tamen res non tam nos permouisse videtur
(quandoquidem Capitulum hoc dudum sibi in animum induxit
aliorum iudicio quantumuis equissimo semper aduersari)
q̄ fidei violate nostræ, et pactorum datorum ratio, que
res dum in forum externum extracta fuerit, indubie non
modo equitati nominati nostri, verum etiam dignitati nostre
illusum esse non vulgariter videbitur.
Quia tamen P. vra a nobis postulat, vt offensionem eam si
quam animo conceperimus aduersus illam deponeremus, inquiens
se nullius eius culpæ esse affinem, et vt idem per nos liceat,

265

quod P. V. licere quoqz videtur, vt videlicet ex nominatis suum quisqz Ius tueatur et defendat, semper nos nouit P. vra eam erga se Reginam placabilem et benignam, et in hac re ita nos gerere volumus ac geremus, vt decebit facien Reginam et Principem bonam, modo vicissim. P. vra, vt bonum et sincerum consiliarium conueniet, erga nos et res nostras se conseruet, gereregz voluerit, quod nobis indubie de P. vra futurum pollicemur, gratiaqz et fauore nostro illi, vt semper non defuimus, ita nec deinceps sumus defuturę. Que recte et feliciter valeat. Dat Vilne xj Marcij Anno Domi M° D°. xxxv.

Petrus Tomicski Eps Vicecancell.
Bonae Sphortie Reginae Poloniae.

Sacra Mtas Rglis. domina et domina clementissima. Post serui: tutis meę et orationum commendationem. Cum in maxima essem expectatione summoqz desiderio lrarum Sacre Mtis vestre, quas aliquid michi consolationis, allaturas sperabam. reddite michi tanqz fuerunt per Cubicularium meum, sed eius generis, vt quid inde certi colligerem, non haberem: neqz quid michi de voluntate in me Sacre Mtis vestre promitte: re deberem, satis scirem/aliquando enim eá esse voluntatem quam vellem significabant/aliquando nonnullas adhuc irę et offensionis reliquias, in animo illius residere indicabant. Res tota adeo michi fuit obscura, vt plane quid consilij ca: perem incertus essem, denuo me purgarem! at superiore Epla, ita id a me factum est diligenter: vt ipsa Sacra Mtas

(nisi ita esse natura comparatum vt sue quisqz cause fauendo quid aequitatis ea aut iniquitatis haberet, prospicere satis non posset) omni me prorsus noxe noteqz iudicio suo procul: dubio esset exemptura. tum periculum etiam fore videbam. ne si S. Mtis vestre argumenta refellere tentassem, in contra: rium conatus meus recidisset, et quem placatum cuperem, magis animum illius contra me exacerbassem. Tacerem itaqz, et a mei defensione supersederem! at cause nichil futurum erat, quin ipse de me secus iudicasse, ipse me meo silentio quasi condem: nasse viderer. Haud scio an vnqz causa mihi sit visa vlla tam perplexa, q hec videbantur. Itaqz cum in omnes partes animum meum cogitationemqz versassem: visum est mihi tandem, iurisconsultorum sequi sentenciam, qui dubia in re benigniorem interpretationem sequi et iustius esse putant, et tutius, feci non inuitus, vt placatum et mitigatum animum in me S. Mtis vestre michi persuaderem, vel quod ea quae volu: mus libenter credimus: vel quod et nomini S. Mtis vestre et et patriae, in qua nata, vnde ad ceteros mortales peruenisse dicitur humanitas et mansuetudo. et nature placidissime benignissimeqz: minime consentaneum fore iudicabam, vt aliquid in eum offensionis retineret, qui nichil studij diligentieqz in placanda S. Mte vra pretermisset. cum non alia sit eius fastigij virtus maior, in quo diuino beneficio Sacra Mtas vra est collocata. q placabilitas et clementia, qua sola proxime ad deum acceditur mortalem. Ferunt quendam Senatorum ordinis, cum grauiter Augustum Cesarem, non leui sua culpa offendisset, veniam tamen impetrasse, et cum illo in gratiam rediysse. et quoniam negabat homines credituros se esse cum eo in gratia, nisi aliquid sibi donasset, grande ab Augu: sto munus petiisse: atqz id optatum tulisse. Ego vero, quamqz nullius michi culpae sum conscius, tamen illius Senatoris exemplo, cum me apud Sacram Mtem vram esse iam in

gratia nichil ipse dubitem, et alii quoqz idem in animu suum
credere inducant, peto ab ea munus eiusmodi, quod et fontem
benignitatis S. Mtis vestre non exhauriet, et mihi tamen
multo futurum est gratissimu. Ea qua summa possum animi mei
demissione S. Mti vestre supplico. vt Venerabilem dominu Samu:
elem Maczieiowski. quem isthuc certis de causis misi gratia
sua et beneuolentia prosequi dignetur, ita fiet vt et ego placa:
tum esse animu S. Mtis vestre pro certo sim habiturus : et reli:
quis quoqz mortalibus reconciliata mihi gratia illius et clementia
clara sit et testata futura. Nam quod me monet S. Mtas vra
vt bonum me et sincerum prestem consiliarium, id ego quin semper
fecerim, neminem esse scio, qui possit ire inficias. Atqz vtinam
tam facile efficerem, vt benignam et clementem in me S. Mtem
vram experirer, q illud et prestiti et prestabo semper facile, Chro
adiuuante, vt boni et sinceri consiliarij nemo in me officium
desiderare queat. Commendo me rursus gratiæ Sacræ
Mtis vestre. quam Christus dominus in multos annos cum suis
omnibus sospitem et felicem seruare dignetur. Datum in Bo:
dzancin XXVa Marcij. Anno domini Mo. Do. XXXVo.

Andreas Cricius eps Plocen.
Bona Reginæ Poloniæ.

Sacra Mtas et domina domina mea clementissima. Humillima
mei commendationem. Que michi vra Sacra Mtas per Ser:
uitorem meum scribere dignata est satis prolixe, et vt solet
prudenter, in omnibus vt mentem eius intelligo sic faciam.

Ser^mo Regi Iuniori domino meo clement^mo scripseram equidem litteras cum equum miseram, sed notarius in tumultuaria expedicione putans illas fuisse, quas M^ti Regie Seniori scripseram, non inclusit in fasciculum, nec id nisi post triduum comperi: error igitur me tum in Ecc^a existente comissus in causa fuit, quem nunc sartio, et quidem quod vra Sacra M^tas scribere michi dignata est, de ingenio et moribus eius M^tis id vno ore omnes ex Aula venientes referunt, quo quid nobis subditis letius dici potest? et presertim cum audiuimus quales alibi sunt Reges, quas insanissimas miscent Tragedias vt quod Horacius de Iliade Homeri scripsit, id nunc de nra Republica Christiana dici posset. Stultorum regum et populorum continet iras. Commendo me in gratiam vre Sacre M^tis Polthowie viij^a Octobris. Anno domini M^o. D^o. XXXV.

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell.
Lodouico Alifio iuris vtriusque Doctori: Secretario Bonae reginae. Burgrauio Cracconiensi

Mag^ce domine amice char^me et honoran. Agimus magnas gratias D. vre, quod nunquam ad nos quotienscunque per occasionem licet, scribere intermittit, deque statu et incolumitate Principum nostrorum identidem nos certiores facit. Cupimus id D. vre omni studio et beneuolentia nra referre.
Narrauit nobis Doctor Stanislaus Hosius seruitor noster, ea que se a D. vra in mandatis habere dicebat, cum de regis adolescentis institutione, tum de Lasari Bonamici viri doctissimi vocatione que spes esset. Quoties subit animum nostrum harum rerum recordatio, subit autem fere quotidie

tocies gemitus et suspiria tenere non possumus. Et libenter quidem in Comiciis hisce, malis istis obuiam venissemus, sed per virium nostrarum imbecillitatem obire ea nobis hoc tempore non licuit, dedimus tamen negocium amicis quibusdam nostris, vt aliquam earum rerum in his que nunc habentur Comiciis mentionem facerent. Nos certe pro eo atque debemus de his que ad Regni huius vtilitatem videbuntur pertinere, nunquam cogitare desinemus. Ex Kielce XIX Decembris. Anno domini M°. D°. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Choienski Epo Præmisliensi.

Rme in Christo pater et domine frater et amice charme ac honoran. Allatum est ad me Doctorem Siculum iam inde a mensibus aliquot, ita grauiter ex oculis laborare, vt docendi regis nostri munus obire non possit: interea florem ætatis illius negligi, et tempus quouis auro preciosius, sine omni fructu preterire valde id dolenter accepi. Nam pertinere ad summam Reipcae visum michi est, quibus studiis tenera illius ætas traducatur, ~~informetur~~, quibus preceptis. cereus adhuc adolescentuli animus informetur. Esset autem ea res, vel inprimis miseranda, si, cum equis non preficiamus, nisi eos, qui tractandorum eorum curam et artem tenent, ei de quo tocius Regni salus et incolumitas, de quo tot gentium et populorum fortunæ pendent, de preceptore aliquo tanto principe digno, non prospiciamus, et quouis de fece volgi contenti esse velimus, nisi forte, equum indomitum, nullis vsibus aptum esse putamus, adolescentis

vero ingenium nulla doctrina excultum, ad maximas quasqz res gerendas, ad tot populos rite gubernandos, accommodatum fore censemus. Itaqz toto quod aiunt pectore, in eam nobis esse curam et cogitationem incumbendum arbitror, vt reperiri possit aliquis, qui tanto muneri docendi principis nostri satis:facere queat, Dedit autem michi superiore estate Lasarus Bonamicus non obscuram significationem voluntatis sue se pro suo erga gentem nostram studio, si ita Regie M^ti visu sit, onus hoc non detrectaturum, si, quam dignitas viri meretur, ratio eius habita. Cuius viri nomen inauditum esse R^me D. vre opinor, ad me certe vna omnium voce ita perfertur, ita in illo summam vite integritatem, cum summa erudicione certare, altera vt altari concedere nolle videatur, Quare vehementer cuperem, ad hunc eam prouinciam deferri Quoniam vero in absentia Regie M^tis id quod cupio prestari a me vix poterit, precipue cum eorum, penes quos summa nunc potestas est, voluntatem non nihil a vocando viro hoc abhorere inaudierim, vram R^mam D. magnopere queso, vt pertentet animum M^tis Regie, atqz in hac causa quasi fundamenta quaedam iaciat, atqz vtinam ad summu illam fastigium perducere possit, nichil est quod gratius michi possit accidere, Nam et cum magno omnium nostru honore, et cum Regis vtriusqz regni eoru, et dominorum vtilitate, laude et gloria coniunctum id esset sempiterna Etiamsi non deerunt fortasse, qui ad dedecus et infamia patriae huius nostre pertinere existimabunt, quod aliunde preceptor accersitur, quasi nullus sit apud nos, qui aptus esse huic muneri possit.

Ego vero quin reperiri possint non dubito, qui adolescentie Regiae informande sufficiant, Sed michi ea in re multa consideranda videntur. Primum excellenti Principi, ex:cellente preceptore opus esse. Nos vero, vt nichil nobis ipsi

derogemus tantum tamen certe non arrogabimus, vt esse aliquem apud nos contendamus, qui sit cum Lasaro doctrina conferendus. Deinde factitatum est hoc ab aliis Regibus, apud quos multo maxima est doctorum virorum copia, vt ex Italia liberis suis preceptores magno sumptu accerserent: Nisi forte nos esse Gallis doctrina comparandos putamus, apud quos Regij liberi ab Italo erudiuntur Neqz vero video, qui minus turpe sit in Italia preceptores querere, atqz eorum causa, deserta patria, magnos ibi sumptus facere, et suos inscitie inertieqz condemnare, q inde eos ad nos euocare. Certe si priuatis domestici et quasi vernaculi preceptores sordent, quid de Rege putandum est. Postremo vt nichil eorum esset, tamen hoc vnum est argumentum plane necessarium, cui nulla ratione resisti potest, quod Reginalis Mtas alium q Italum Regi Preceptorem adiungi nunq patiatur. Quare cum Italus sit necessario habendus, etiam atqz etiam considerandum esse puto, quem illum Italum esse velimus, cui Principem nrm, de cuius recta institutione salus nostra omnium pendet, atqz incolumitas, in disciplinam dare velimus.

Demiror equidem D. Vlrichum laborum suorum quos Regiae Mtis causa ad eam vsqz in qua nunc est decrepitam ętatem, grauissimos pertulit, hunc fructum ferre, vt viuo videnteqz illo, alius sit in locum eius monetę praefectus, vt manes suos anticipasse quodammodo videatur. Nouum id certe et contra morem Mtis Regię accidit. Et enim haud scio, an quisq adhuc nullam ob legittimam causam: de officio suo a Mte Regia fuerit deturbatus. Quare vehementer rogo D. v. Rmam, quoniam propenso in eam rem animo esse dicitur Mtas regia, vt neqz consilio neqz auxilio suo, ingrauescenti illius ętati deesse velit, vt in eum in quo fuit locum restitui possit, factura Rma D. vra rem humanitate sua dignam et meis omnibus officiis referendam: eius vero liberi, hoc tanto Rme Dnis vestre beneficio futuri sunt illi obstricti in perpetuum et obligati.

Detentus fuit plus vno mense a domino Scheredi Caspar, ciuis quidam Crac. Erasmus Carlowicz, is tandem liberatus est, sed ea lege, vt nisi quarto decimo a Pascatis die, Dns Petrus Daniel consul Cracouiensis, cuius ille causa fuit detentus: se in Oppido Bartphensi sistat, cogatur ille qui liberatus est, eundem in locum redire, deqz fortunis suis omnibus in dubium venire. Rem latius cognoscet Rma Do vra, ex meis ad Regiam Mtem lris, Nunc hoc rogo, mandatum a Mte Regia vt impetret. quo D. Petro Daniel seuere precipiatur, vt se loco et tempore constitutis sistat, ne innocens ille in idem rursus periculum descendere cogatur. Commendo me amori et beneuolentie fraterne. Dat ex Arce Bodzancinen die prima Marcij Anno domini Mo. Do. XXXV.

Ioannes Choienski Eps Præmislien
Petro Tomiczki Epo Cracc. Vicecancell.

Rme in Christo pater et domine domine mi obseruanme obsequiorum comendationem, Quæ Iacobus Paczinski nuper P. v. Rme verbis meis soli solus retulit, ita se certe habent, vt ego illi narraui, Atqz ea P. v. Rma a syncero et amico animo profecta esse credat Et enim pro obseruantia mea in P. v. Rmam et pro illius in me beneuolentia, proqz eo ac merita est P. v. Rma de principibus nostris et de Republica, cupio maiorem in modum eidem P. v. Rme, omnia ex animi sui sententia semper euenire. Itaqz doluit michi vehementer rem eo loci redactam esse vti indicaui, sed non in hoc indicaui

vt se P. vrã Rma angeret. Verum ne ignara prorsus esset
eius rei, et vt casum hunc excelso ferret animo vti ætate hac
et sapientia, et dignitate dignum est, presertim cum animus nullius
malę rei sibi sit conscius.
Est iam hic et agit negocia sua apud R. Mtem Dñs Castellanus
Lancicien, cui ego quoad potero lubens adero. Confido non fru:
stratum ire spe sua de Præfectura Schluchowien. Nam de
Mariemburgensi actum est. Data est dño Palatino Plocensi vt
prioribus scripsi
Magistro Nicolao Scribę Ciuitatis Crac Priuilegium a Mte Regia
concessum quale P. v. Rma cupiuit, lras item quas huc p. v.
Rma ad me misit Regia manu sobscriptas mitto.

De controuersia Domini Stanislai Pileczki et Felicis Naropinski
quando ita Mti Reginali visum est, mea minor est authoritas
qm vt aliquid efficere vel adiuuare possim, etiam si maxime
velim. Nam quid facerem? Aduersarer voluntati eius? Luderem
operam, et illam michi infensissimam redderem. Nouit P. v. Rma
ingenium eius, quã soleat rebus etiam leniculis maxime offendi.
Quare mihi velim nolim facienda sunt que iubent principes
nostri. Sed vbi dabitur occasio adnitar ne quid fiat pręter fas
ęquum ve, aut contrarium vre Rme P.

De sale sic mihi respondit R. Mtas, quemadmodum ipsa lris
suis P. vre Rme significat. Ego vero adnitar vt ad quoduis
semestre tempus, quietationem (quam vocant) obtentam
ad vram Rmam Ptem mittam.

Venio nunc ad alteras P. vre Rme lras, quas ego Regię
Mti perlegi. et presertim quod attinet, ad asciscendum SErmo
Regi Iuniori pręceptorem Lasarum Bonamicum. etiam pluribus
verbis inculcaui. Namqz video, q id e re illius et omnium

nostrum futurum esset, si procederet. Et regia quidem Mtas adhuc deliberabunda. qui illi mos est peculiaris cogitat, neqz michi vllam aliam dedit voluntatis sue significationem, nisi qp vniuersam hanc curam educationis atqz institutionis Regiae in Mtem Reginalem reiecit. Cum qua deinde res ista tra: ctata est. sed alienior ab hac re ipsius esse videtur animus, Causatur Doctorem Siculum propediem sanitati pristinae re: stitutum iri, sic enim illum sibi significasse, qq contrarium sentiunt medici, qui negant eum vnq posse conualescere, aut non citto certe. Interim e tribus alicui prouinciam hanc imponendum esse censent. Aut dno Joanni Andree, aut Ludo: uico Alephio, aut Palamedi. D^s. Jo. Andreas quem ipse quoqz rex iunior sibi dari cupit: obnixe detrectat. Ludouicus item vt audio recusat. De Palamedis voluntate nichil exploratum habeo. Interim docet eum Scipio Italicarum lrarum scriba de cuius erudicione michi non constat. Multa ego hic per: spicio, que tacitus optare malo, q temere loqui aut scribere. Quodsi maxime adsit doctus preceptor, tamen vereor vt is aliquid operepretii facturus sit. quod ad lras attinet. Ille iam quod ego quidem suspicor egre aures et animum preceptoris dictis accommodabit, non ferret iugum, quando se dominum et Regem esse nouit. Deinde ad alias iam cogitationes animum appulit, vt reor venationes et lusus meditatur, quibus studiis non multum conuenit, cum bonis lris, vnum ego illud reliquum esse reor, vt pietate et religione Christiana diligentius imbuatur, in qua quantos a Siculo profectus habeat non satis scio.

Dno Vlrico non desum quod maxime possum, verum non video quamobrem is dolere debeat munus suum, ab alio occu: patum esse, presertim vt nunc sunt rationes officine istius hic monetarie. Quin ego non paulo melius cum eo actum esse iudi: to, qz minus habet laboris et sollicitudinis, periculi nihil penitus

Compendij vero non multo minus q antehac. Eo ne hac de re laboraret, disuasi sedulo, neqz existimo illum penitere, q acquieuerit consilio meo, me certe id consilii dedisse nondum penitet. sed hac de re ad Doctorem Hosium scripsi fusius.

Nouarum rerum hic nichil est, nisi q Moschi superioribus diebus valida manu Lithuaniam inuaserunt, et longe lateqz depopulati ingentibus damnis datis incolumes ad sua reuerterunt, quum non longius duobus miliaribus prefectus exercitus Regij cum non contemnendis copiis abfuisset, ferunt vulgo rem potuisse bene geri, si ex equo omnes animati fuissent, Culpa prefecto exercitus impingitur, q is aut studio, ob animum plus satis exacerbatum, trepidantes Moscos et inteperie hiemis fractos aggredi et manus conserere detrectauerit, aut ob pusillanimitatem non fuerit ausus. Nemo tamen aperte reum peragit, Deus reliqua secundet.
Cubicularium vre Rme Ptis retinui tantisper dum huc veniret Legati Ill. D. Joachimi Marchionis, vt aliquid certi de ipsorum Legatione P. vre Rme possem perscribere, heri ad Mtem R admissi sunt. qui publice habita oratione rogatam habuerunt Mtem R. pro filia Illma Heduigi Dno Joachimo Juniori Marchioni Brandeburgen in matrimonium collocanda.

Hodie incipiemus de condicionibus huius sancti matrimonii tractare, quid deinde sequetur non erit incognitum vre Rme Pti. In cuius gratiam me iterum iterumqz commendo.
Vilne XVa Marcij Anno domini Mo. Do. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Lodouico Aliphio Juris vtriusqꝫ Doctori.
Burgrauio Cracc. Bone regine Secretario.

Magnifice domine, amice charissime. Et si non iucunda grata nobis tamen fuerunt, quae scripsit D. vra. cui sedulitatis istius nomine magnas agimus et habemus gratias

De Lasaro, quasi praecisam esse spem, vehementer dolemus, quum nullius esse rei curam minorem videamus, quam eius in qua salus Regni Reiqꝫ publicae verti videtur. Nos ad D. Premisliensem scripseramus, vt Regie Mti suaderet, vt virum optimum doctissimumqꝫ Lasarum accersi iuberet. Eas lrás dominus Premisliensis Regie Mti legit, cuius voluntati cum non visa sit a vocando illo abhorere, quoniam tamen omne educandi filij curam, in Reginalem Mtem reiecisse dicitur, ad illam ea de re retulit. Quam vehementer refragari, neqꝫ aliud velle q Siculum accepimus. interim autem cupere, aut a D. vra, aut a D. Doctore Andrea, aut a Doctore Palamede, filium subdoceri. Et nos nostro officio functi iam esse propemodum videmur. Si quam tamen viam et rationem inuenire potest D. vra, qua profici possit aliquid, eam nobiscum communicet. Nichil in nobis study et diligentie desyderari patiemur. Optamus vestram D. bene ac felicissime valere Dat in Bodzanczin die vltima Marcij. Anno domini M°. D°. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniæ.

Posteaq ex longa sua peregrinatione, incolumis in patriam reuersus est Magnificus D. Castellanus Crac, nichil sibi prius faciend putauit, q vt eum locum, in quo vite lignum est voti et religionis causa viseret, qui cum ab arce mea Bodzanczin non procul abesset, tenere se non potuit, quin ad me quoqz pro sua humanitate deflecteret. Atqz vbi conuenimus, omnem sue peregrinationis rónem copiose michi exposuit: quantus ei honos habitus sit, q sit ab omnibus, precipue vero a Thurcarum Imperatore, et Imbrahim Bassa humaniter et prolixe acceptus pluribus verbis commemorauit, atqz omnia ea singulari benignitati et Clementie Sacræ Mtis vre in se accepta referebat. Cuius nisi commendatio quædā minime vulgaris accessisset, non solum omni honoris fructu caruisset, sed ne patrie quidem vnq compos factus fuisset. Itaqz hoc ipsum qd viuit, qd incolumis ad suos rediit, se Sacre Mti vre debere profitetur. Retulit etiam michi, que liberandi causa D. Palatini Siradien egerit, et quemadmod tota illa res transacta sit. Que ego omnia Sacre Mti vestre perscribere minime grauarer, nisi ex eodem ipso accepissem, p nepotem suum, ad Sacram Mtem vram mittere decreuerit: Daturus illi negocium, vt ea omnia copiose Sacræ Mti vestre referret. Quare visum est michi superuacaneum, si ego quoqz ijsdem de rebus ad Sacram Mtem vram scripsissem.

Istud etiam silentio preterundum non esse putaui: proficisci

ad Sacram Mtem vram Legatum Cesaris Thurcorum Kerdeÿ deploraturum de cede atqz iniuriis, quibus paucis ante annis Mercatores quidam Thurcici, a subditis Mtis vre affecti sunt, cum non solum bonis omnibus, sed vita etiam sunt crudeliter spoliati. Petiturus esse dicitur Imperatoris sui nomine, vt supplicium de illis quod meriti sunt, sumatur: qui tantam suam crudelitatem in miseris illis mercatoribus expromere non sunt veriti. Nunc cum ea res ad Induciarum que sunt inter Sacram Mtem vram et Cesarem Thurcarum violationem perti: nere videatur: Sacram Mtem vestram pro eo atqz officium meum postulat: magnopere queso, vt det operam, quoniam videt Cesarem Thurcarum magna esse fide et constancia in conseruandis induciis, ne ea in parte posteriores ferre videatur: omnemqz causam et occasionem praecidat, quae quo minus firmum sit et diuturnum foedus hoc inter Sacram Mtem vestram et illum ictum, impedimento esse possit. Ita futurum est, vt et Regni sui tranquillitati consulat, et apud hostes etiam Chri: stiani nominis olim iam adeptam constane laudem retineat et conseruet.

Quoniam vero ex eodem Do. Castellano Cracouiensi sum edoctus, hunc ipsum Kerdeÿ Thurcarum Imperatoris Legatum magna esse fide erga Sacram Mtem vram, libenter illi quocies occasio sese offert aliqua in principis sui Aula inser: uire. Queso Mtem vram, vt qua solita est clemena et hu: manitate ceteros Thurcarum Cesaris Oratores excipere, eadem, et si fieri posset maiori hunc quoqz tractare dignetur qui nullam vnqm de Sacra Mte vra apud Principem suum benemerendi occasionem pretermittit. Dat Ex Arce Bodzan: tzin die prima Marcij. Anno domini Mo. Do. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Viceecancell
Ludouico Aliphio secretario Bone regine
Burgrauio Cracc.

De regis Sigismundi Iunioris institutione

Magce domine amice charme. Ex his que scripsit ad nos Do vra facile conijcere potuimus, q plura scriptura fuerit, si vel satis tutum id esse putasset, vel id verita non fuisset, ne si quid isthic non recte fieri accepissemus, tantam ea ex re molestiam traxissemus, vt quibus nos morborum tentacionibus prorsus liberatos Do. vra cuperet, ad eas per magna inde fieret accessio. Nos vero neqz tam molli sumus et fracto animo, vt si quid ad nos tristius perferatur, dolori statim succumbamus, neqz tam delicatis auribus, vt nichil nisi iucundum et suaue audire velimus. Adeo enim aures nostre occaluerunt: in tristissimis quibusqz rebus perpetuo audiendis, vt qui ex ea re percipi solet eius doloris sensum iam propemodum omnem amiserimus, atqz vtinam audiremus tantum ea, que sunt auditu acerba: et non ipsi sentiremus: non ipsi re ipsa, ita vt audimus, esse experiremur, mitius esset tamen id malum ferendum. Quare non est quod metuat D.o vra: ne quid peccasse videatur, si de ijs quidpiam ad nos scripserit, que nobis cognitu parum iucunda essent futura. Iam callum in ijs obduximus non audiendis solu verum etiam ferendis, multoqz hec mala facilius q quoduis cibi genus stomachus noster concoquit.

Regis nostri adolescentiam ita negligi: neqz tanto principe dignis artibus, tenerum et cereum plane illius ingenium excoli:

magno cum dolore accepimus. Itaqz ea nunc animum nostrum inprimis cura angit, vt de preceptore aliquo illi eiusmodi pro:spici possit, quem et reuereri, et fructus ex eo capere queat non penitendos. Vnus nobis hac prouincia dignissimus esse videtur. Lasarus Bonamicus, de cuius non solum erudicio:ne sed et virtute morumqz integritate admirabili, multa a multis ad nos sepe perferuntur, sed si eorum penes quos summa potestas est, a vocando illo voluntas abhorruerit, non videmus quid eá nobis sit ea de re consilij capiendum. Nos certe nichil non faciemus, nullum lapidem non mouebimus. vt virum tam laudatum ab omnibus Regi nostro adolescenti preceptorem adiungere possimus. Quoniam id non solum ad vtili:tatem, verum etiam ad laudem et gloriam, cum Principum ipsorum tum Regni etiam eorum pertinere videmus sempiternam. Optamus feli^me valere vram D. Cui nos ex animo commenda:mus. Dat. in Arce nostra Bodzanczinensi Calend. Marcij Anno domini M°. D°. xxxv.

Petr. Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Georgio Radiuilo Castel. Vilnensi.

MAgnifice domine, et domine amice charissime et honorande. Mittens isthuc vilnam ad M^tem Regiam meum nunctium Committere nolui quin illi presentes ad Mag^ciam vestram darem lras, quibus illius bonam valetudinem viso et precor vt sit illi diuturna.

Mercenarij milites, qui ad stipendium istius Magni ducatus vo:cati sunt, a multis diebus Cracouiam concurrerunt, qui tam:

etsi

ad merendum hoc ere alacres et fortes pre se ferunt animos, queru:
tur tamen hoc nomine multum, quòd illis peccunia hactenus non
sit numerata, quam diutius expectantes sumptus non necessarios
Crac. fecerunt.
Parat se etiam et accingit ad hanc bellicam expedicionem Ill. D.
Joannes Comes in Tarnow, arctissimo sanguinis et amicicie vin:
culo michi conuinctus, quem qd Magcia vestra cum ceteris domi:
nis istius Ducatus consiliariis ad munus hoc gubernandi exerci:
tus vocare dignata sit, Magnas illi hanc ob rem ago et habeo
gras, et mereri eam illius erga i. erga Do. Tarnowski amicos et consanguineos meos
propensionem, semper curabo. Nam nichil quidq dubito eius
Magnificentiam expectationi et muneri sibi imposito satis
omnino facturam.
D. Laski Palatinus Siradiensis iam est factus liber a captiui:
tate et ab omni nexu famulicij Regis Ioannis, Ad subiectio:
nem tamen ratione bonorum que in Hungaria habet, debet
esse obligatus.
Orator Thurcarum Imperatoris, vadit isthuc ad Regiam Mtem
in negociis quibusdam missus, Cui vt honor debitus et hu:
manitas exhibeatur, Magcia vra cum Magnifico domino
Palatino Vilnensi et ceteris dominis, efficere velit. Est enim
hoc et Regno et isti magno Ducatui necessarium, vt Impera:
tor Thurcarum si non alio saltem humanitatis et beneuolentie
officiis placetur et deuinciatur.



Quod superest me amori et beneuolentie Magcie vestre comen:
do. quam Christus dominus sanam et felicem in multa tempora
seruare dignetur. Dat

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell.
Marco a Turri Veneto Prouinciali Et
Commissario fratrum Franciscanorum.

Rde et religiose pater, frater in Christo charissime. Rediens isthinc Iacobus Paczinski scriba et seruitor noster, et verbis P. vre nos salutauit, et illius lras nobis reddidit, ex quibus qp P. vre et lras et salutacionem quam illi nunctiaueramus gratam esse perspeximus, non mediocriter fuimus consolati officia enim quę in amicos conferuntur, tanto fiunt illustriora, quanto magis apud gratos collocantur.

De domuncula post mortem domini Malechowski vacante, magnas agimus P. vre gras, quod illam nobis prae ceteris eam ambientibus fauerit libentius. At quod post multam ratiocinationem et de precio et de censu domus prædictę ex vtilitate conuentus indigentis constituendo. P. vra ad arbitrium nostrum retulerit, vt quod ipsi ęquum et honestum censeremus, Conuentui dandum pendendumue decerneremus. Nos id diligentius nobiscum perpendentes primum in animo statuimus, vt P. vra cum fratribus suis domum hanc Iacobo Sladkowski Wladario nostro Crac. ad vitam concedat et inscribat. Nam nos sorore ammissa, neminem habemus preter Wladarium predictum, cui mansionem curiæ nostre adeo propinquam magis necessariam fore putaremus. Wladarius autem noster pro fabrica Ecclesiæ vel Conuentus illius daturus est XX. Marcas pecuniarum.
Quod vero ad censum attinet, cum in presens neq augere,

neq; minuere nobis visum est dignum. Nam vt non minuatur, egestas fratrum vestrorum suadere hoc videtur, ne deniq; augeatur. Wladarii nostri rationes id videntur postulare, qui cum sit rerum et negociorum Epalium generalis procurator, non parum de existimatione sua detractum sibi putaret, si plus aliquid census soluere deberet quam hactenus ab aliis solutum esse constat, maxime cum et ipsius domus edificia, a predecessoris nostri et nostro Wladario peccunia Episcopi sunt instaurata ab hoc qui in officiis Episcopi existit, maiorem vtilitatem, quam a quouis alio conuentum nunc et in futuram percipere posse nemo est qui ambigat.

Cum autem nos nichil dubitemus P. vram ad hanc nostram deliberationem consensu suo accessuram, presertim cum nichil nisi quod equum est nos statuimus et optamus, ab illa plurimu rogamus, vt fratribus suis conuentus Crac. per hunc nostrum nunctium scribat, quo illi possessionem domus prædicte Vladario nro Crac. dent atq; assignent, et donationem ad vitam Priuilegio dato confirment, faciet in hoc nobis P. vra rem gratam et quam illi vicissim et Conuentui Crac. beneficentia et gratificatione nra referre semper curabimus. Vladarius vero noster suis officiis promerebitur.

Quod vero durius id accepisse videtur P. vra, quod in nostris ad illam lris scripseramus, si præcisum id nobis fuisset, quod postulabamus fore vt nos quoq; in beneficiis in eos conferendis, quos parum gratos parumq; memores esse intelligeremus, minus demceps prolixi fieremus et liberales. Sciat velim P. vra in aliam id a nobis partem dictum esse, q P. vra interpretatur. Nam nos minime fugiebat gratuitas eleemosinas esse debere: sed cum sciremus magis earum ceteros fratres vestros indigere, q ipsam P. vram: et metueremus nonnichil, ne illi vt sunt homines parum ciuiles, voluntati P. vre aduersarentur: et quo minus voti nostri compotes efficeremur.

impedimento essent, eorum potissimum causa: id a nobis scri:
ptum est. Nam de vre P. in nos obseruantia et animi pro:
pensione nichil prorsus dubitabamus, sed vt ab illis quod
volebamus facilius obtineremus, hanc quoqz in litteris nostris
particulam esse putauimus inserendam. Habet iam P. vra
facti nostri rationem, atqz eam illi probatam fore confidimus,
bene valeat P. vra et sit semper felix. nosqz gratiæ Reginalis
Mtis frequenter commendet. ac in suis et fratrum suorum
oronibus habeat, commendet. Dat in Arce nostra Bodzan:
cinensi prima die Marcij. Anno domini M°. D°. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Marco a Turri Veneto. Comissario Franci:
Scanorum in prouincia Poloniæ.

Rde ac religiose pater. frater in Christo charissime. Ex
lris P. vre intelleximus, qp nobis quidem domum quam postu:
lauimus concedere sit parata. Vladario nostro non item, nobis
vero domus hæc necessaria non est, vt qui duas habemus satis
amplas et Magnificas, quæ et ex vsu, et ex dignitate nostra esse
possunt. Itaqz, quo primum tempore, eam nobis tradi a P. vra
petiimus, non eo id animo fecimus, vt ipsis nobis, sed vt alicui
ex seruitoribus nostris, migrandi in eam potestatem fieri
vellemus. Quod vero timet P. vra ne sibi aliquos inimicos
capiat, si in contractu Vladarij nostri nomen, et non nostru
in tabulas relatum fuerit, nos non videmus quid sit ea in
re periculi, neqz enim palam omnibus prædicare necesse est
cuius nomen in contractus tabulas sit relatum. Atqz vt
resisteret aliquis, facile tamen perspiciet, non seruitori nro

sed nobis id datum esse: quemadmodum rursus, si illi negetur.
nemo est tam stupidus, quin intelligat, non illi sed nobis negatum esse. nos repulsam passos, nos contemptos esse, non seruitorem nostrum: cum nos petamus, non seruitor noster.
Quare non habet Pr^tas vra causam ullam, cur promissum velit interuertere. Quod si vt semel facturam se recipit, Vladario nro vsum et habitationem domus illius P. vra concesserit, futurum est vt eam fratresque eius præstite nobis humanitatis huius minime pœniteat. Nam et nos, et Vladarius noster, omni beneficentia liberalitateque nra gratiam referre studebimus. Sin aliter facere P. vra in animum suum induxerit atque vbi ad nos redierit, in eadem sententia perstiterit, nos facile patiemur illam arbitratu suo agere. Sed ij tamen sumus, qui vtramque inpartem memores esse solemus. Bene valeat vra Pr^tas. Dat in Arce nra Bodzancinen XXIIIJ Marcij Anno domini. M°. D°. XXXV.

Petr. Tomic. Eps Cracc. Regni Pol. vicecancell.
Alberto Gastoldo palatino Vilnensi Cancell^o
Magni Ducatus Lituanie.

Mag^ce domine, amice charissime et honorand. Quo gratius esse M. D. vre, cum ex lris illius, tum scriba etiam meo qui nuper isthinc reuersus est referente, intellexi, studium erga illam meum animique mei propensionem minime volgarem, hoc michi magis libet, omnibus quibus maximis possum humanitatis officiis Mag^cam D. vram prosequi, et planius indies, quanta in eam voluntatis inclinatione propendeam. Et eam omni meo officio, magis atque magis demereri michi cupiam. Quare ne nunc quidem, qui

meus est erga Magcam D. vram amor incredibilis. tenere me potui, quin aliquid ad illam scriberem. Nefas enim esse putaui, seruitorem meum vacuum meis ad Magcam D. vram literis isthuc dimittere.

Magnum ex eo accepisse dolorem. Magcam D. vram quod per tot menses tam grauit, vario morborum genere, conflictatus sum. vt pertennis vite longioris spes subesset, tanto credo libentius quanto michi magis est, perspecta et explorata egregia voluntas in me Magtis D. vre, amorqz singularis. Sed est quod animo sit hilariore. Iam cum Deo sit gratia meliuscule valeo, etsi supersunt adhuc quædam morborum reliquie. Zephiris tamen et hyrundine prima, depulsas iri omnes, spes est in Christo Iesu: in cuius manu omnium est morborum curatio.

Ego quoqz valde fui perturbatus, cum allatum ad nos esset, Moschos magno cum exercitu in fines vestros irrupisse, agros omnium eorum populationibus infestos fuisse, cladem eos magnam magno Ducatui Lithuaniæ attulisse. Qui rumores vtinam falsi apud nos dissipati fuissent, non mediocrem ex eo consolationem caperem si non tantam esse in re, quantus hic fuit sermo cognoscerem.

Apud nos habetur nunc delectus militum, atqz omnia ea magno studio et conatu apparantur: quecunqz ad suppetias Magnoducatui ferendas pertinere videntur.

Dominus Palatinus Russiæ qui est quidem mecum maximis vinculis et propinquitatis et affinitatis coniunctus, sed ita magnis amoris, vt ille necessitudinis cause leues esse videantur, is quoqz suam isthuc profectionem adornat, atqz initio quidem abhorrebat voluntas eius, ab ista prouincia suscipienda, simulatqz vero certior est factus, quanta essent isthic ei absenti studia, tributa, cum ab aliis Magniducatus Senatoribus, et Consiliariis tum precipue a Magtia D. vra, que principem

inter eos locum obtinet, cum intellexisset, quanto omnium ordinum
desiderio expeteretur, noluit tante omnium voluntati deesse,
licet paruam sui meritorumqz suorum rationem haberi, neqz eos
quos tanti labores merentur, sibi fructus tribui quereretur.
fecit tamen non inuitus Accedente etiam ad id cohortatione mea,
vt vestro tanto studio obtemperaret. Eum, quo plura michi cum
eo amoris et amiciciæ vincula intercedunt, Hoc Dni vrc Magtæ
diligentius magisqz ex animo commendo. Habebit enim alterum
se cum quo, haud aliter q ipsa secum omnia sua consilia possit
communicare. Quæ si coniuncta inter vras M. D. fuerint
bona spes tenet animum meum, fore vt vestra consilia perma:
gnam Magnoducatui sint vtilitatem allatura. Deum precor
vt vestra cepta secundet, et ad exitum quoqz felicem perducat.
Valeat et sit etc. Dat in Arce nostra Bodzancinen prima
Marcij. Anno domini M°. D°. XXXV.

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancell.
Jacobo Stasskowski Canco Craccouien.

Venlis domine frater in Christo charissime. Non possumus non
grauiter et iniquo animo ferre, tantam vobis ab ista muliere
fieri iniuriam, que non solum Ius vobis vestrum detrahit, sed
passim etiam nomen vestrum cum in Comiciis, tum apud ~~Artem~~
Regiam traducit, neqz eo contenta, minas etiam iactat, peri:
cula intendit, formidines opponit, Sed magno tamen vos for:
tiqz animo esse oportet, atqz hec muliebria terriculamenta
contemnere, et pro nichilo ducere, Quod vero metuere vide:
mini, ne quid mulieris calumniæ de vestra existimatione
imminuant, vos qui in lris fere vitam agitis non ignorare

scimus, id quo a prudentissimis viris scriptum est, nihil esse sapienti viro præstandum preter culpam. a qua cum procul absitis quid est q cuiusq calumnias pertimescatis: cum presertim notior sit omnibus integritas vestra, pacisq ac tranquillitatis amor: quàm vt ex delatione cuiusq, facile quisq aliam de vobis opionem animo imbibat, nos iusticie vestre pro eo ac debemus, nunq deesse volumus. Quare et nunc ad dominum Castellanum Cracouiensem scripsimus, magnoq studio ab eo contendimus, vt authoritate sua interposita frangat mulieris istam pertinaciam, eiq persuadeat, amice potius vobiscum vt transigat, q cum, duobus iudiciis iam sit confossa, certum in periculum et discrimen causam suam deduci patiatur, et Dno Premisliensi scribemus, vt primum certi nobis hominis potestas fuerit, vt vestri illic propugnationem suscipiat, ita futurum est vt neq corporis neq existimationis vobis deinceps periculum sit formidandum. Nusq enim vobis locorum deerint, qui nichil studij et laboris in defendendis vobis pretermittent. Cuius rei nos ita vt officij nostri est, principatum appetemus. Bene valete.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Poloniæ.

Sacra Maiestas Regia et domine, domine clementissime. Post humilem perpetue seruitutis meę et orationum commendationem. Nudius tercius rediit a Sacra Mte vra Cubicularius meus, atq lras illius michi reddidit, quæ michi fuerunt multo iucundissimę. precipue in quo significabant

gratum id accidisse Sacre M^ti vestre, q pecuniam a Clero collatam, q primum id esse mandatum illius ex domino Thesaurario intellexeram, ipsi attribuendam curaui, nulla prorsus ei rei mora interposita. Quod autem significat Sacra M^tas vestra multo sibi futurum esse gratius. si in quos vsus ea pecunia fuerat coacta, in eos fuisset expensa lata: miraturq quid impediuerit, quo minus id olim iam factum sit. / More huius et cunctationis nostre due nobis cause fuerunt. Vna q nullus erat adhuc Regni exercituum Imperator designatus: in quem augendum hec fuit pecunia collocanda: Altera, q claram esse et testatam omnibus liberalitatem nram voluimus: quam ad rem multum pertinere putabamus. si ad felicem Sacrae M^tis vestre aduentum reiecta fuisset, vt sub oculis illius, sub aspectu Senatorum omnium, totiusq Nobilitatis. in Comiciis ea pecunia a nobis voluntariis collata, in eos quos statueramus vsus eroganda data fuisset. Sic fore persuasum nobis habuimus: vt animos Secularium nobis deuinceremus, efficeremusq, vt exercituum Imperator summo studio bona nostra et possessiones ab militum rapinis sarta tecta, quod aiunt, conseruanda curaret.

Mandatum Sacre Maiestatis vestre ad Petrum Daniel apud me retinui: Scripsimus enim nos qui hic sumus relicti a Sacra M^te vra Senatores illius et Consiliarii, ad Regem Ferdinandum lras, quibus ab eo contendimus, vt subditi sui Scheredi Caspari tantam audaciam comprimeret et refrenaret neue permitteret, vt sacre M^tis vestre subditos ille vexaret fortunis suis euerteret, et quod iniquissimum est, alieno in foro causam dicere cogeret. Speramus aliquid hiis lris nobis profici. Itaq de eo nunq fuit michi dubium, quin ita moribus receptum, ita omnibus esset legibus constitutum, vt Actor forum rei sequeretur. Sed alia fui tum sequutus, cum hoc mandatum

a Sacra M^te V^ra impetratum vellem. Cupiebam cum fidem suam interposuissent D. Castellanus Cracouiensis, et Do. Pallatinus Russiæ, vt eam liberarent. Videbatur enim id ad officium eorum pertinere: vt promissa facerent. Deinde, quoniam neque id michi fuit obscurum, silere leges inter arma, visum est michi necessitati potius parendum, publiceque vtilitati consulendum, quam leges esse mordicus tuendas, in ijs presertim locis, vbi non ex iure manu consertum, sed vi geritur res, Postremo vt aliquid domino Petro Danieli periculi inde impenderet: si quid tamen in re iniqua potest esse equi, equissimum id esse videbatur, vt ad eum potius, qui malorum istorum author diceretur, aliquid incommodi perueniret: quam vt ij qui nullius plane culpæ essent affines, non solum de fortunis suis, verum etiam de vita in dubium vocarentur. Nunc autem ex domino Palatino Russię factus sum certior, factam esse a domino Caczeanex Imperatore exercitus Regis Ferdinandi potestatem Petro Daniel fide publica, eundi Bartpham et redeundi, quos vellet Iudices ferendi, ita vt extra omnem, quod aiunt, teli iactum futurus esse videatur: suoque illuc aduentu effecturus, vt nichil postea subditis Sacre M^tis vestre illic periculi sit pertimescendum. Dominum deum igitur oro, et orare cum Clero meo non desistam, vt Sacram M^tem V^ram incolumem et felicem in longa tempora conseruare dignetur. Cuius gratiæ me iterum atque iterum suppliciter commendo. Dat.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Nicolao Tassiczki iudici: Ioanni Mazik
Subiudici: ceterisque officialib. iudicio terestri
Cracouiensi presidentibus.

Generosi domini, amici nostri charmi. Citatus est ad Iudicium vestrum terrestre Cracouien Venerabilis dnus Thomas Rosznowski Canonicus et officialis noster in Spiritualibus Cracouien, per dominum Ioannem Kessling Consulem Cracouien. et Nobilem Ioannem Szukowski, prefectum bonorum Thanczinensium, pretextu quarundam iniuriarum: quibus se ab illo occasione sculteciae in villa ipsius Bronowice affectos esse asseuerant, Quia vero actio iniuriarum praefatarum ad Ius vestrum terrestre non pertinet. postulamus a vobis, vt vos de cognoscenda iudicandaque illa non intromittatis, neque contra praefatum Do. Thomam Rosznowski ad instanciam praedictorum aduersariorum eius, quidpiam decernatis, sed illum ad forum ipsius competens remittatis. Ne si secus feceritis Iuri comuni derogare videamini: quo mediante liberum est, cuique dnorum cum Aduocato seu sculteto suo Iusticiam ministrare, illumque cum inutilis est de Aduocatia sua redimere. seu redimendum consentire. Quo rem Iuri et aequitati consonam nobisque gratam facietis. Bene valete. Dat.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Petro Kmite a Visnicze Marsalco regni
Capitaneo Craccouien

Magce domine affinis et amice charme ac honoran. Dominus Thomas Rosznowski Canonicus et officialis noster in Spiritualibus Cracouien, citans scultetum ville sue Bronowice, prosequutus est et perduxit contra illum Ius legittimum vsque ad punctum Brachij Regalis, Quare rogo plurimum M. vestram, vt sentenciam pro parte ipsius dni Thome Rosznowski, contra scultetum eius præfatum latam ex officio suo Capitaneali Crac. exequatur. Quo, rem iustam nobisque gratam, et officio suo consonam faciet vestra Magcia. Quam bene et felr valere desidero, eiusque beneuolentie me ex animo commendo. Dat.

Petrus Thomiczki Eps Crac Vicecancell
Nicolao Sirakowski iudici Castri Craccouien

Generose domine, amice charissime. Gratissimum est nobis officium et beneuolentia vestra, quam dno Thome Rosznowski Canonico et officiali nostro Cracouiensi declarastis, in ipsius negocio quod illi ratione sculteciе ville sue Bronovice intercedit, volumusque hanc ipsam beneuolentiam, atque officium vestrum vobis omni studio et gratificatione nostra semper

refferre. Quamuis vero non desint qui referant Ius ab ipso
dño Rosznowski in hereditate ville suę Bronowice, non autē
in Arce Cracouiensi, contra Scultetum suum locare potius
debuisse. Vtcumque tamen sit, nos postulamus a vobis, vt
quemadmodum cœpistis illi ope et consilio vestro adesse veli:
tis. Quo rem gratissimam nobis facietis. Bene valete Dat.

Petrus Tomiczki Cps Cracouien
Benedicto Isdbienski Canco Crac

Venerabilis domine, fr in Christo charmme. Cittatus est ad Iu:
dicium terrestre Cracouien dominus Thomas Rosznowski
Cancus officialisque noster Cracouiensis. per dominum Ioannem
Kesling Consulem Cracouiensem, et Nobilem Ioannem Szukowski
præfectum bonorum Thanczin, qui illi magnas difficultates
inferunt, occasione sculteciæ ville ipsius Bronowice, quam ipse
D. Rosznowski vult redimere. et non modo inutilem, sed etiā
noxium scultetum a se et bonis suis abigere. Quare vos illi
ope et consilio vestro isthic adsitis, operamque vestram faciatis
vt præfati Ioannes Kesling et Ioannes Szukowski, cittacionibus
suis friuolis et iniquis quidpiam illi incommodare non possint.
Quamuis vero scripserimus ad dnos officiales Iudicio terrestri
Crac. præsidentes, vt ipsum dominum Thomam Rosznowski non
iudicarent, sed illum ad forum suum competens remitterent.
Si tamen illi non attentis lris nostris, Iudicare eum perrexerit,
vos instruatis qualiter causa ipsius Iure mediante deffendi
possit: eiusmodique consilia opportuna adhibeatis, quod nichil quod
incommodare illi posse videretur, contra eum decernatur.

Ceterum cum proficiscemini isthinc Cracouia ad Maiorem Poloniam, volumus vt huc ad nos descendatis et bene valete Dat.

Petrus Tomiczki Eps Vicecancell.
Doctori Borek Cantori Cracc.

Venerabilis domine, fr in Christo charissime. Ante octo dies suasu medici, aromaticas pilulas sumpsimus, quae in tantum cōmouerunt nobis flegmata et katharralem defluxum, vt etiā oris vlcerationem non modicam patiamur, ad quam quidē vlcerationem curandam, cum sit opus remedia adhibere tem: pestiua, mittimus hunc puerum nostrum isthuc ad vos, vt ea ipsa remedia secundum descriptionem domini Doctoris Rawa quam cum presentibus vobis mittimus, confici faciatis, prius tamen q̄ id feceritis, Doctori Antonino videndam hanc descriptionem praebeatis.

Miramur vehementer quid sibi D. Rosznowski in animum indu: cat, qui cum sciat negocium suum cum Szukowski per nos ad cognitionem Magnifici Dni Castellani Cracouiensis, et vram ac nonnullorum ex Prelatis et Canonicis Eccl(es)ie nostrae relatum, esse, nihilominus per omnia Iudiciorum subsellia non cesset contra ipsum Zukowski, et illius seruitores vel sodales Ius prosequi: et omnem conatum facere, vt quiduis in illum vindicte nodosis iuris inuolucris comparare possit. Ad hec cedulas quasdam excommunicationis ab officio suo prolate ad ignominiam ipsius Zukowski locis publicis et Val: uis Ecclesie passim affigi et applicari procurrat.

Quibus rebus exacerbatus et plane iam irritatus D. Castellanus Cracouiensis, denuo ad nos grauem contra D. Rosznowski scri:psit querimoniam. Ex qua nos non parum molestię ipsi concipimus, quippe qui hanc operam quam pro domini Rosznowski pacificatione apud D. Castell. Cracouien impendimus, non satis apud gratu hominem et frustra nos collocasse experiamur, precibus hoc obtinuimus, vt D. Castellanus rem transigi concordia assentiretur, prelatos et Canonicos deputauimus, qui eius rationibus et iusticię adessent, illi per lras et per D. Maczieiowski consilium quid sit pro bono suo facturus, nunctiauimus. Quibus ille parum permotus esse videtur, cum eorum quae nobis ad rem suam trans:igendam opportuna videbantur, nichil sit complexus.

Veremur autem nos ne haec illius animi incontinentia dominum Castellanum magis magisq commoueat, et a concordię tractatione quam receperat, ad Iuris seueritatem persequendam traducat. Nam vt ille est, Iuris terrestris nostri peritus, facile ~~per~~ dominu Rosznowski et pericia et authoritate quam in rebus Iudiciali:bus obtinet, vincere et in illo vindicari omnia poterit.

Quare postulamus a vobis vt cum Praelatis qui ad hoc sunt de:putati, ad D. Castell. accedatis et tentetis. An vestra opera et domini ipsius Castellani transigi et absolui hoc negocium possit, Dno autem Rosznowski et vestro et nostro nomine persuadeatis, vt si rebus suis consultum esse cupit, ab ijs inte:rim quae dominum Castell offendunt molestiis exercendis sibi temperet. Alioquin et nos illum vt maxime vellemus, nullo deinceps consilio adiuuare poterimus.

Scripsimus lras nostras, ad D. Brodericum Episcopum Quinque:ecclesien, quas in manus vestras mittimus, et postulamus a vobis, vt illas certum nacti nunctium Budam ad illum perferendas curetis: Scribit enim nobis multas se ad nos

dedisse l[itte]ras, quarum nullę hactenus sunt nobis reddite.

Opus habemus Trociscis ad faciendum odorem in habitaculis nostris, quare illorum aliquid et vnam scatulam dijacitonitonis nobis mittatis.

Cum donauerimus liberaliter domino Magieiorski Adamascum pro veste. vt munus nostrum sit integrum volumus. vt tres quoqz vlnas Adamasci, quas ille vltra præscriptum nostrum accepit. in regestrum nostrum inscribatis, et ad rationem peccuniæ nostrę computetis.

Quamuis non videatur vobis vt nos multis vinis anni præteriti quæ non satis bona esse feruntur, oneremus. volumus tamen vt pienianszek Woladarius noster sandecen[sis], mittat nobis pro vino Varadien[si] emendo et illud adduci faciat. Bene valete, et dominum deum pro nobis orate. Dat. In Arce ma Bodzanczinen[si] die xiij^a^ Marcij. Anno domini. M° D° XXXV.

Petrus Tomiczki Ep[iscopu]s Vicecancell[arius]
Stanislao Borek Doctori Cantori
Cracouiensi.

Venerabilis domine, fr[ate]r in Christo chari[ssi]me. Ad postulationem Mag[nifi]ci domini Castellani Crac[oviensis] miseramus non pridem Cubicularium nostrum ad M[aies]tatem Regiam in Lithwaniam, qui heri redijt, attulitqz l[itte]ras ab Illustri domino Prussiæ Duci ad ipsu[m] Dominum Castellanum Crac[oviensem] scriptas, quas mittimus ad vos cum p[rese]ntibus, postulamusqz a vobis vt eas illius D. reddi faciatis. Curetis etiam vt et alię quoqz litterę, hisce alligate quas simil[ite]r idem Cubicularius noster attulit ab Aula hijs ad

quos sunt scriptae et intitulate reddantur.

Nichil noui scribitur nobis ex Lithvania preter hoc quod omnibus nobis est cognitum, de ingenti damno dominio illi a Moscis illato, deque illorum post perpetratum hoc ipsum damnum saluos in Moschouiam discessu.

Sunt iam apud M^tem^ Regiam Oratores Illustris domini Ioachimi Marchionis Brandeburgen, mandataque exposuerunt. Petunt Ill^mam^ dominam Hedwigim filiam Regiam dari in matrimonium filio eiusdem domini Marchionis natu maiori, non dubitamusque nos quin hoc conubium dante domino Deo felicibus auspiciis conficietur.

Omnes domini Lithvani, cum magno animorum suorum feruore expectant aduentum illuc Mag^ci^ domini Io. de Tarnow Palatini Russiae. spemque optimam concipiunt, quod illius dexteritate, ac ductu et auspiciis de suo hoste Mosco triumphabunt, pro damnoque per illum illato, duplum sibi rependent. id quod faxit dominus Deus.

Mittatis nobis dyacitoniton et Sirupum pro mediis mensibus quem ordinabit Doctor Antoninus, mittatis preterea Cicer rubeum et Rosmarinum, nam Jusculo ciceris de consilio medici nonnunquam vtimur.

Per alium Nunctium nostrum mittemus vobis l(itte)ras, quibus Regina ~~ad~~ contra excusationem nostram nobis rescripsit, et ex quibus intelligetis, quo animo rationes nostras exceperit, perstat in priore sententia sua. nosque et Capitulum nostrum culpat, et accusat.

Catarrus noster molestat nos quidem adhuc, sensim tamen expurgatur per sputum oris. Feli^me^ valete et dominum Deum pro nobis orate. Dat etc.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Viccecancell.
Petro Conarski Custodi Cracc.

Venlis domine frater in Christo charissime. In quanta sitis rei numarie difficultate, quanto ere alieno premamini, quemadmodum instent vobis creditores vestri atqz vrgeant, ita ex vestris lris cognouimus, vt vicem vestram, pro nostra aliqua calamitate doleremus. Eo enim sumus in vos animo, vt ex animi vestri sentencia cadere vobis omnia cupiamus. Neqz facturi essemus quidq libentius, q vt animi vestri desiderium expleremus, si saluis nostris rationibus id facere nobis liceret, sed hec, si vnq antea ita sunt hoc tempore perturbate, vt constitui et stabiliri non possint, quae nobis potissimum causa fuit, vt Vladario nostro Cracouiensi quo neminem habemus vel fide, vel industria atqz in eiusmodi rebus administrandis dexteritate maiore, non solum villarum, quae sunt circum Cracouiam administrationem sed etiam trium Arcium praefecturam mandauerimus, quod eius solius ingenio diligentiaqz prouisum iri, deinceps rationibus nostris melius speramus. Que quidem tres Arces cum ita se mutuo contingant, vt ab vnius administratione vix satis abstrahi commode possint, vos eam optatis, quae quasi media est inter duas, quam si vobis concederemus, considerate queso diligenter, quae nos inde incommoda sequerentur. Primum dificilior esset reliquarum duarum gubernatio, posteaq longiore ab inuicem interuallo disiuncte essent, Deinde Vladarij nostri voluntatem offenderemus, quem quasi ignominia quadam notasse videremur, qui longe proculdubio nunq sibi dari praefectura

istam maluisset, quàm semel datam eripi. Postremo parum grati et memores videri possemus, si cum fidem et industriam suam et probauerit nobis semper et magis indies atq; magis prebet Vladarius noster, quem auctum fortunis omnibus et honoribus a nobis oporteret, detractum ei et imminutum aliquid vellemus. Quamobrem vt maxime vellemus commodare vobis tamen saluis nostris rationibus hac in parte minime possumus. Consilio tamen nostro vobis non deerimus, quod vobis eiusmodi volumus impartiri vt si patruus ipse vester ipse nunc reuiuisceret, cuius nos egregie in nos voluntatis nunq̄ futuri sumus immemores, aliud vobis consilium daturus non esset, Nam quæ vos dicitis debita non vestra esse culpa contracta, fieri potest vt eius culpe pars aliqua penes alios resideat, sed quin vos multo maximam sustineatis, dificile vobis fuerit cuiq̄ persuadere. Habetis enim vectigalia satis ampla. quorum dimidia pars vobis cum vniuersa familia vestra sustentandis, satis esse queat, Vnum tantum vectigal deesse videtur. longe maximum omnium. Parsimonia, quod cui deest, ei si amplissima contingerent vectigalia, egebit tamen semper, miser erit semper, in ære alieno semper versabitur. Nisi sumptibus modū facere volueritis, si non vnius Arcis, sed omnium nostrarum Arciū et omnium bonorum non dicam administrationem, sed vsum etiam fructumq; vobis concesserimus, nunquam tamen ex ére exibitis alieno, nunq̄ ex inopia vestra ista emergetis. Quare eiusmodi viuendi rationem ineatis, vt dimidiam vectigalium partem, vestrum in vsum conuertatis. alteram dimidiam creditoribus, qua illis satis fiat reseruetis. quanquam nulla humana ratione rationibus nr̄is prouidere possumus, si deum nobis parum propicium habemus: si multis illius diuinam Mtem peccatis nostris ita offendimus, vt de placando tamen illo nobis, reconciliandoq;, nulla prorsus curam habeamus, Cadunt certe omnia teterrime hijs, qui Dei memoriam timoremq; abijciunt, neq; eum quem debet cultum ei tribuunt. Quare quod ingressi estis vite vestre

institutum mutate, ne cuiq sitis offendiculo cauete, concubinam ex ędibus vris exigite, rem diuinam pro eo atq officium vestrū postulat facite, atq omnibus modis diuinam voluntatem reconciliandam vobis curate. Omni vobis hac ratione confirmamus futurum breui si consilium hoc nostrum amplecti volueritis. vt non solum ęre alieno liberemini, sed magnus etiam ad eas quas nunc habetis fortunas. sit vobis cumulus accessurus, et apud Dominum Deum et apud homines in gratia exitis. Hęc est nostri consilij summa.

De trecentis aureis si nondū dn̄o Palatino Russiæ persoluti sunt, dabitur a nobis opera, vt primo quoq tempore vobis numerentur. Bene valete. Dat in Arce nostra Bodzancinen Anno domini M°. D°. XXXV.

Ferdinando Romanorū, Vngarie, Bohemie regi
Petrus Tomiczki Eps Crac. vicecancellarius
cum coeteris Consiliariis regni Poloniæ.

Sacra Maiestas Regia, domine et domine clementissime. Post humilem seruitutis nostre commendationem. Et antea D. Scherede̜ij Caspar, Sacræ Regię Mtis Domini nostri nunctium, contra ius gentium in vincula coniectum longo tempore detinuit: et proximis hisce diebus, cum se tantam suam temeritatem et audaciam impune tulisse videret, in quodam ciue et mercatore Cracouiensi idem designauit, causam adfert, quod a D. Petro Daniele Consule Cracouiensi deberi sibi dicat certam pecuniam, quam cum iure possit ab eo iudicioq repetere, ita tamen induxit in animum suū vi potius et armis quam iudicio experiri. Quemcunq itaq ex subditis Mtis Regiæ Domini nostri, nancisci potest, eum in carceres coniectum non prius dimittit, quam se pro Petro Daniele ei satisfactu:

rum promittat. Quae res quanta sit cum eorum iniuria, et Regię Mtis domini nostri contumelia coniuncta, facile S. Mtas vra pro sua prudentia intelligit. Et est quidem civis is opera Magnificoru Dni Andreę a Tancin, et dni Ioannis a Tarnowo comitum iam liberatus: sed ea lege et condicione, vt promitterent se daturos operam, vt Petrus Daniel, ad duodecimu Aprilis diem se Bart: phae in iudicio sisteret, ibi enim neqz vsq alibi, causam hanc Dni Scheredey Caspar disceptari volt: Quod nisi id ab eis effectum esset, tum vt ich Erasmus Carlowicz, qui vix dum e vinculis in quibus summam per iniuriam fuit insons detentus, est liberatus, redire ad eadem cogeretur: aut certam pecuniam numerare.

Nunc Magnifici Dni Comites simulatqz in patriam sunt reversi, egerunt cum D. Petro Daniele, vt aut dissolueret pecuniam, quam sibi ab eo deberi D. Scheredey Caspar affirmat: aut si id facere recusasset, Barthphae se apud Iudices huic causae cognoscendę desi: gnatos, nichil debere probaret Petrus Daniel, et teruncium se vnum debere negat: et cogi se non posse affirmat, alieno in foro iudicioqz causam vt dicat: cum ita legibus cautum sit, ita moribus receptum, vt Actor rei forum sequatur: visa est eius oratio aequa et iusta. interea tamen videmus Erasmum Carlowicz in magno esse discrimine, cui cum dno Scheredey Caspar nichil vnq rei fuit: cum ne de facie quidem notus ei fuisset. Quare S. Mtem vram summo studio rogamus, vt hanc subditi sui D. Scheredey Caspar tantam temeritatem et violentiam refrenare ac coërcere dignetur, atqz ei praecipere, vt ex iure potius manu consertum veniat, q vi rem gerere perseueret, Si quid sibi a D. Petro Daniele deberi affirmat, sunt Iura, sunt leges, sunt iudicia, quibus si quid debetur, petere et auferre licebit, si iudicibus Regiae Ciuitatis Cracouiensis rem committendam non putat: sumus nos a Sacra Regia Mte dno nostro constituti, qui Ius cuiqz suum tribuamus. Quod si nos quoqz reijcere velit, habet ipsam Sacram Regiam Mtem dominum nostrum, a qua si quid



habet Iuris et petere possit et obtinere. Ne eum S. M^te^ vra ita ferocire permittat: vt pro sua libidine, aut quem velit in carcerem suum compingat et detrudat: aut contra Ius, contra fas, contra omnem omnium gentium consuetudinem, alieno in foro Regiæ M^tis^ domini nostri subditos causam dicere compellat. Quod si Sacra M^tas^ vestra tantam hominis insolentiam compresse:rit, et virtute sua insticiaqꝫ Regia rem est dignissimam factura et multo arctioribus vinculis necessitudinem quę est inter Sacram M^tem^ vestram et Ser^mum^ Dnum nostrum colligatura. Dominus Deus seruet Sacram M^tem^ vestram quam diutissime incolumem et felicem. Cuius gratię nos rursus suppliciter commendamus. Dat Cracouiæ xiiij^a^ Marcij Anno domini M°. D°. XXXV.

Consiliarii Poloni Dno Regni vngarie

MAgnifice domine, Amice charissime. Agimus et habemus D. vrę magnas gratias, quòd cum a domino Scheredey Caspar summam per iniuriam Ciuis et mercator Cratouiensis Erasmus Carlovicz, insons in vincula coniectus esset: laboran:tibus eius causa Magnificis dno Andrea Comite a Thanczin Castellano Cracoviense, et dno Joanne Comite a Tharnow Palatino Russiæ, M. D. vra operam quoqꝫ suam studiumqꝫ eis nauauerit: atqꝫ vt liber ciuis ille dimitteretur authoritate sua effecerit, sed cum ad aures nostras peruenerit: ea lege Erasmum Carlowicz liberatum esse, vt se dominus Petrus Daniel a quo sibi certam pecuniam deberi D. Scheredey Caspar

contendit, Bartphe iudicio sistat, ad duodecimu Aprilis diem.
nisi id factum sit, tum ad eadem Erasmus Carlowitz vincula
redire cogatur. cui non modo nichil fuit aliquando cum dno
Scheredey negocij, sed ne de facie quidem nouit eum antea vng.
eam rem Petro Danieli significandam duximus, qui primum, ne
plumbeum quidem nummum se debere ei affirmat: Deinde cum habeat
iudices suos, cum nos Regios Senatores, Sacrae Mtis illius vicem
gerentes, cum ipsam Regiam Mtem Dnm nostrum, legibus autem
cautum sit, vt rei forum Actor sequatur: aequum esse negat, vt
alieno in foro, apud alienos iudices, sistere se compellatur.
Visus est nobis aequa dicere, sed interim de fortunis suis omnibus
in dubium venire videmus, innocentem Erasmum Carlowitz
quem satis dedisse accepimus, nisi loco et tempore a D. Schere:
dey praestitutis, Petrus Daniel praesto sit, se ad eadem vincula
rediturum. Quare Magcam D. vram rogamus, vt sicut paulo
ante pro sua virtute, liberandi ciuis innocentis author extitit,
ita nunc in eo diligenter elaboret, ne ea res misero homini
fraudem adferat, si Petrus Daniel vt se alieno in iudicio
sistat cogi non poterit. Qui nobis Do Scheredey multo videtur
aequiorem ferre condicionem. Nam si Ciuitatis ille Cracouiensis
iudices reijcit, paratum se esse dicit apud nos, paratum apud
Mtem Regiam Dominum nostrum, se nichil debere iudicio defen:
dere. vt autem alibi, quam in Sermi Regis nri ditione causam
dicat, id non solum ad iniuriam suam, verum etiam ad Sacrae
Mtis illius indignitatem pertinere affirmat, quasi nullos habeat Mtas
eius iudices, aut ipsa non possit ius cuique suum tribuere.
Etiam atque etiam. Magcam D. vram rogamus, ne hanc patiatur
Sermo Regi nostro ignominiam imponi, rem in Regno eius
cognosci et iudicari non posse, atque vt extrema cum primis con:
texat. vt liberauit Ciuem innocentem, ita liberum conseruare
velit. Erit hoc et aequitate Magce D. vre dignissimum, et
ad stabilienda vicinarum Regna amicitiam aptissimum. Quod reli:
quum est, optamus felicissime valere vram Magcam D. Dat etc.

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni de Tarnow Palatino Russie et
exercituum regni Polonie Duci generali.

Magnifice domine, frater et consanguinee charissime et honoran.
Valde michi rem gratam fecit M. D. vra, quod me, pro sua hu:
manitate, inuisere dignata est, sed multo factura est gratiorem,
si, votis quae Divae Mariae nuncupauit persolutis per bona mea
et possessiones redire Cracouiam voluerit, cum nichil sit M. D.
vestre futurum deuium. Quare vt id faciat, M. D. vram in
magni beneficij loco peto. Det hoc quaeso necessitudini quae inter
nos arctissima intercedit, vt quae magnis quidem propinquitatis
sed multo maioribus amoris est vinculis copulata, quod si illi
id dandu non putabit, det diuo Stanislao patrono nostro, quem
proculdubio sibi ea re plurimum demerebitur, si possessiones illius
non contemnet, et quas obiter quoque visat, non esse indignas
putauerit. Iam dedi negocium Vladario meo, atque illorum locorum
Capitaneo, vt curae ei esset, de rebus omnibus necessariis M. D.
vre suppeditandis. fortasse non pro dignitate M. D. vra excipie:
tur, sed certe voluntas grata non deerit. Quam vra M. D.
pro sua virtute humanitateque aspernari nunquam solet. Ita hoc
a Magca D. vra contendo, vt per possessiunculas meas Cra:
couiam iter faciat, vt magna me iniuria et contumelia
ab illa affectum sim indicaturus, si in hac mea petitione
repulsam tulero. Commendo me amori et beneuolentiae fine
vestre Magcie. Quam cum suis omnibus sanam semper et feli:
cissimam esse ex animo opto. Dat in Arce mea Bodzancinen etc.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Severino Boner Castell° Zarnoviensi.
Burgravio. Zuppario. mag procu[ri] Cracovien.

Generose domine, amice charissime. Vnus mensis nondum intercessit cum a M[te] Regia petiimus, ut nobis tantum salis dari iuberet, quantum in usum coquinae nostrae sufficere nobis posset. Nun M[tas] Regia, ea ipsa de re, has ad D. vram scripsit lras, quas illi ut primum eius rei facultas nobis obtigit, perferendas curavimus. Quantum dari iusserit, certum non habemus, sed D. vram rogamus ut nos primo quoq[ue] tempore certiores ea de re faciat. Quo possumus iis, quibus rerum isthic nostrarum curam commissimus, mandare, ut quod fuerit nobis Regia liberalitate concessum, id a D. vestra accipiant.

In solitudinibus hisce nichil novi audiuimus, quod cum D. vestra communicare possimus. Quin ab illa potius aliquid semper expectamus. Quare D. vram maiorem in modum petimus, si quid ad illam novi fuerit allatum, ut nos quoq[ue] participes facere pro suo erga nos amore ne pigretur, fecerit enim nobis rem multo gratissima.

Olim iam D. vra, et Cratem, et imagines ad Sacellum nostru in Eccl[es]ia Crac. Norembergae conficiendas nobis curat. Cupimus certiores ex illa fieri, numquid ei significatum sit, ad quod tempus ea nobis sint expectanda. Si nichil dum compertum de his habet, ut primum aliquid cognouerit, ad nos ut perscribat queso. et valeat feli[me] vestra D. cum suis omnibus, nosq[ue] habeat sibi charos et commendatos. Dat etc.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Carncowski Epo Cuiauien.

Rxme domine, frater et amice charissime et honorande.
Cum proficisceretur isthuc dominus Samuel Magieiowski, hoc ei dedi negocij, vt Rxmam D. vram nomine meo inuiseret, de valetudine illius percontaretur, de qua quod tam longo tempore nichil ad me certi fuit allatum, valde michi molestum accidebat. Angor enim animo, cum quo in statu sint res Rxme D. vre ignoro. Cui ego haud aliter quam michi ipsi, et valetudinem incolumem eamque diuturnam, et prospera ac foelicia optarim omnia. Quare Rxmam D. vram rogo, vt per eum ipsum D. Samuelem de omni valetudinis sue genere, me diligenter certiorem facere velit, Atque vtinam recte esse audirem, magnam ex eo et solidam voluptatem caperem. Nunc cum neutram in partem quicquam cognoscam, vt est amor omnis anxius et solicitus, non possum non metuere, ne quid secus sit, quam velimus. Quare hac me cura metuque, vt primo tempore liberet R. D. vra magnopere queso. Factura rem mutua nostra coniunctione dignissimam Cui me ex animo commendo et valere illam felicissime desidero. Dat. etc.

Petrus Tom. Eps. C. Vicecancell
Doctori Borek

VEnerabilis domine, frater in Christo charsme. Probatur nobis sententia vestra et Vladarii nostri Cracovien, vt videlicet nos ipsi pecuniis nostris Aduocatiam oppidi nostri Sijewior ad Castrum nostrum Sijewierien redimamus, quare tametsi non pau: ca iam bona pro Ecclia nostra ere nostro coemerimus, multa edificia magnis sumptibus extruxerimus, et plurima apparamenta ac Clenodia tum nostre Crac. tum aliis Ecclis donauerimus. quia tamen vos cum Vladario nostro multum commodi Castro nostro Siewierien redempta ea ipsa Aduocatia accessurum prospicitis, nos eam non grauatim redimemus scribimusque Vla: dario nostro vt summam pecuniarum in illa inscriptam Aduocatis nostro nomine det et soluat, Aduocatiamque ipsam in possessionem et administrationem suam accipiat.

Litteras fratrum Bernardinorum Conuentus Cracovien. super do: mum per dominum olim Gorski illis donatam, reperietis in testitu: dine isthic nostra in pulla, in qua eiusmodi est inscriptio, lre de anno 1.5.3.3./ et 1.5.3.4./ et que est sub fenestra propingua Valuę domus nostre, sunt omnes lre et Iura fratrum Bernar: dinorum in Sacco de tela reposite, eas lras vos inde accipiatis et magnifico domino Castellano Cracovien mittatis in Thancin si iam isthinc discessit.
Multas rokietas nostras laborauit nobis monialis Lathoschinska de Cenobio Sancti Andreę, quę cum sit bona laboratrix, vtrumque

in laborando tardiuscula, volumus vt illi vnam Rokietam nrã laborand committatis. Alteram vero filiæ domini Doctoris Nicolai, quæ etiam commendatur nobis quod est bona laboratrix et perita, feturque esse bona virgo et pauper. Hester vxor Doctoris Moisi scit bene incidere Rokietas, licet consuere ipsa eas non possit: quia caligant ei oculi. Si videbitur vobis vt ea mittatis cum tela ad Moniales prędictas. vt in earum pñtia in:cidat duas Rokietas, id permittimus iudicio et arbitrio vestro.

Nondum parati neque conuecti sunt huc lapides, iuxta voluntatem et (prescriptum Pauli muratoris, propter viæ maliciam, post festa tamen paschæ proxima conducentur, cumque conducti fuerint: nos pro familia Pauli Muratoris currum nostrũ isthuc Cracouiam mittemus.

Razkowski, Slupski et Colanowski reddiderunt integre res omnes per vos nobis missas. Optamus vos feli^me^ valere. pre:camurque vobis pascha hoc felix et faustum, vt id vna cum vniuersis amicis, et familia vestra letissimum peragatis. Dat. in Arce Bodzanczinen XXV^ta^ Marcij Anno dñi M^o^D^o^XXXV.

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Nicolao de Coscielec Palat^o^ Calissien.

Mag^ce^ domine, amice chari^me^ ac honoran. Non est incognitũ quod M^tas^ Regia distribuere iam dignata est. Officia quæ per mortem patrui vestre Mag^cie^ domini Palatini Posnanien vacarunt, excepto Palatinatu Posnanien. De quo tametsi

non dubitemus quod M^tas sua vestre Mag^cie deferre illum dignabitur, libenter tamen accomodabimus nos voto ac desiderio vestre Magcie, pro eoipsoque Palatinatu illi conferendo ad M^tem suam intercedemus. vtcumque quemadmodum alias Mag^cie vestre scripsimus, intercessiones nostre apud M^tem suam parum ponderis hoc tempore habeant.

Vidimus transumpta lrarum quas habet vestra Mag^cia super bona Regia Cowale in vim reemptionis per Ser^mu olim dominum Albertum Regem sibi in vim reemptionis vendita, comperimusque ex eis vestre Mag^cie Juspatronatus et putandi ad Ecclesiam Parrochialem, ac etiam ad præbendam in Oppido Cowale rite et legittime competere. quod ipsum R^mo quoque dno Wladislavien per lras nostras declarauimus, et nichil dubitamus quod D. illius R^ma viso eo ipso trasumpto lrarum, simulque attento eo quod nos censemus, vestre Mag^cie bonum Jus putandi ad prędictam Ecclesiam et prebendam in Cowale competere, eius Iuri non contrauenient, putatumque vestre Mag^cie ad Ecclesiam Parrochialem præfatam libere et pacifice obtinendum admittet sine vlla controuersia et difficultate. Valeat et sit felix vra Mag^cia nosque habere velit sibi commendatos. Dat.

Magnifice domine, amice et affinis charissimis et honoran.
Cum proficisceretur isthuc Nicolaus Bogusch seruitor meus, nolui committere, vt absque meis lris ad M. D^nem vram veniret. eique dedi in mandatis vt eam meo nomine viseret, Pascha hoc

felix illi faustumq, et rerum omnium prosperum successum precaretur. Haec enim M. D. vrę ex animo opto.
Quoniam vero in solitudinibus hisce, in quas me curande valetudinis mee causa contuli, plane sum rerum omnium nouarum expers, neq quid alibi agatur scire possum: magnopere queso M. D. vram vt communicare mecum ne grauetur, si quid ad eam noui allatu erit. Factura enim michi est rem gratissimam, et mutua nostra beneuolentia dignam. Commendo me fraterno amori et beneuolentiae M. D. vre, quam deus multos in annos sanam seruare dignetur atq incolumem cum suis omnibus. Dat.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni de Latalice Episcopo Posnanien
Nicolao de Coscielec Palat° Calissiensi.
Luce de Gorca Castellano Posnaniensi
Andree a gorca Castellano Calissiensi

Rxme in Christo pater ac Magci et Generosi domini, fres et amici charmi et honorand. Scripsit nobis dominus Castellanus Biechowien querens et grauans plurimum q Slesite, cum quibus est illi controuersia, forte detrectan vt secum audiantur, nectat proferantq causas, quominus haec ipsa differentia cognitioni subiciatur ac discutiatur, effecerintq vt bis iam dicta illis dies, fuerit prorogata, non sine damno et iactura ipsius domini Castellani Biechowien non mediocri, qui ad duos terminos profectionem faciens, amicosq secum educens, magnum impendium subire fuerit coactus. Quare cum causa ipsius posteriore dilatione ad diem Dominicum cantate proximum sit reiecta plurimum rogamus D. vras, vt illam vltra non prorogent quin pro eodem die dominico Cantate proximo cognitionem illius suscipere, sentenciamq suam iustam in ea pronunctiare velint.

facture in hoc D. vre rem se officioqz suo dignam, dno vero Castellano Biechowien apprime necessariam, michiqz gratissimam Commendo me fraterno amori ac beneuolentiae D. vrarum easqz bene et feliciter valere optamus. Dat in Arce Bodzanczinen die vltima Marcij. Anno domini M°. D°. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Nicolao de Rusocice Castell° Bechouien

Generose domine. amice chariss^me^. Molesto et dolenti animo ferimus qd causa quae vre D. cum Slesitis intercedit. illorum opera in longum trahatur et prorogetur, facile namqz perspicimus prororogationem illius bis iamfactam sine magno dispendio et iactura D. vre fieri non potuisse. scribimusqz ad dnos Commissarios per litem Regia ad Actum et cognitionem eiusdem cause deputatos, rogan illorum D. vt eam ipsam causam vlterius non protollant, quin pro die Dominico Cantate proximo, ad quem reiecta est, de illa cognoscat. quodqz iustum erit in ea decernant. Id quod eorum D. facturas non dubitamus.
Ceterum agimus et habemus magnas gratias vestre D. quod nos bona et salubri ceruisia reficit in hac nostra debili adhuc valetudine. Nam et nunc quoqz quattuor vasa eiusdem ceruisie nobis misit, referemus hoc officium et beneuolentiam vre D. erga nos omni studio et gratificatione nostra. Bene et feliciter valeat vra D. Dat in Bodzanczin die vltima Marcij. Anno domini M°. D°. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Petro Hispano: Præsbitero.

Honorabilis in Christo nobis dilecte. Venissemus libenter isthuc Cracouiam, et ad hos dies sacros pasche, et antea ad festa Natalis domini preterita, si per valetudinem nostram id nobis licuisset, nunc quia valetudinis nostre ea est condicio, vt immoremur aliquantisper hic in quiete et ocio, parendum necessitati putamus. Alijs temporibus quibus recte valuimus nunq committebamus quin celebrationibus dierum Sacrorum solenibus isthic in Eccl'ia nostra non interfuissemus. id quod deinceps quoq, si modo firma valetudine afficiemur, alacri animo faciemus, ad presens vero vti diximus, satius esse ducimus, vt hic subsistamus valetudiniq nostre subueniamus, que q imbecilla infirmaq equo et pacienti animo ferimus. scimus namq eam imbecillitatem illius permissione diuina. sine cuius nutu nichil fit in rebus humanis. nobis contigisse. Gratum autem est nobis cohortacionis tue officium. quo in l'ris eius ad nos datis vteris, q perspiciamus illud non nisi ex sincero tuo erga nos animo esse profectum. Bene vale dominumq deum assidue pro nobis ora. vt bone valetudinis compotes nos tand faciat. Dat in Arce nostra Bodzaneczinen Vltima Marcij. Anno domini M°. D°. XXX.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
~~Petr Tomic Eps Crac R. P. Vicecancell~~
Spitconi de Tarnow Castell° Radomien
& Regni Polonie Thesaurario.

Magce sincere nobis dilecte. Indicauit nobis Illr. dominus Dux Prussiæ lras quasdam ab exploratoribus suis, quibus ij significant validum exercitum a Cruciferis in Germania conscribi, designatosqz esse duces belli, qui mox per opportunitatem dicioñes ipsius domini Ducis Prussiæ nobis parentes et feudatarias graui bello vexent. et infestent, presertim hoc tempore dum nos bello cum Moschis geren: do occupatos esse vident, atqz hanc illis certam stare sentenciam. Atqz ibi tum etiam petiuit a nobis sedulo atqz diligenter, vt sibi et ditionibus nostris q celeberrime opem ferremus. Posse enim nunc longe minore negocio et impendio conatus eorum arceri vel reprimi quam demceps vbi nostra negligentia vires sumpserint, vti ferè principijs facilius obsistitur, q radicatis et inueteratis malis. Id quod nos quoqz multo ante preuidimus et faciendum censuimus, quod nuncijs nris ad proxime transacta Comitia Regni generalia, vt id in corona omnium referrent, et in consultacionem ponerent, in mandatis dedimus. Verum illic eius rei nichil effectum est, vt nichil certi dño duci Respondere aut polliceri possemus. Itaqz ille nobis contestatus est. et vniuersis regni ordinibus testatum esse volt. non sibi imputari debere, si quis forte aduersus casus (quod deus auertat) inciderit. Suas enim vires ad resistend tam potenti hosti non vsqz quaqz pares esse. Nos vero cum vniuer: so Regno debere ex pactis sibi et subditis suis, vti feudatarijs mature subuenire. Id nunc rogatu ipsius S. tue significamus:

simulqz hortamur et postulamus S. tuam vt nobis hac in re consilium suum communicet, vt sciamus, quid nobis faciendu sit, qua ve rone idem Dominus Dux nepos et feydatarius noster vnacum subditis suis defensandus. Fecerit S. tua ex fide et offi° suo nobis pergratu. Vilne prima Aprilis Anno doi M°. D°. XXXV. Regni nostri anno XXIX°.

Ad mandatum Sacræ
M^tis Regiæ proprium

Sigismundus primus Rex Polonie
Spitconi de Tarnow Castell° Radomien
et Regni Polonie Viccancell.

Magnifice sincere nobis dilecte. Benefactum est quod militibus mercenariis stipendio Lithuanico militaturis, moneta Regni nostri per S. tuam de Thesauro nostro erogata, et a Thesaurario huius Ducatus sine cunctatione unmerata sit. Nos deinde curabimus ea quæ ad eam expedicionem in posterum necessaria indicauerimus.
Quando ita visum est. Mag^co Palatino Russiæ, ne a suo vicegerente auxiliariæ copiæ scribantur. propter euitandum odiu quod inter se, et Magnificum Castellanum Calisien inde excitari possit, Nos quoqz non imprudenter factum censemus. Sed cogimur eam prouinciam scribendorum militum eidem Castellano delegare. quandoquidem nemo est hic in Aula nostra in presens, qui munus hoc sufficienter obire, sciret et posset,

Notarium vero qui istarum gentium subsidiariarum ronarios Libellos conscribat et teneat, eosqz in expedicionem sequatur

et aliquantas peccunias secum ferat, ex quibus damna passis sine perendinatione solvat. S. tua pro arbitrio et prudentia sua eliget et designabit, illumqz ita instituet, ne quid incuria vel negligentia sua in damnum publicum admittatur.

Indicem praefectorum, et Comitiuarum, quae adfutura estate in Podolia militaturae sunt, similiter et lras Mandati ad Centuriones, vt semper Comitiuis suis presentes adsint, ad S. tuam mittimus eiqz iniungimus, vt ita sicuti in Indice anulo nostro obsignato descriptum est, milites ipsos scribi faciat, et illis mandatum nostrum publicari mandet, aliaqz faciat, quae proficua nobis et Reipublicae Regni nostri censebit pro officio suo et gratia nostra. Vilne quarta Aprilis. Anno domini. M°. D°. XXXV. Regni nostri anno XXIX.

Ad Mandatum Regie
Maiestatis proprium.

De stipendio per integros decem florenos ad quemlibet equitem vsqz ad quinquaginta Mag.co Castellano Calisien soluen stat nobis sententia et probamus qd S. tua fecit.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
prefectis Cohortium exercitus

Vniversis et singulis, tam equestrium quam Pedestrium Comitiuarum præfectis et Rothmagistris, per nos ad presidia terrarum nostrarum Russiæ et Podoliæ, in hunc annum designatis et deputatis. Manifestum facimus per presentes. Quia fidedignorum relatione accepimus abusu quodam et perniciosa libertate inductum esse, quod Centuriones et Præfecti Comitiuarum, presertim quando, ad varia loca separatim nostro aut Capitanei Campestris iussu locantur, a Comitiuis suis abesse et se absentare soleant, non sine magno periculo Reipublicæ, atque cum detrimento subditorum nostrorum. Quare nos huic perverso ordini providere volentes Vobis omnibus supradictis severe mandamus ita habere volentes. Ne ullus Centurionum aut Rothmagistrorum a Comitiua sua abesse, aut ab illa, in quocumque loco posita fuerit, se absentare presumat vel audeat. Sed quilibet suæ Comitiuæ, in omni loco semper adsit, eosque quibus prefectus est bene regat, et in bono ordine constitutos in arte militari erudiat. Secus facere non ausuri sub gravi indignatione nostra et ammissione stipendij. Datum Vilnæ quarta Aprilis. Anno domini M°. D°. XXXV.

Nomina Præfectorum copiarum Militarium.

Nicolaus choraziez	250	Iskrziczki	300
Joannes Mieleczki	200	Polak	200
Mathias volodek	200		
Georgius lazlovieczki	200	Noskowski Artelarie præfectura contentus.	
Anctus Liganza	200		
Paulus vanglevski	100		
Baliczki	200.		
Troianowski	200.		
Czartkowski	120		
Goldacz	140		
Pyrzchlinski	200		
Gomolinski	100		
Seraphm Shass	120.		
Marcus Iaroczki	200.		
Cola Castell Halicien	70		

Petrus de Tomice Eps Cracc. Vicecancell
Andreas de Tanczin Castell° Cracconien

Magnifice domine, frater et amice char^me^ ac honoran.
Egi cum dn͡o Palatino Russiæ ita vt michi M. D. vra dederat in
mandatis, eumqz rogaui vt ex adultis filiabus Mag^a^ domini

Christofori a Schidlovie[c?] alteram nepoti M. D. v. collocaret. Qui se mirari respondit, quod hęc M. D. v. postulanda ab eo putauerit, cum illam minime fugiat, ex eius relatione, Christinam a Ducis Caroli filio in matrimonium peti, atque ea de re Mtem Regiam, iam esse factam certiorem, probariq[ue] ab omnibus vt ei desponsetur. Annam vero iam inde a multis annis filio D. Georgij Radiwil Castellani Vilnen desponsatam esse, cui Nunctium ab ea remitti, non solum honestum non fore, sed magnum etiam odium dominorum Lithwanorum in nos, eam rem conflaturum, cum nobis omni ratione pugnandum sit, vt alamus et augeamus indies eam amicitiam quæ inter nos et illos est. Terciam vero quę natu minima est, non recusare se dicebat, quo minus Nepoti Magcie vre nuptum daretur, sed eam esse matris sententiam, ne prius sponsalia fierent, q[uam] illa plenis esset nubilis annis. Hoc a Magco dno Palatino responsum tuli. Q[uam]q[uam] vero sciebam plenius hæc Magtam D. vram ex ipso domino Palatino cogituram, qui breui Cracouiam est venturus, officij tamen mei esse putaui his de rebus ante Magcam D. vram certiorem facere, q[uam] esset cum eo conuentura. Ita enim et commodius agere cum dno Palatino poterit, re iam perspecta, et meam in mandatis M. D. v. exhauriendis diligentiam habebit exploratam. Valeat et sit semper felix ac incolumis M. D. vra

Petrus Tomiczki Eps Craccouien
Et Regni Polonie Vicecancellarius

Ioanni et Iacobo de Ostrorog fribus
germanis.

Generosi domini fratres et amici charmi. Tenuimus hactenus frem vestrum optime indolis puerum, circa nos Nepotesqz nostros, et bonis lris imbuendum eum curauimus. Teneremusqz eum adhuc diutius, si commodum et rationes vestre ita tulissent. Nunc cum reuocetis eum, et in Germaniam ad perdiscendam linguam Germanicam mittend destinaueritis. missum eum feci: mus a nobis cum bona gratia et benedictione nostra, hortamur autem vos vt in Vitembergam eum non mittatis: ne contaminetur Lutheranismo quo Ciuitas illa tota iam dud infecta est, sed mittere illum velitis potius Lipsiam vbi et multi viri sunt docti, et populus Catholicus valdeqz humanus Bene valete Dat in Bodzanczin die ija Aprilis Anno domi M° D° XXXV.

Tomicius Epus
Magistro Paulo Calligulae: nepotum
nostrorum Pedago:

Egregie in Christo nobis dilecte. Fratres pueri Ostrorog, quem isthic cum nepotibus nostris hactenus tenuimus. reuocant illum ad se in Germaniam ad perdiscend illic linguam eum missuri. Quare posteaq miserint isthuc pro eo, tu missum eum cum

bona venia nostra facias. Vale.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Mauricio Epo Varmien

Rme in Christo pater et domine frater et amice charme ac honorane. Accepi Rme D. vre lras, Dominica Inuocauit ex Heilsberg datas michi vero Cracouia allatas, et XXiiij die Marcij redditas. Quibus D. vra Rma primum agit michi gratias, q eam lris meis ex Kielce scriptis, viserim. Id quod ego lubens michi tum faciendum desumpsi, pro eo amore quo sum esseqz volo semper erga Rmam D. vram, cui et bonam ac inoffensam valetudinem, et quoqz prosperos successus ex animo faueo et opto.

Qd vero D. vra Rma in ipsis lris suis paruam spem esse sibi indicat de recuperanda aliquando pristina bona sua valetudine, reuera non est cur ad hunc modum animata esse debeat: quin ego sperandum illi potius, existimo, breui futurum esse, vt superatis tot tantisqz morborum incommodis, pristinæ bone valetudinis dante domino deo fiat compos, ob diuturnitatem namqz egritudinis qua afflictatur Rma D. vra, animum despondere non deberi, si quidem ea nunc sunt tempora, heeqz configurationes celestes, quibus varie et graues diuturneqz egritudines eueniunt, in hominibus, quæ tamen superantur passim ab omnibus, et neminem detrudunt in vite periculum, que res quoqz, et meam spem non parum erigit, qui vtcumqz continuis hisce nouem mensibus decumbens, variis morborum generibus vexatus multis recidiuis

perfunctus, per extrema saepe iactatus, necdum plene pristinae bone valetudinis numerum assequutus, spero tamen auxiliante domino Deo. fore. vt quidquid restat in me malorum humorum tandem consumetur et euanescet.

Qd Rma D. vra intercessit pro Seruitore meo Alberto kierski ad Capitulum suum, vt pro futuro triennio integros fructus Canonicatus et Preben sue capiat. qq Capitulum ipsum vtcuqz saluis legibus et constitucionibus suis facere id non esse sibi licitum, inuenerit. tamen modum a postulatione mea et seruitoris mei desiderio non discrepantem, est ea res michi magnopere grata, curaboqz illam et D. vre Rme, et ipsi eius Capitulo omni studio et facultate mea vicissim per omnem occasionem referre, Seruitor autem meus obsequiis suis promerebitur.

Noua hic ad presens nulla sunt, quae adhuc isthic possent esse incognita, credo namqz in oras quoqz istas de ingenti damno a Moscis illato in Lithwania esse iam perlatum, Dniqz Laski liberationem a Captiuitate Ioannis Regis nunctiatam/exotica autem noua quae hisce diebus scripta sunt michi ex Italia. Gallia, et Germania, mitto D. vre Rme, quam sanam ac felicem esse q diutissime desidero, eiusqz amori et beneuolentiae frne me ex animo commendo. Dat in Bodzanczm die vija Aprilis. Anno domini Mo. Do. XXXV.



Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Achatio Cemae Castello Gdanen Capito
Stumensi.

Generose domine, amice charissime. Accepimus lras vestras feria secunda, post Dominicam lætare ex Stum datas, nobis vero de Cracouia vigesimaquarta die Marcii huc allatas, et redditas, quibus nouam iniuriam a dno Costka vobis illatam, nempe ademptam vobis per illum Siluam seu nemus vestrum, quod cum prædecessoribus vestris pacifice semper possedistis, scribitis. Id quod nos reuera accidisse vobis ex animo dolemus. Hoc vero dolorem nostrum magis exaggerat, quod in hac vice et necessitate vestra ad presens opitulari vobis non possumus. propter absentiam Regiæ Mtis a Regno. Nescimus autem quodnam aliud consilium dare vobis, in putia debeamus, quam vt vt firmetis pacientiam vestram et expectetis reditum Mtis Regiæ ex Lithuania, quæ posteaquam Deo dante redibit, non deerit tum vobis iusticieque vestre auxilium et patrocinium nostrum, quemadmodum namque opitulati sumus, vobis, semper ita deinceps donec trahemus spiritum faciemus

Non miremini quod Reginalis Mtas asperas et minaces lras vobis scripserit, non solum namque vobis. sed et nobis quoque et multis aliis dominis Consiliariis Regni eiusmodi ab illa mittuntur lre, que tametsi valde moleste nobis esse soleant, ferimus tamen et feremus eas pacienti et ciuili animo vsque ad tem pub.
Tametsi non putemus euenturam esse nobis aliquando eiusmodi

necessitatem ad quam reprimendam contrahere copias debe:
remus, gratissima est tamen nobis liberalis et alacris exhibicio
vestra, quam de præstando nobis sedecim equitibus seruicio
fecistis. curabimusque hoc vestrum erga nos studium, omni facul:
tate et officio nostro vicissim referre, resque et negocia vestra
perinde atque nostra propria curæ semper habebimus.

Quid pariture sint res marine quæ tumultu bellico exagitantur.
non facile coniectura assequi quisque potest. Speramus tamen
quod dni Consiliarij terrarum istarum pro sua prudentia ad bellum
quod geritur in Dania, considerationis sue oculum diligenter
intendent, ex illiusque progressu Mti Regie consilia opportuna
suggerere curabunt, quibus declinari et arceri posset periculum
si quod terris istis Prussiæ inde cernetur imminere.

Nos nondum ad plenum restituti sumus pristine nostre valetu:
dini. Herent enim adhuc in corpore nostro reliquie morborum.
reliquie quibus cum satis longo tempore conflictati sumus.
Speramus tamen quod hoc vere dei benignitate et nature bonita:
te ac regimine vite debito, quicquid restat in me malorum
humorum, tandem consumetur et euanescet. Bene valete
et nos diligite. Dat ex Bodzangin die vja Aprilis
Anno domini M. D. XXXV.

Tomiczki Eps. Doctori Borek

Venerabilis domine, frater in Christo chariss^me. Rediit heri circa meridiem puer noster Colanowski, omniaqz attulit et reddidit que per eum misistis.
Venit etiam huc ad nos cum eodem Colanowski puero nostro Iarzamborowski, qui recens ex Vrbe Roma rediit attulitqz nobis lras a dno Doctore Rzeczicza scriptas, quarum exempla mittimus vobis cum ptibus, vt sciatis quid ille nobis scripserit.
Mittimus etiam vobis lras ad vos et ad alios isthic scriptas quæ in fasciculo vobis intitulate fuerant colligate.
Displicet autem nobis vehementer qd Doctor Rzeczicza non reddiderit lras lras Regias hactenus summo Pontifici, vultqz vt alias cum posteriori data illi mittamus. Videtur nobis non satis diligens esse in curandis nostris negocijs.

Valde nobis est molestum qz Pieniazek Wladarius noster Sandecensis negligens est in rebus et negocijs nostris, Scribimusqz nunc illi vt ocius mittat nobis pro vino Varadiensi in Hungaria Si namqz interim dum adhuc sunt frigora, hoc ipsum vinum nobis aduectum non fuerit, cum veniet tempus calidius vix adduci incorruptum nobis poterit, vos vero litteras ipsas, quas illi in ea re scribimus vobisqz mittimus, in Woschew mittatis prouideatisqz vt deinde ad illum posita omni mora perferantur.
Misit nobis dominus Castellanus Cracouien formulam seu exem-

cittationis scribende contra dominum Conarski occupantem domum, per dominum olim Corski fribus Bernardinis Conuentus Cracovien donatam quam vobis mittimus, postulamusq[ue] a vobis vt illam Dnis Vchanski et Luthomirski Thelonea: tori Crac videndam et perlegendam exhibeatis, admoneatisq[ue] eos vt eam ipsam cittacionem scribi et exequi faciant, anteq[uam] fatalia Iuris transeant, agantq[ue] et operam suam faciant, quo successores et propinqui dni olim Corski, domum a se violenter occupata dimittant, eiusq[ue] possessione cedant.

Mandamus capitaneo nostro Kielcen vt precipiat vectoribus Kielcen quo recipiant isthic et secum in Kielce adducant rotam [ad aquaducti canalia fundenda] quam fr Andreas de Sancta Catherina habet paratam. de qua vos cum eo forum conficiatis, eamq[ue] sibi soluatis.

Siq[ue] idem fr Andreas est iam paratus ad iter hoc et in Kielce faciendum, curate vt in eo curru quem isthuc mittimus, veniat, sin minus, nos mittemus pro eo quando erit paratus et expeditus

Quesiuimus nosipsi ex Iarzambkowski, qui ex vrbe Roma rediit, quidnam inde contra dominum plebanum in Konskie attulerit, qui respondit nobis se monitorium penale contra illum attulisse quod domino Cazanowski debet dare, id quod nos ipsi domino plebano per lras nostras huic significabimus, dominoq[ue] Doctori Rzecza scribemus, vt in Vrbe prouideat, ne iste bonus sacerdos et seruitor noster antiquus, quidpiam damni et periculi subeat.

Sacellano hospitalis noui Crac damus potestatem harum serie lrarum, vt possit languidos et egrotos in eodem hospitali decumbentes sexus vtriusq[ue] confessiones audire, et eos etiam in casibus sedi nostre Epali reseruatis, absoluere.

Tametsi scribamus nunc Ioanni Vilamowski, vt se ad iter Romanum cito accingat, presertim q[uod] ex lris a Doctore

Rzeczicza sibi scriptis, quas ei etiam mittimus, cognoscere poterit quidnam agatur Romæ in suo negocio, vos tamen eum quoque ad hoc ipsum faciendum vrgeatis. Dluski namque noster quem missuri sumus vnacum eo vsque Venecias, et qui heri profectus est isthuc Cracouiam, breui sese ad iter accinget, eritque paratus.

Scripsit nunc nobis dominus Doctor Adam ex Patauio Bona: uenturam Swidwa nepotem nostrum ex scabie quadam non bona egrotare. Habere tamen medicum et Cirurgicum bene peritos, subesseque bonam spem quod in aliquod Septimanis ab hoc morbo releuabitur. Scripsit etiam nobis idem Doctor Adam se ad expensas et necessaria ipsius Swidwe triginta Ducatos mutuatum esse. Ipsum vero Swidwa se inscio debitum aureorum plus minus octoginta contraxisse.

Mittatis nobis distillatum Caponis. Citros confectos, quos habuimus a Reginali Maiestate, nam donare illos volumus, Domine Castellane Sandomirien egrote, coniugi relicte domini olim Nicolai de Schidlowiecz Thesaurarii Regni que illos multum appetit. Item Cicoream confectam, Semen Anisii, quo et in Cibariis et in Sirupis vtimur, Vinum ad vsum mense nostre comunem etiam nobis mittatis, quod vinum in vase integro cum fece prout antea vobis scripsimus adducendum nobis curetis, preterea faciatis fieri nobis de Axamento nigro Miczkam, instar huius quam mittimus eamque ~~meis~~ nouis pellibus fulciri faciatis, admoneatis autem Sartorem nostrum, vt non strictiorem Miczkam faciat quam sit ea quam nunc ad vos mittimus.

Flabellum vnum quorum non pauca sunt in Thesauro nostro nobis mittatis. Et bene ac felic valeatis Dat In Bodzanczin die vi Aprilis. Anno domini M° D°. XXXV.

Tomicius Eps Viceecancell.
Ioanni Vilamowski Canonico
Notario suo.

Vilamowski. Mittimus tibi lras a dno Doctore Rzeczicza ad te scriptas, ex quibus forte cognoscere poteris quid agatur Romae in tuo negocio.
Non reddidit ipse Doctor Rzeczicza lras illas Regias in negocio nostro et Ecclie nostre summo Pontifici scriptas, et per dominos Vithinie et Gandkowski missas, q de data nimis recenti post coronationem Sanctitis sue esse sibi videbantur, scribitqz nobis vt alias de posteriori data litteras illi mitteremus. Nos miramur certe et sine stomacho ferre non possumus, q ipse tantopere delectum facit in litteris, neqz perpendit quantum et impensae et temporis insumi in eas opporteat, absente nunc Mte Regia a Regno. Vtcumqz vero sit, nos alias lras mittere illi curabimus. Tu vero ad iter Romanum ocius te adornes, quo negocio tuo opportune succuras. Mittemus etiam tecum Dluski nostrū cum equo in quo redire debet Swidwa Nepos noster ex Italia quem vt scis reuocare inde ad nos destinauimus. Bene vale. Ex Bodzanczin die vija Aprilis. Anno domini Mo. Do. XXXv.

Tomicius Eps Vicecancell
Andree Przedslawski Notario.

Przeczlawski. Accepimus lras tuas quarta Marcii Padwe datas, quibus scribis Nepotem nostrum Bonauenturam Swidwa periculosa egritudine esse correptum, id quod ex corde dolelemus. Gratum vero est nobis q et quatuordecim aureos illi ad ipsius necessaria reliqueris, Et apud dominum Lasarum Bonamicum ita disposueris, q non sustinebit quidq egestatis et penuriae, quoad sibi pecunia necessaria missa et allata a nobis fuerit. Cuius nos nunc per Vilamowski tantum illi mittimus, quantum Et ad soluenda debita quae contraxerit, et ad comparanda illi interea dum adhuc Padwe morabitur necessaria sufficiat. Tu cum ex vrbe Roma redibis si Padvam veniens egrotum eum adhuc inueneris nolumus vt eum loco moueas, tecumq ad nos accipias. non enim esset tutum illi nondum plene curato locum mutare et se tam longo itineri committere, posteaq vero recte conualuerit ab egritudine sua, nos proprium Seruitorem nostrum qui illum ad nos adducat, pro eo Padwam vsq mittemus vna cum equo quo ad nos aduehetur.

Non bene fecisti q lras illas Regias quas dederamus tibi in vrbem tecum non receperis, sed eas, nescimus quamobrem nobis Cracouia remiseris. Neq intelligere possumus, quonam pacto tu absq eis ipsis litteris negocia nostra Ecclieq nostrae curare Et conficere ex animi nostri sententia isthic poteris. quandoqh Doctor Rzeczicza illas quas prius ad illum per duos withimie

et Crandkowski misimus non reddidit, q sibi de data post electiom noui Pontificis nimis recenti esse videbantur. Quare mittimus nunc per V. lamowski eas ipsas lras quas per te missas voluimus et quas si tu tecum tulisses res et negocia nostra Ecclesiæque nostre forte non tam remorarentur, q proculdubio iam remorabuntur. Hee autem lre quas nunc mittimus sunt vnius tenoris cum prioribus, nisi quod data in eis est de mense Ianuario. Suntque omnes manu Mtis Regie subscriptæ.

Excusamus Sanctmo Dno nostro per lras nostras moram que in perferendis Romam hÿsdem litteris interuenit, prout hoc intelliges ex lrarum nostrarum ad Sanctem suam scriptarum exemplo, quod domino Doctori Rzeczicza mittimus.

Petrus Eps Cracc. Vicecancell
Nicolao de Nisczice Castel. Sieprcen

Generose domine, amice charissime. Aduerso quodam nostro fato euenit, vt quo tempore bonorum equorum maxime indigemus, eo, et ipsi ex eorum penuria grauissime laboremus: et in vicinis nobis locis, quales nos optamus, difficulter reperire possimus: cum tamen nulli sumptui pecuniæque parcamus. vt qui eis quibus sumus multis eorum in nos officiis deuinctissimi Romane vrbis Prælatis, pignus nostri in eos amoris et beneuolentiæ mittere eos muneris loco decreuerimus. Quare cum et vestrum in nos studium minime nobis sit obscurum, et esse penes D. vram facultatem sciamus: hac in re nobis gratificandi: magnopere petimus, vt nos voti nostri et desÿderii compotes faciat.

Quo possimus eiusmodi equos gradarios in Vrbem mittere: quorum nos, vbi amicis et fautoribus nostris oblati fuerint pudere non possit. Nam vulgarium apud nos quoqz copia est, sed nos egregios aliquos et eximios querimus. Quanticunqz eos D. vra æstimauerit, liberaliter id illi munerandum curavimus, tantoqz plus nos D. vestre, pro hac humanitate debere profitebimur, quanto meliorem equum per seruitorem hunc nostrum adductum nobis esse a D. vra intellexerimus.

Miramur D. vram non laborare, de Castellanatu Plocensi assequendo: nos litteras illius non expectassemus, quibus nostrud in ea re studium et diligentiam imploraretis: si quid profici nobis posse sperassemus. Sed cum intelligamus, eos qui sunt cum M^te Regia et alibi D. vre honori non perinde fauere: vel vt apertius dicamus grauiter aduersari: ita autem moribus esse comparatum, vt plus semper pntes q absentes gratia et authoritate valeant: supersedendum nobis ab eo petendo putauimus, quod obtineri vix posse persuasum habebamus, cum sciremus quos et quantos habituri essetis aduersarios: Tentandum tamen erat, et periculum a D. vra faciendum. Cui nostrum studium non defuisset, si quid loci precibus nostris futurum indicassemus.

Quoniam Seruitori huic nostro dedimus negocium, vt apud alios quoqz bonos gradarios conquireret: rogamus D. vram vt si opus habuerit famulo aliquo, cuius opera in perducendis ad nos equis vtatur, aliquem ex suis ei adiungat, cui nos pro opera et sumptu satisfacturi sumus libenter. Bene ac feliciter valeat D. vra. nosqz charos sibi habeat et comendatob. Dat. etc.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Nicolao Niszczizki Castellano Sieprcensi

Generose domine, amice charissime. Pro equo quem nobis D. vra dono misit. magnas et agimus et habemus illi gratias. Est eiusmodi plane, qualem cupiebamus, neqz potest in eo quicq desyderari. Quo magis itaqz voluntati nostre desyderioqz satisfacit vra D°. hoc maiore studio contendemus, vt maiore illi ea quae accepimus mensura reddere possimus, si quae nobis occasio eiusmodi se obtulerit. Quacumqz in re opera nostra D. vre gratificari poterimus, summum in ea studium nostrum et diligentiam a nemine vnq requiri patiemur. Fortunas vestras pro virili nostra adiuuare et prouehere semper curabimus, futuraqz nobis est ea res si vlla alia maxime curae. Scripseramus D. vre, nos certis de causis nichil ad Mtem Regiam scripsisse, vt Castellanatu Plocen qui hoc tempore vacabat D. vram ornatam vellet. Postea tamen q id vobis scripseramus, fecit amor noster erga vos et beneuolentia, vt tenere nos nulla ratione possemus, quin periculum faceremus, si quid preces nostrae honoris vri causa, apud Ram Mtem ponderis essent habiture. Quare supplicauimus Regie Mti vt ad D. vram. Castellanatum hunc Plocen deferret. Lrarum nostrarum exemplum hisce inclusum vobis mittimus. Sed vt ex vestris lris intelleximus, post festum venit nostra supplicatio. Speramus tamen fore, quanq ad hunc Castellanatu consequendum nichil adferre momenti potuit, cum alteri iam datus sit, ad alias tamen dignitates consequendas et obtinendas fore alicui vsui.

Non putamus fore vt D. Palatinus Plocen. Posnanien Palatinatu augeatur et honestetur, cum non desint alij multi de Regia Mte deq regno illius benemeriti, qui possint eum locum cum honore et dignitate Regia Regniq facile sustinere, Tamen quia multa nunc accidunt contra multorum opinionem probatur nobis hæc vra vrarum fortunarum augēdarum cura et diligentia. Imprimis autem id commendamus, q non solum lras verum et munera misistis. Quibus loquentibus omnes et litteræ tacebunt et oratioes ea est nunc temporum ratio.

Optamus equidem et precamur vobis vt voti vestri et desyderij compotes effici possitis, sed vt inicio scripsimus, adduci non possumus vt credamus, hoc tempore D. Palatinum Plocen altius ascensurum.

De tanta D. Palatini Lancicien in D. vram animi propensione plurimum vobis gratulamur, et si quid effici a nobis posse speraremus, libenter faceremus, vt Mti Regiæ quo D. palatino Lancicien cedendi vre Dni Palatinatu suo ptatem faceret supplicaremus, sed cum apud illam graues habeatis aduersarios qui et nostros et vestros conatus impedire summo studio nituntur, non putamus nos per lras obtinere quicq posse nisi coram a nobis res acta fuerit. Proinde tota nobis hæc res, in felicem Regiæ Mtis ad nos reditum reijcienda videtur.

Remittimus vobis litteras quæ scriptæ vobis fuerunt de Palatinatu Belsensi. Bene valeat Dº vra. Dat ex kielce vltima Aprilis. Anno domini Mº Dº XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell

Honorabilis domine frater in Christo dilecte. Sumus nunc solliciti de equis gradariis conquirendis. Missuri namque sumus eorum aliquot in Italiam nonnullis dnis Praelatis singularibus amicis nostris. Quia vero relatum est nobis esse apud vos bonum equu gradarium, quem a dno Plebano in Skarzischow emistis, postulamus a vobis, si est tam bonus q huic seruitori nostro placebit. mittere eum ad nos velitis. nos vero illum vobis cum gratitudine debita soluemus, hoc autem amplius studium et obseruanciam hanc vestram erga nos, beneuolentia nostra vobis referemus. Bene valete Dat.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Joanni Vilamowski Canco Gnesnensi

Vilamowski. Valde gratum est nobis, q dns Abbas clare tumbae alacri et liberali animo obtulerit donaturum se nobis equum tollutarium, qui melior inter equos suos reperiri et eligi poterit, curabimusque hoc tam propensum illius erga nos officium atque morisgerendi nobis studium, beneuolentia et gratificatione nostra semper referre. Quoniam autem tute non ignoras nos destinasse eum ipsum equum tollutarium magno

amico nostro Dn̄o Auditori Camere in Vrbem Romam
mittere. fac vt inter equos ipsius domini Abbatis eum eligas
qui tibi magis probabitur, Dominum etiam Abbatem roges nr̄o
nomine, vt ipse eum qui sit potior indicet, quo enim erit equus
melior, hoc maiorem illi vicissim gratiam pro eo reponemus.
Bene vale. Dat.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Iosto Lodouico Decio Consuli Craccouien.

Nobilis et famate domine, Amice charissime. Mittimus domino
Georgio Loxano equum, quem a nobis precario postulauit,
paruum quidem, sed quod de magnitudine demptum est, id
facile bonitas, pedumqz firmitas exæquat. Eum, ex voluntate
illius, vobis reddi iussimus. Atqz vt primo quoqz tempore ad
Dominum Loxanum perducendum eum curetis, magnopere
a vobis contendimus. Cupimus autem frenum isthic ei elegan-
tius fieri, cum æquum sit, bono equo, qualis hic esse multorū
iudicio existimatur, frenum quoqz imponi elegantius, vt ali-
quid inde ad eius commendationem ornamenti accedat.
Quicquid autem freni huius nomine expensum tuleritis,
id vobis deinde persoluendum curabimus. Eritqz hoc nobis
officium in nos vestrum gratissimum. Bene valete.

Petrus Tomiczki Eps Vicecancellar
Iacobo Cula Abbati in Czerwensko.

Rnde ac religiose pater, frater in christo charissime. Agimus P. vestre ingentes gratias pro eo equo quem nobis dono misit. qui multum nobis probatur, et vehementer arridet. Nos numeraturi P. vestre fuimus pro illo peccuniam, sed quando muneribus suis acceptum nos eum ferre maluit, non solum vtemur lubentes hac liberalitate P. vestre, verum etiam enitemur, vt quandocunque vsus tulerit, eam cum ~~fauore~~ foenore rependere possimus, et opera nostra, et re, si quando re opus esse intellexerimus, prompto atque alacri animo, gratificari P. vestre semper studebimus. Cuius nos fratrumque eius orationibus diligenter commendam atque eam quam diutissime recte valere cupimus. Dat.

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancell.
Petro kmite de vissnice Marsalco regni
Polonie et Capitº Craccouiensi etc

Magce domine, affinis et amice charissime ac honorandissime. Puto non esse incognitum vestre Magcie, dominum olim Corski qui fuit vicecapitaneus Castri Cracouiensis domum suam quam sub eodem Castro habuit, fratribus Bernardinis Conuentus Cracouien donasse et coram officio Castren Cracouien

inscripsisse. Quam quia soror et consanguinei illius occupant violenter, ipsi Bernardini vt pote qui non habent personam legitimam comparendi et standi, atqz agendi in iudicio, rationem omnem repetende et vendicande eiusdem domus, ab ipsis occupatoribus michi veluti Ecclesie Xpo suo detulerunt. Cum itaqz ego hys pauperibus fribus commodare volens, agere instituerim Iure Castren Cracouien, ad præfatos occupatores domus ab illa excludendos. rogo plurimum Magciam vestram velit esse vnacum suis officialibus Iudicia Castren Crac exercen huic causę piüs et fauorabilis, quo fratres predicti donationis sibi facte fructu consequantur, faciet namqz in hoc vestra Magcia rem valde piam et michi magnopere gratam, hos vero fraterculos ad orandum pro se iugiter Dominum Deum deuinctiores reddet. valeat et sit fælix vestra Magcia, meqz habeat sibi charum et commendatu. Dat ex Bodzanczin die vij Aprilis. Anno domini M°. D°. XXXV°

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell
Thome de Grodzisco Canco et officiali
Sandomirien.

Venerabilis domine, frater in Christo dilecte. Vicedecanus is, quem totum Capitulum vestrum ad munus hoc obeundum minime aptum iudicauit: cum per nos officio suo renunctiare iussus esset, quod ei satisfacere non posset: varias rationes et modos quesiuit: quibus contra nostram contraqz totius Capituli vestri voluntatem: in eo munere gerendo perseveraret. Nos, quo magis eum præfractum vidimus et obstinatum, hoc maiore constantia huic tam obfirmato illius animo, nobis esse repu:

guandum putauimus. Tandem vero pertinaciam hominis fregimus. Facturum se dixit, vt mansionariam acciperet domini Andreæ quem nos in locum ipsius suffecimus: sed vicarios passurus negabat, vt dominus Andreas cuius ea est mansionaria Vicedecanus fieret. Quam nos illorum importunitatem satis mirari non possumus. A vobis postulamus, quandoquidem adeo sunt rerum imperiti, vt eos doceatis, non penes Viccarios sed penes decanum eligendi Vicedecani esse potestatem.
Qui cum nostro rem arbitrio permiserit, atque cum id nos velle intellexisset, vobis et Vicedecanum instituendi, et mores Viccariorum corrigendi, quando ipse ab Ecclesia abest, facultatem dederit, vt ex litteris eius quas ad vos mittimus Vberius cognoscetis: date operam, vt absque vlla mora et cunctatione, eum quem volumus D. Andream Vicedecanum instituatis, et in corrigendis Viccariorum moribus, Decani officio fungamini. Rem nobis gratissimam facturi. Bene valete Ex Bodzanczin feria sexta ante Dominicam Iubilate Anno domini M° D° XXXV.

Tomiczki Eps Vicecancell
Nicolao Tassiczki Iudici terre
Crac

Generose domine, Amice charissime. Multum facessit negocij Canonicis Sancti Michaelis in Arce Cracouien D. Kempski cum quibus est ei de prato quædam controuersia: de qua cum in iudicio spirituali cognitum esset, et secundum Canonicos pronunctiatum, commutare ille iudicium conatus, coram vobis eis diem dixit, sperans se quod illic obtinere non potuit, in vestro iudicio facilius ablaturum. neque aliud ei est propositum quam vexare illos tempusque extrahere. Nunc nos nichil a vobis aliud postulamus, quam vt officij vestri et religionis memores.

ne patiamini Canonicis nostris aliquam a D. Kempski iniuriam inferri, et tantum frustra negociu exhiberi. Facturi rem et eo quo fungimini munere dignam, et omni vicissim beneuolentia nostra a nobis referendam. Valete. Dat ex Kielce die XXVJa Aprilis. Anno domini M° D° XXXV.

Tomicius. Eps. Vicecancell.
Stanislao Borek Cantori Crac

Venerabilis domine, frater in Christo charissime. Hesterno die Joannem Vilamowski absoluimus. vobis curae sit, vt ne qua profectioni eius per vos mora afferatur. neque enim ignoratis, quantum nostra intersit, vt Romam celeriter perueniat. Quare vt paratam habeat peccuniam date operam: et cetera, quae iuxta nobiscum scitis, mandata sine vlla cunctatione ei exponite. vt ea ex sententia nostra conficiat admonete. precipue vero, vt ornamenta nobis ibi parentur Ecclesiastica, eiusmodi, quemadmodum vobiscum vna cum hic essetis contulimus. Diligenter eum de rebus omnibus doceatis, ita tamen vt primo quoque tempore Cracouia possit discedere. Quo celerius abeundi potestas ei per vos facta erit, hoc a nobis gratiam estis inituri maiorem.
Scripsit nobis dominus Nipschicz, quod venturi sunt isthuc Cracouiam die Martis proximo Oratores Illmi domini Joachimi Marchionis Brandeburgen, qui missi sunt visum et salutatum Illmam Dnam Hedwigim filiam Mtis Regie, quibus adiunctus est Comes D. Nipschicz, comitabiturque illos vsque in Berlinum.

Iam conuecti sunt huc lapides, ceteraqz materia est parata.
Quare significetis nobis quando pro Paulo et eius familia currū
nostrum mittere debeamus. et similiter pro fratre Andrea heremi:
tano de Sancta katherina.
Queratis a Doctore Antonino, si ante vel post prandium rotulis
de calamento vti debeamus, et quot horis ante prandium. quot
post prandium, sumere illas magis conueniat. sententiamqz illius
postea nobis perscribatis. Bene valete. Dat in Arce Bodzantin
die xvij^a Aprilis. Anno domini M^o. D^o. XXXV.

Tomicius Eps. Vicecancellarius
Mgro Nicolao Jasker de Lwowek
Notario Ciuitatis Cracc.

Egregie et famate domine, amice noster dilecte. Meminimus
vos a nobis petere paulo anteq̄ curande valetudinis nostre causa
in hanc nos quietem recepissemus, vt cum laborem cepissetis, grauem
quidem illum, sed nostris hominibus imprimis vtilem futurum,
vertendi e Germana Lingua in Latinum Speculum Saxonum. et
alium quendam librum Weichpild, impetraremus a Regia M^te
diploma siue Priuilegium, quo sanciretur, ne quisq̄ alius imprimere
in Polonia, aut alibi impressos eosdem libros vendere auderet,
ne et oleum vobis et opera periisse videretur, nos huius peticionis
vestre memores, scripsimus ea de re ad M^tem Regiam, et quod
voluimus optatum tulimus non omnino ex sentencia nr̄a diploma
conscriptum est, sed si magnopere id necessarium videbitur, facile
sarciri poterit, quod Scribe incuria est omissum. vos interea hanc
nostram gratificandi voluntatem grato animo accipite, boniqz
consulite et bene valete. Dat.

Edictum regium: vt libros Juris Saxonici a Nicolao Jasker versos nemo imprimere ac vendere audeat: ad Decennium.

Sigismundus primus Rex Poloniæ

Vniuersis et singulis cuiuslibet conditionis, ordinis, et dignitatis, hominibus, subditis nostris. gratiam nostram Regiam. Nemimini obscurum est, q squalidum atqz spinosum et perplexum sit Ius Maijdeburgen. siue Saxonicum, in latinam Linguam tralatum, id quod vulgi manibus territur, ita vt Delio. quod dicitur natatore opus habeat. Vnde non parum incommodi atqz difficultatis passim in Jure dicendo. in Ciuitatibus Regni nostri. quæ plereqz omnes hoc Jure vtuntur, emergit. Id animaduertens Famatus Nicolaus de Luouek bonarum disciplinarum magister. Ciuis et Scriba ciuitatis Cracouien, cum eum laborem sibi vltro publicæ vtilitatis causa desumpsisset. vt id Jus denuo Latina lingua donaret, et in lucem ederet. Veritus ne sumptu, quem in eam rem faceret, pariter cum opera perderet. atqz alius quispiam ex ipsius incommodo suum commodum compararet. Petiuit a nobis etiam atqz etiam, vt sibi ea de re Priuilegio nostro caueremus. Nos itaqz perpenden hanc eius peticionem equitati consonam esse, q consentaneum sit eum qui de Republica bene mereri studeat. si nichil fructus ferat, certe nichil incommodi ex ea re capare. Edicimus et mandamus iterum atqz iterum, ne quis in Dominiis istos ipsos, libros ab eo versos. nempe Speculum Saxonicum. et alterum qui illi adiunctus est. vsqz ad decennium typis excudere aut alibi impressos vendere ausit. Sub pœna librorum ammissionis et Ducentarum Marcarum numeri et numismatis Polonici citra omnem

tergiuersationem persoluenda. Dat Vilnae Aprilib
Anno Domini M°. D°. XXXV.



Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni ex Ducibus Litua^e Epo Vilnensi.

Rme in Christo pater et domine, frater et amice charissime et honoran. Non me fugit Mtem Regiam si vnqz alias, hoc precipue tempore esse occupatissimam: variisqz curis et publicis actionibus maxime districtam: Sed cum et mea id Ecclesiaeqz mee negocia flagitare viderentur: et summo studio amici quidam mei idem a me contenderent: necessario michi fuit faciendum vt ad Mtem suam, quamlibet multis occupationibus distentam, Dominum Samuelem Maczieierofski mitterem, ei dedi in mandatis, vt vram quoqz Rmam D. viseret, eam verbis meis saluere iuberet: quantaqz in illam voluntatis inclinatione propenderem, planum ei faceret. Quae ille cum mea mandata exhaurire, atqz ea quae iussi Rme D. vestre exponere meo nomine voluerit, magnopere queso Rma D. vestram, vt et hilari eum vultu excipiat, et verbis eius aeque fidem habeat, ac si me ipsum dicentem audiret, et patrocinio suo apud Regiam Mtem ei ne desit: quo possit rebus ex sentencia confectis, primo quoqz tempore ad me reuerti. Factura est Rma Do. vra rem, et mutua nostra coniunctione dignam, et omnibus meis officiis vicissim ei compensandam. Dominus Deus seruet vestram Rmam D. in multos annos incolumem et felicem. Cui me ex animo commendo. Dat ex Bodzanczin die vltima Marcii. Anno domini M. D. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Alberto Gastoldo palatino Vilnensi et
Cancellario Magni ducatus Lituaniæ.

Mag^ce domine, amice charissime et honoran. Mirari satis non possum, quod Regia M^tas cum Senatoribus et Consiliariis Magni Ducatus Lithwaniæ, Domino Vlrico Hosz Hrodnici Vilnensi, officium cudendę monetæ ademptum voluerit: atque eam alteri prouinciam tradiderit, qui neque vsum habet harum rerum vllum, cum operarius tantum semper fuerit, et manu modo artificium exercuerit, neque vnquam alibi huic muneri præfuerit: et possessiones præterea in Magno Ducatu nullas habeat, cum non temere munus hoc credi et committi soleat cuique, nisi cuius aliquę tamen sunt opes et facultates. Nichil dubito quin ex hac sibi imposita ignominia, non paruum D. Vlricus dolorem acceperit. Cum et in hoc et aliis in officiis, quæ concredita ei sunt et commissa, fides eius spectata sit et probata, cum præclara eius in Rempublicam Magni Ducatus constent merita, in qua ornanda et pro virili sua honestanda, omnes curæ eius et cogitationes euigilauerunt: nunc in hac sua ingrauescente ętate, tantorum laborum suorum premium fert ignominiam, viuo videnteque illo, alij munus eius est et officium concessum. Michi certe vehementer dolet, hanc ei pro benemeritis gratiam referri. Neque me tenere potui, quin a Mag^a. D. vra, cuius ego singulare studium et beneuolentiam in me semper expertus sum, precibus istud meis contenderem, vt quem ille locum, magna cum laude sua, neque vulgari Reip^ce vtilitate aliquando tenuit, ineum, cum deturbatus ex eo sit, authoritate et patrocinio

Magcie D. vre restitui possit. Det quæso hoc vel canis illius
vel magnis quos Reipublicæ causa suscepit laboribus, vel meis
etiam precibus: quas, quoniam ex meo animo, animum in me
M. D. vre metior, non leue pondus habituras, persuasum habeo.
Quin autem possit vra Magcia, quod volo præstare, de eo dubiu
michi est nullum. Scio enim quanta illius sit authoritas, cum in
Magno isto Ducatu principem locum obtineat, et tantum possit,
quantum primorum in illo Ducatu alius nemo. Quod si preces hasce
meas, aliquid opis et adiumenti Dno Vlrico attulisse intellexero,
quod illi factum fuerit, michi factum putabo, deqz ista Magcie
D. vre liberalitate ita interpretabor, vt illius magno beneficio
me affectum sim iudicaturus, deqz referrenda gratia solicitus
semper futurus. Filii vero eius, omni obsequio et seruitute sua,
gratum et memorem erga Magcam D. vestram animum, sunt de:
claraturi. Misi ad Mtem Regiam Dominum Samuelem Maczie:
iowski Canonicum Cracouiensem, nuncium atqz vnum ex intimis
seruitorem meum, quo chariorem habeo neminem: Mtis etiam
Regiæ Secretarium. Hunc Magcam D. vestram visere iussi,
salutemqz ei verbis meis dicere, et singularem animi erga eam
propensionem declarare. Quare rogo Magcam D. vestram
vt eum læta fronte excipere, benigne audire, neqz minorem
verbis eius fidem habere velit, q̃ si me ipsum dicentem audiret.
Opto Magcam D. vestram fœlicissime valere, atqz vt me sibi
charum habeat et commendatum maiorem in modum peto.
Dat

Petrus Tomicius Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni Radiuilo Capitaneo Samogetie.

Magnifice domine amice charissime et honorande. Dedi in mandatis nuncio huic meo et Regiæ Mtis Secretario, Domino Maczieiovski, vt D. vestram viseret et salutaret meo nomine: deqz hac noua dignitatis accessione illi gratularetur: quam quidem vt Deus D. vre fortunet, ex animo precor. A vra D. maiorem in modum peto, vt solita me sua beneuolentia prosequatur: meqz sibi esse amicissimum firmiter persuasum habeat. Nam et cum clarissimo parente D. vestre. et cum vniuersa eius familia, magnus michi semper vsus magnaqz necessitudo intercessit. Quam et cum liberis illius constitutam habere cupio: atqz vt quo me animo inse esse D. vestra perspexerit, eodem in me vicissim sit, magnopere quæso. valeat et sit felix in multos annos vra Magtia. meqz habeat sibi charum et commendatu. Dat.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
~~Ioanni a Tarnow Palatio Russie: et exercituum Regni Polonie Capito generali.~~
Georgio Radiuilo Castelo Vilnensi exercitum Lituanie Capitaneo generali.

Magnifice domine frater et amice charme et honorān. Magnum ex eo dolorem accepi, cum est ad me allatum, Moschos coacto valido exercitu, in terras Magni Ducatus Lithwaniæ cursim irrupisse, prædas maximas egisse, ferro et igni longe lateqz

depopulatos esse, ingentem cladem attulisse, plurima damna dedisse. Neqz dubito quin vestra Magcia pro eo atqz officium illius postulat, tantum mali a terris Mtis Regie omni ratione sit auertere conata. Sed copias illi defuisse audio, quarum virtute, et iniuriam propulsare, et pœnas ab hostibus persequi posset. Nunc cogitandum esse censeo, rationemqz aliquam ineundam, qua par pari referatur. Quanqz si honestę pacificationis spes aliqua subesset, multo mallem pacem fieri et concordiam, q in dubiam Martis aleam descendi: Nam cum magna, Magno in Ducatu animorum perturbatio atqz offensio esse dicatur: cum intestina isthic odia gliscere taciteqz inimicitię ferantur, periculum esse video, ne in longum tempus bellum extrahatur. Quare meum est consilium, vt M. D. vra omni cura eam in cogitationem incumbat, pax vt potius honesta conficiatur, q bellum geratur.

Dedi in mandatis Domino Samueli Maczieiowski Canonico Ecclie meę et Secretario Regio, vt M. D. vram visat et salutet meo nomine, faustaqz illi et felicia precetur omnia. Magcam D. vram plurimum rogo, vt eum hilari fronte excipiat, benigne audiat, verbis eius eandem fidem habeat, quam michi coram dicenti esset habitura, Valeat felicissime Magca Do. vestra, meqz charu sibi habeat et commendatu. Dat.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Nicolao Volski Castellō Voinicen: et
Regine Bone Curie Magistro.

MAgnifice domine amice charissime et honorande. Cum et mea quædam cum priuata, tum Ecclesiæ, et amicorum quorundam

meorum negocia magnopere id flagitare viderentur: misi ad Mtem Regiam Dominum Samuelem Maczieiowski Canonicum Ecclie mee Crac. Cui inter cetera, hoc quoqz dedi in mandatis, vt M. D. vestram et viseret, et saluere verbis meis iuberet: atqz vna quanta in illam voluntatis mee inclinatione propendeam, planum ei faceret, Nunc D. vram magnopere quaeso, vt eum ad se venientem laeta ac serena fronte excipiat, benigneqz audiat, me vero Reginali Mti dominae nostrae subinde commendet. Quin et ipsa solito me amore suo et beneuolentia complecti nunq intermittat. Ego me mutuum facturum promitto et recipio. Valeat D. vra cum suis omnibus felicissime: meqz sibi commendatu habeat. Dat etc.

Tomicius Eps. Viceecancell
Samueli Macieowski Canonico
Cracconiensi.

Venerabilis domine, frater in Christo charissime. Non ignoratis Mtem Regiam proficiscentem iam hinc de Regno in Lithuaniam, fratri nostro domino Palatino Iuniwladislauien ad intercessionem nostram, lras expectationis ad Palatinatum Lancicien dedisse, quas lras vos Mti sue subscribendas in Iedlna aut Cozinicze prebueratis. Cum itaqz vacante nunc Palatinatu Posnanien arbitremur Mtem suam daturam esse illum domino Nicolao de Cosczielecz Palatino Calisien, Palatinatum vero Calisien domino Andree de Oporow Palatino Lancicien, reducatis sue Mti Regiae ad memoriam concessionem expectationis istius fratri nostro Domino Palatino factam, Simulqz rogetis illam nostro nomine, vt in euentu quo sua Mtas Palatinatum Posnanien vacantem, domino Palatino Calissien deferre, ad Calissien vero, dominu

Palatinum Lancicien modernum promouere dignaretur. Palatinatu Lancicien fratrem nostrum dominum Palatinum Iuniwladislauien. iuxta lras expectationis a se concessas ornare velit, quod nos vna cum ipso fratre nostro Mti sue Regiæ sedulitate atqz obsequiis nostris quibusuis promereri curabimus. De hac re quia in discessu hinc vestro a nobis, obliti fueramus vobis dicere per has lras, Cum quibus huncipuerum nostrum Buczinski insequi vos iussimus significare vobis voluimus. Bene valete Dat Ex Bodzantzin die XXvij Marcij. Anno domini Mo. Do. XXXv.

Instructio a Petro Tomiczki Epo Crac. Vicecancellr data Samueli Macieowski Canco ad Sigismundum primum regem Polonie: in Lituania tum agentem: misso.

Primum omnium dicere salutem, obsequia, officia, seruitutem et orones lrasqz offerre Mti Regie iussit D. sua Rma.

Deinde cum lecte erunt lre et arbitri omnes semoti, declarare mandauit. Qd cum preter omnem expectationem et opinionem Dnis sue Rme. accidisset, qp Mtas sua et bello cum Moscis, et aliis multis non parui momenti negociis, ad istam Rempub. pertinentibus, impedita, ad Regnum redire non potuisset, desyderiumqz sui gratissimi conspectus, cum in aliorum omnium subditorum, tum precipue, in dni Rmi animo per integrum hunc proxime preteritum annum reliquisset D. sua Rma. Egre hanc diuturnam Mtis sue absentiam ferens, et vix tedium quo exinde tenetur sustinens me miserit, vt Mtem suam visam valetudinem eius, oculis conspiciam, quam cum omni afluentissima fortuna ipsius Mti. D sua Rma fauet, et cum vniuerso Clero suo pro felicissimis Mtis sue successibus, Dominu

Deum assidue orat, et crebris Decretis supplicationibus placare curat.

His dictis Magnifici domini Palatini Russiæ, negocium M^ti^ sue Regiæ in memoriam reducere, sic vt anno superiore est per me apud M^tem^ suam actum, curatum, et perfectum, subinde vero supplicare M^ti^ sue, vt Palatinatum Cracouien, cuius collatio incertum est quamobrem tantisper differatur ipsi domino Palatino pro eius fide, vigilantia, et amplissimis cum in M^tem^ suam tum in Rempub. meritis conferre, anteq ad bellum proficiscatur dignetur, vt ita et dominum R^mu^ qui pro illo intercedit, et multos alios, qui illum fauore prolixo prosequuntur, M^tas^ sua consoletur. et gratia munificentiaq ista sua Regia, tam ipsi domino Palatino, q̄z reliquis militaribus viris præclaram animi alacritatem conciliet, qua freti, et cum hoste M^tis^ sue fortiter dimicare, et de M^tis^ sue munificentia sibi possint ea polliceri, quæ strenui quiqz milites de gratis atqz liberalibus dominis polliceri sibi sunt soliti.

Quo absoluto declarandum M^ti^ sue, q̄ Andreas de Thanczin Castell Crac. Mox a reditu in patriam, cum voti soluendi causa ad Sanctam Crucem se contulisset, ad D. suam descendisset. Qua salutata declarauit, q̄ D^ni^ sue hactenus erat incognitum, quid cum M^te^ sua, ante suam profectionem de rationibus suis, et Reip: tractare inceperit. Hic autem recensendum erit ex ordine, quæ in tractatibus fuisse dixit D^s^ Castellanus, et petere vt M^tas^ sua supplicationibus domini Castellani, Primarij Consiliarij sui, gratiose subscribat, neqz sibi persuadeat, q̄ ille id contra mentem M^tis^ sue vbi id ad commodum Reipub: pertinere non cognoscet, petere vellet, presertim cum accepta dignitate, Castellanatus Craconiensis, nullum officium a M^te^ Regia petiturum se recepit.

In calce commemorando, q̄ sciat M^tas^ sua, q̄ male iam a multo tempore D^ni^ sue R^me^, cum Mag^co^ D. Castellano conueniret:

sed cum Mtas sua illos per se reconciliare dignata sit, et mandare ne sibi inuicem aduersentur, Do. sua Rma syncero corde, susceptis Mtis sue mandatis integram et minime duplicem erga Dominum Palatinum retinet beneuolentiam, et obnixe rogat Mtem suam, vt se pro Magcia sua intercedentem exaudire velit, vt Dominus Castellanus cognoscat, et intercessionem suam, quam nullius momenti fore homines Iudicant, aliquod pondus adhuc retinere. et in his quae amicitie officium requirit, nichil nisi recte et preter omnem simulationem D. suam Rmam agere.

Postremo Magistri Issse errores et impia facta, in Ciuitate Crac. patrata enumeranda. Quibus cum veluti veneno quodam indies magis magisqz infici plebs Crac non sine periculo nuncietur: Supplicandum Mti sue, vt quis iam semel Mandata dederit ad Ciuitates et Capitaneos, iterum ad Consules Ciuitatis, et dominum Capitaneum Cracouiensem scribere seuerius dignetur, ne vel in publicis vel in priuatis Conuenticulis aliquid contra ritus Ecclesiae, et religionem atqz instituta Sacro Sancte Romanae Ecclie dudum obseruata, mussitare, murmurare et prologui plebem vel quemcunqz hominem permittat, secus vero facientes, veluti transgressores et religionis preuaricatores, penis in illis edictis et Decretis contentis, quae in Pretorio Iussu Mtis vestre et totius Regni Conuentus sunt deposita, afficiant, ne impunitas malorum iniciorum, potestatem et occasionem prebeat, inuehendi noxia multa scandala et religionis contemptum, ad cuius mutationem et Respub. vbiqz mutari in peius consueuerunt.

Si interrogatus fuero, an ad Mtem suam aliquid nomine domini Rmi habeam mandatorum, de officio Capitaneatus exercituum Regni: Respondebo nichil ea de re michi dictum commissumqz esse.

Si vero Rlis Mtas quesiexit, an aliquid D. Rmus sibi nunctiari fecerit, de ratione Canonicatus et controuersiae, quam de ipso

Canonicatu D^{os} Naropinski cum domino Pileczki habet, dicam Dominum R^{mum} propterea nichil michi in hoc negocio commisisse quod litteris proxime per Cubicularium suum ad M^{tem} suam datis M^{ti} sue, quae ad hoc ipsum negocium pertinerent, perscripserit.

Agendum etiam apud M^{tem} Regiam de restitutione suppellectilis legate quae post mortem domini Dunin in Boleslawiecz relicta est.

Samuel Macieyowski Can^{cus} Crac.
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell.

R^{me} in Christo pater et domine, domine tanquam pater benefactorque imprimis clementissime. Post meae servitutis perpetue in gratiam D. vre R^{me} commendationem. Vespere Sabbati commodum urbem hanc ingressus eram, Buczinski puer D. vestre R^{me} est me insequutus, et illius michi litteras integre reddidit, quas ego legi et perspexi diligenter, mandataque in illis scripta mente concepi, quae ut facere me iubet D. vestra R^{ma} cordate obibo, et exequar. Ac utinam id eo fructu in quem illa desyderium suum intendit, et quem praeclara D. vestre R^{me} virtus et amplissima in Regem merita postulare videntur, nichil enim equidem gratius iucundiusque hoc tempore michi accidere posset, quam ea in quibus me mittit D. vestra R^{ma} pro voto et voluntate illius curare et conficere.
Spero autem ego quod nec aule Regiae facies cuius mutatus est color optimus, quidquam impediet, quominus aliquid feramus impetratum, presertim cum semotis omnibus arbitris res curanda veniet.

De Kierdeij non satis digno itineris mei comite, et de domino

Stanislao Thankzinski, vbi sint vel quid agant, hucusqz nichil audio, illorum tamen moram incommodam, michi sentio, incommodiorem etiam sensurus vbi huc venire tardauerint diutius.

Dominum Marschalcum hic non inueni, sed ab illo ex Parczow lras accepi, quas D. vestre Rme mitto, in quibus lris hoc mirum est, q nullam de filio fecerit mentionem. Ego tamen illi respondi me hoc quod a me postulat non grauatim esse facturum.

Nouarum rerum nichil hic est, quod scribi ad D. vestram Rmam possit, hoc michi solum videtur nouum, q Seruitores domini Thesaurarii hic reperi, qui cum peccunia ad Regem aliquot curribus proficiscuntur, in quibus magnam vim vt audio peccunie ferunt et opinantur illam non ad vsus bellicos aliquos, sed ad quiddam aliud destinatam esse. Sed isti solent esse vt plurimum vani vulgi rumores, quos curare nichil ad nos attinet. Porro hec est precipua mea cura vt D. vestra Rma sit illi pristine bone sue valetudini, priusq rediero restituta quod ipsum vt alias semper his etiam festis paschalibus, licet parum digna oratione ardenti tamen pectore sacrificans a deo supplex implorani, adiutoresqz in hoc sacerdotes seculares et Regulares, et vniuersum eius Vrbis populum michi feci, qui cum me exciperet, in ipso primo occursu, satin ne recte valeat D. vestra Rma, optima quadam voluntate sciscitati sunt palamqz precati, vt deus D. vestre Rme tribuere pristinam sanitatem citto dignaretur.

Quod reliquum est me quantus quantusqz sum in sinum D. vestre Rme commendo, illiqz supplico vt et inimicorum a me potestatem dum absum depellere et authoritate sua efficere, vt et velle et posse, que ipsa met precipit michi liceat dignetur Dat Lublini feria tercia Pasche. Anno domini M°. D°. XXXV.

Samuel Macieowski Can^cus Crac
petro Tomicio Epo Crac. Viccancel.

R^me in Christo pater et domine domine ac benefactor perpetue colendissime. Post mee seruitutis diligentissimam commendationem. Ad diem xiiij Aprilis Vilnam applicui, qua die multi Aulici Regie et aliquot R^lis M^tis venerunt michi obuiam, honoremque michi in persona D. vre R^me venienti habuerunt non vulgarem, deduxerunt me ad Domum humanissimi hospitis mei domini Cumizki. Aspiciente Regina et aliis multis, qui in fenestris Arcis Regiæ crebri illi astabant. Vbi vero salutatis et dimissis illis qui me equo comitabantur, in Cauedium domus sum progressus, inueni alios plurimos Aulicos qui me expectabant, et ij quadam familiari et amica violentia adhibita me ex equo detraxerunt, et in Balneum, quod erat iam iussu domini Epi Premislien apparatum, citra omnem cunctationem et renitentiam me compulerunt.
A balneo ad prandium me reuocauit D. Epus, quo nondum absoluto medio. Accurrit D. Opaleński Regis Iunioris Curiæ Magister, lætus et vt videbatur in conuiuio alicubi hilaritate incensus, me complexu festino et aperto excepit, et in mensa nobiscum sedit plusculum. Interim venit ad me frater meus, et retulit se audisse R^lem M^tem non esse gratam ex meo aduentu, quum sit illi Crac scriptum me ad Regem ex illo Conuentu, quem quidã Consiliarii Regni apud D. vestram R^mam habuissent missum esse cum rebus quibusdam perniciosis, et ad se persequendam compositis. Cui ego respondi me dolere quidem quod Aduentus meus R^li M^ti non fuerit gratus. Sed tamen cum causam displicentiæ

istius ex vana et minime vera quorundam scriptione proficisci videã, optime sperare me dixi de M^tis sue, erga me animo mutando, presertim cum cognoscet, inquam nichil eiusmodi rerum me ad regem attulisse. Eo die non ivi ad M^tem Regiã, hodie autem a prandio obambulavi Reges et Reginam, apud quos mandatis expositis, responsum in forma cõmuni tuli, quod alio tempore sint michi responsuri, sic iste dies michi transiyt, et ego vesperi hæc scripsi nactus nunctium cui recte darem ad ferendum ea. Eo tamen vespere ex composito convenerunt ad me D. Epus Premislien, et D. Opalynski cum multis Aulicis. et instructam domibus suis cenam contulerunt, et me laute musica adhibita varii generis tractarunt.

Regina expiscata a domino Episcopo fortassis, vel a Doctore Andrea, sive patre Commissario, cum quibus anteq illam accessi, sum loqutus, q nichil eiusmodi rerum sim curaturus, de quibus illi esset scriptum, satis hilari voltu me excepit, et familiariter mecum de multis colloquebatur, cuius hilaritatis qui erit exitus ex responso cognoscemus.

Regem rogavi vt daret michi tempus ad se secretò veniendi, sua M^tas cras a prandio iussit me ad se venire. dominus Deus fortunare dignetur, gressum, tempus, et actiones meas, de quibus quicquid acciderit, alio Nunctio perscribere curabo.

Novarum rerum hic nichil habetur, nisi q ad bellum se parant omnes. Et illud quod puto iam D. vestre R^me perscriptum esse, de incursione facta, per D. Ostaphei in Ducatum Moschoviæ, qua incursione tria milia Moschorum ad internicionem cesa ducuntur. Insuper peccora abacta plurima et vastata multa. Domini Consiliarii Lithuani plures hic non sunt hoc tempore. Nisi D. Palatinus Vilnensis. D. Epus, et dominus Elias dux, apud quos nondum fui, sed sum iturus, per primam occasionem De Kierdeij nichil hic certi auditur, quando sit futurus, itidem et de Dno Palatino

Russiæ, cuius aduentus et si gratus est multis, non desunt tamen qui illum fore sibi molestum declarant.
Hæc sunt quæ ab Aduentu meo acciderunt. Alia vtvt fuerit primo quoque tempore a me perscribentur, interim me et seruitutem meam in gratiam D. vestre Rmæ commendo. Cui dominus Deus vitam longam cum bona valetudine et ampla felicitate tribuere pro multorum consolatione dignetur. Dat. Vilnæ XV Aprilis. Anno domini M°. D°. XXXVto

Samuel Macieowski Cancus Cracc.
Petro Tomicio Epo Cracc. Regni Polo e
Vicecancellario.

Rme in Christo pater et domine domine benefactor perpetuo colendissime. Post meæ seruitutis humilem commendationem in gratiam D. vre Rme. Tametsi nudiustercius scripserim D. vestre Rmæ, per Domini Thesaurarij seruitorem, totam mei huc aduentus rationem. Nactus tamen eum Cubicularium qui Crac mittebatur, nolui vaccum dimittere meis ad D. vram Rmam lris. Et vt ea quæ post scriptas priores lras mecum agantur cognoscere possit, D. vestra Rma sciat me secretam audientiam habuisse, et omnem industriam meam adhibuisse, vt D. vre Rme desyderijs et voluntati fieret satis, responsum hactenus expecto, et illud si indicium de vultu Regio non fallitur, spero bonum, et si forte secus acciderit, conabor alia tamen quæ secundo loco michi commisit D. vra Rma impetrare.

Kierdei huc nondum venit, neque de illo auditur quidque, quem ego non sum expectaturus, si ante eius aduentum expeditionem accepero.

De his quæ in rem Mag^ci domini Castellani Cracouien egi, paruã spem habeo, nam audiui a domino Epo Regem ea quæ ille cupit non probare.

Quod michi heri acciderit scribo Rx^me D. vestre, non autem illis qui forte pro sua leuitate ridere me debeant. Cum irem ad domũ Rx^mi domini Episcopi Luceorien redditurus ei l̃ras D. vestre Rx^mæ in lutum quoddam profundum ante portam Ciuitatis incidi, vna cum equo illo natura cespitante et totam illam vestem nouam a D. vr̃a Rx^ma michi donatam conspurcaui. D. Dambrowka Iudicat hanc iacturam meam omen bonum facere ad ea impetranda, de quibus ad Regem sum missus, quod si ita foret et aliam vestem amisissem libenter.

Comissarius de domuncula illa nectit moras, et ipse hinc post decem dies exiturus, recta ad d. vr̃am Rx^mam se iturum ea de re dicit, sed secrete michi dixit se, nescio quid offense aduersus Vladarium habere et velle laborare apud D. vestram Rx^mam, vt cum illius gratia domunculam hanc, si eam habere nollet ipsa D. vestra Rx^ma Antonino medico dare possit. Cuius inquit rationibus et inopiæ consultissimum hoc foret, si ad vitam habitationem et vsufructum domus illius habere possit: quippe qui vxorem, liberos, inquit habet, cum quibus mendicare per Ciuitatem habitationem solet, hoc autem nescio an pietate magis q̃ odio Vladarij faciat. Id tamen certum est Antoninum ea de re nichil scire.

Cum hinc absolutus fuero iter per Masouiam facere intendo. et D. Epm Plocen inuisere volo, cuius illam Poltouien Ciuitatem nunq̃ vidi.

Noua hic nulla habentur, nisi q̃d Reges nostri optima fruuntur valetudine, et bello parum anguntur.

Comendo me et seruitutem meam D. vestre Rx^me. Quam deus saluam et felicissimam in multos annos seruare dignetur. Dat Vilnæ XViij Aprilis. Anno domini M^o. D^o. XXXV^to

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniae.

Sacra M^tas Regia et domine, domine clement^me. Post humilem seruitutis mee et orationum commendationem. Mitto iterum ad S. M^tem vestram Venerabilem Samuelem Maczieowski Can^cum Ecclie mee Cracouien. et Sacre M^tis vre Secretarium, Ei dedi negocium, primum vt viseret Sacram M^tem vestram dominum et benefactorem meum clementissimum, atq3 ad eam verbis meis summum studium meum et obseruantiam deferret, deinde vt quae maximis precibus, vel mea vel amicorum meorum causa, a Sacra M^te vestra per eum impetrata cupio, ea illi exponeret. Nunc summa qua possum animi mei demissione S. M^tis vestre supplico, vt eum clementer audire, clementiusq3 exaudire dignetur, queq3 illi verbis meis narrauerit, iis non minorem fidem habeat, q̃ si meipsum coram eadem haec dicentem audiret, atq3 vtinam eam superi facultatem citto michi concederent, vt omnia cordis mei desyderia, in sinum Sacre M^tis vestre effundere possem, nichil dubito, simul ac ea michi potestas contigisset, quin non solum ab omni omnium morborum tentatione liber futurus. sed ne etatis quidem ingrauescentis, amplius vlla essem incommoda sensurus. Nunc non alia magis me res conicit et debilitat, q̃ q̄ tantum tanti benefactoris mei desyderium tam longo tempore satis forti animo ferre non possum. Cum itaq3 neq3 per senectutem meam, quae morbus ipsa est, neq3 per tot alia mala quae me nunc simul omnia tanq̃ agmine facto, circumsiliunt, ingens meum atq3 incredibile, Sacre M^tis visende desyderium.

explere michi sit licitum, mitto alium me, eum mitto, quem quoniã
spectata michi virtus illius est et probata, neq; minus eum amo,
ꝗ me, neq; minus ei fido ꝗ michi: iterum atq; iterum Sacre Mti
vre. Domino et benefactori meo clementmo. quam possum humillime
supplico, vt hanc tot meis malis consolationem adferre, hanc mor:
bis meis, quasi medicinam facere dignetur, vt de quibus rebus
ad Sacram Mtem vestram eum mitto, ea non orasse solum, vt anno
superiore, verum etiam exorasse eum cognoscam. Volt me Sacra Mtas
vestra, ita vt certe volt, pro sua bonitate et clementia singulari,
saluum videre et incolumem, beneq; confirmato corpore, non alia
ratione vires meas pristinas recuperauero, ꝗ si veteris illius gratiẹ
in me sue et clementiẹ, aliquod non obscurum signum dare michi
dignata fuerit, si vel has saltem preces meas eiusmodi esse patietur.
vt repulsam in eis tulisse non videar. Ego vero vt antea fortunas
meas omnes ita vitam deinceps salutemq; meam, non alii secundũ
Deum, ꝗ Sacre Mti vestre acceptam sum laturus. Neq; diuinam
Mtem precari vnqꝫ intermissurus, vt quã cum ab illa discessero.
a Sacra Mte vra me accepisse semper vbiq; profitebar, eandẽ
salutem et incolumitatem Sacre Mti vestre multos annos atq;
vna de hostibus victoriam concedat. Quanis equidem certam
pacem mallem, ꝗ incertam victoriam, Nam et vna victoria
debellari hostes posse non puto, et pręterquam ꝙ omnia sunt in
pace prosperiora lętioraq;, incertiorem ex ea spem S. Mtem vram
celerius videndi venturus essem, Deus seruet S. Mtem vestrã
Deus omnia cepta illius secundare atq; ad felicem et eum cele:
rem exitum perducere dignetur. Cuius gratie me rursus supplicem
commendo. Dat in Bodzanzin
Anno domini M°. D°. XXXV.

Tomicius Eps Vicecancell
Bonae Regine Polonie.

Sacra Mtas reginalis et domina domina clementissima.
Post seruitutis mee et orationum humilem commendationem.
Cum mitterem ad Mtem Regiam, tam ad mea quam amicorum
meorum negocia curanda, Dominum Samuelem Maczieiowski,
Canonicum Ecclie mee Cracouien Sacre Regiae Mtis secretarium
Hoc quoque inter cetera, dedi ei in mandatis vt .. S. Mtem vram
adiret, studium ad illam meum, verbis meis et obseruantiam defer-
ret, meque quantum posset in gratiam Sacre M vre diligen-
tissime insinuaret, eum vt ad se venientem laeto ac hilari
vultu excipere, benigne dicentem audire, dictisque eius omnibus
fidem habere dignetur, magnopere queso. Quod si Mtas vestra Sa-
cra precibus meis concesserit, nichil studij, laboris et diligentiae
pretermittam, quo possim vt me gratum et memorem esse intelligat,
efficere. Quod reliquum est Sacram Mtem vestram vna cum
suis omnibus quam felicissime valere cupio, meque qua summa possum
animi mei demissione, Sacre Mtis vestre gratiae et clementiae
iterum atque iterum commendo Dat. in Bodzanczin etc.

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell.
Joanni Choienski Epo Premisliensi.

Rxme in Christo pater et domine frater et amice charme et honoran. Mitto iterum ad Mtem Regiam Dominum Samuelem Maczieiowski, vt mea isthic priuata et amicorum quorundam meorum curet negocia. Qui vt benignius isthic a principibus nostris accipiatur et clementius audiatur, q fuit anno superiore auditus et acceptus, vestram Rxmam D. plurimum rogo, operam vt illi suam studiumqz ea in re impertiri ne grauetur. Quæ autem illi ad Mtem Regiam Mandata dederim, eo ipso referente, Rxma D. vestra cognoscet. Nam hoc quoqz habet a me in mandatis, vt cum ea communicet omnia, nichil eam celatam velit, eius opem et patrocinium imploret, eius rebus in omnibus et consilio vtatur et auxilio. Cupio enim quod opto optatum ferre, cupio preces meas non irritas cadere, cupio aliquando tamen voti mei et desyderii compos effici, ad magnum enim dedecus et ignominiam pertinere arbitrarer, si cum iterum Nuncium isthuc meum et Canonicum mittam: iterum in peticionibus meis repulsam ferrem. Superioribus ex repulsis, quantum animo dolorem acceperim, oratione consequi vix possum. Quod si nunc quoqz quod Deus omen obruat, preces meas repudiatas esse intelligerem, iam non video quid michi posset in vita grauius accidere. Quare quo me maiore studio Rxma D. vra in peticionis huius mee curam et cogitationem incumbere perspicit, hoc vt contendat queso et elaboret diligentius, ne tanti mei conatus in nihilum recidisse videantur. Quantum me amat Rxma D. vra, tantu



ea in re opere impendat, vt preces meę clementer exaudiantur,
Id ego illi omnibus meis officiis pro virili mea referre semper
curabo. Christus dominus noster seruet quam diutissime et sospitem
R^mam D. vram. Cuius fraterne etc. Dat in Bodzangin
XXV Marcij. Anno domini M°. D°. XXXV.

Sigismundus primus Rex Polonie
petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell°.

R^me in Christo pater sincere nobis dilecte. Pergrata est nobis
magna isti animi propensio studiumque, quo nos P. vra prosequi:
tur, dum ipsa nondum satis firma et valida, nuncium suum huc,
visende valetudinis nostre causa, allegare induxit in animum.
Qui nos Deo gratia pariter cum Ser^mo filio nostro et vniuersa
domo satis commoda valetudine fruentes reperit. Nos vicissim
non minori animi desyderio cupimus, vt P. vestra vires suas
pristinas recuperet, et longum salua sit et incolumis.

Nam quod P. vra tantopere nobiscum expostulat, subinde se in his,
quæ petat a nobis, repulsam pati, atque hanc esse non leuem
causam, cur tamdiu non conualescat, quinimo maiorem plerunque
morbi accessionem sentiat. Id nos maiorem in modum miramur,
presertim non ignari quanta sit prudentia predita P. vra,
Quam nos non dubitamus meminisse, quod multa sæpe ipsius ro:
gatu fecerimus et faciamus neque leuia, neque aspernanda.
Quod si quando aliter vsu venit, id non sine graui causa fit,
Sed quod ita tempus locusque, et hominum atque Regni rationes.

postulent, quae nos probe consideramus, neqz parui momenti ducimus. in plerisqz magnis rebus sic vel sic instituendis. Fit autem inter: dum vt P. vra quorundam hominum importunitate adducta et coacta, ea petat a nobis, quę si faceremus, a plurimis deinceps improbarentur, vt alieno loco atqz tempore facta. At tamen relinquit nobis integrum P. vra in peticionibus suis, vt dispicia: mus, quid ex vsu nostro ac e Repub. sit. Id nos non grauatim facimus Aliâs enim, quum neqz tempus, neqz status rerum contrarium di: ctat, libenter morem gerimus postulatis et desyderio P. vestre. Quare non existimamus ęquum esse, vt se P. vestra maceret ob id, quod non omnia ex illius sentencia facimus. Cupimusqz vt omni an: gore profligato, tranquillo sit animo, et valetudinem suam diligen: ter curet. Vilnae XXV Aprilis. Anno domini M°. D°. XXXV. Regni nostri anno XXIX

Ad mandatum Sacre
Regie M^tis proprium

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Epo Premisliensi: Choienski.

Rme in Christo pater et domine frater et amice charme ac ho: norande. Reddidit michi Cubicularius meus lras Reuerenme D. vestre, in quibus ea michi Pacjinski Seruitor meus nomine illius: retulit, vera quidem esse scribit, sed vt forti magnoqz id feram animo hortatur. Cui ego Consilio Rmę D^nis vre ex abundan: tia quadam amoris in me profecto, libenter parebo. Non ita sum molli fractoqz animo, vt si quid michi secusque vellem nunciatu

sit, illico me animi angam, dolori[que] prorsus succumbam. Quo fero ista mala diutius sępius[que], hoc ea stomachus meus iam concoquit facilius. Itaq[ue] deinceps in vtramq[ue] quod aiunt aurem dormiam, neq[ue] aliud michi quidq[uam] q[uam] culpam prǽstandam esse putabo. Si nichil de mea erga principes meos fide et obseruantia remisero qua illi in me voluntate esse velint, in mea manu non est. Meum ab illis officium ne requiri possit, quoniam eius rei penes me potestas esse videtur, imprimis contendam et elaborabo.

Tam parum esse principibus nostris curæ, quibus studiis tener adhuc Regis nostri adulescentis animus formetur, et miror et doleo vehementer. Ego meo functus sum officio, quod ne vlla ex parte desijderari posset. Scripsi etiam cohortationem ad ipsu[m] Regem adolescentem, qua possit cum ad literarum, tum ad virtutum studia accendi et inflammari. Eam proculdubio R[everendissi]ma D. vestra videbit, Vtinam proficerem aliquid; q[uam] grata illi futura sit nescio, neq[ue] tamen ea de re tantopere laboro. q[uam] vt vtilis esse possit. Per me quod volet quisq[ue] sentiat licebit. ego ne de ea me sentencia depelli vnq[uam] patiar, qua michi semel est firmiter persuasum, non alia in re Regni Rei[que] publice salutem magis verti, q[uam] in Principis eius educatione.

Valde michi gratum fuit et iucundum ex l[ite]ris R[everendissi]mæ D. vestre cognoscere, venisse iam Oratores Illustrissimi Domini Marchionis Ioachimi, qui collocari eius filio primogenitam Ser[enissi]mi Regis n[ost]ri filiam peterent. Deum precor vt matrimonium hoc fortunet, spero equidem id quod etiam opto. habituram eam et fortuna, et virtute sua probitate[que] singulari dignum maritum.

Quod R[everendissi]ma D. vestra, Domino Vlrico neq[ue] consilio, neq[ue] auxilio suo defuerit, magnas illi habeo gratias, atq[ue] vt eum liberos[que] eius, omnes in partes tuendos et ornandos suscipiat,

magnopere queso. Factura est enim rem et mutua nostra coniunctione dignam, et qua sibi eos omnes deinde los in perpetuum reddet atque obligatos. Feci describi in pergamenum, Privilegium Magistro Nicolao Notario Civitatis Cracovien, per Rmam D. vestram ad me missum, mittoque illud D. vestre Rme, et rogo eam plurimum, velit hoc idem Privilegium in pergameno descriptum, anulo Regio obsignare, efficereque, ut sua Mtas illi manu sua subscribat. id namque ut ita fieret, præfatus Magister Nicolaus magnis precibus suis exigit.

Dominus Samuel Maczieowski, quem isthuc ad Mtem Regiam mitto, est homo nimium verecundus, erubescitque petere quippiam a Principe. Quare rogo D. vram Rmam, velit ei circa expedicionem ipsius, a Mte Regia Adamascum vel Atlasium pro veste impetrare. quod ipse D. vre Rme studebit semper promereri.

Tomicius Eps Vicecancell
Ludovico Aliphio Secretario
Reginæ.

Magce domine, amice charme. Rediens ad nos isthinc Vilna proxime servitor et Notarius noster Jacobus Paczinski, declaravit nobis Sermum Do. iuvenem regem, ab nonnullis Aulicis quesiuisse, num ad illius Mtem lras nostras dederimus. Proinde cum coniiciamus inde, Mtem suam esse cupidam lrarum nostrarum, scripsimus nunc ad illam lras, quibus complexi sumus nonnulla ad educationem facientia, et in hac ętate illius tenera iudicio nostro illi non inutilia. Cum enim Mtas eius imperatura sit multis populis, maxime in rem fore illius et omnium putamus ut hijs formetur institutis, quibus Imperia feliciter diriguntur.

Cum autem hec ipse litere, sint aliquantum prolixe, et ob hoc forte M^ti sue forent ad legendum moleste, presertim doctore Siculo in egritudine nunc decumbente. Rogamus D. vestram vt eas illius M^ti perlegat, et vbi intelligi ab illa non possent, interpretetur.

Ceterum mittimus nunc ad M^tem Regiam Ven^tem Do. Samuelem Marzieowski Canonicum Ecclesie nostre Cracouiensis in nonnullis nostris Amicorumque nostrorum negociis, cui etiam commisimus, vt ad vestram quoque D. descendat. eamque visat ac salutet nostro nomine. Quare rogamus D. vram. vt et benigne illum ad se venientem excipiat: et in hijs que referet. fidem ei indubiam adhibeat. Beneque et felix valeat vra Do. et nos R^li M^ti frequenter commendet. Ex Arce Bodzancin Vltima Marcij. Anno domini M^o. D^o. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Cracc Regni
Poloniae Vicecancell.

Sigismundo Augusto Secundo
Regi Poloniae.

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementme. Post servitutis mee et orationum commendationem: Cum ad me paucis ante diebus Vilna reversus esset Jacobus Laczinskij, Scriba et Servitor meus, narravit michi, cumprimum studium meum & observantiam, ita vt in Mandatis ei dederam, ad Sacram Mtem vram verbis meis detulisset: quesiuisse eam e vestigio, numquid a me lrarum attulisset: neque obscura signa dedisse, earum desyderii cuiusdam singularis, Qua ex re maiorem quam dici queat animo cepi voluptatem. Facile enim inde coniecturam facere potui, quanti me Sacra Mtas vra faceret. cum eius prae ceteris officium in scribendo requirere soleamus, in quem quam suavissime sumus effusi. Neque vero commissurus fueram vt id a Mte vra requiri iure posset, sed et tanta illam eius rei cupiditate teneri nesciebam: et quod scriberem magnopere non habebam. Neque enim eo adhuc aetatis Sacra Mtas vra progressa est, vt seriis gravibusque de rebus aliquid a me ad illam scribere debere arbitrarer. nullo autem, aut levi aliquo argumenti genere scribere, neque etatis neque persone mee esse videbatur. Sed in Sacra Mte vra verum id esse comperio, virtutis ingenijque nonnumquam esse quam etatis cursum celeriorem. Quare faciam equidem non invitus, vt de hiis rebus, que neque aetati Sacre Mtis vre non apte, ingenio vero, maiorique quam pro etate gravitati vel maxime future sunt accomodate: hoc est vt gravissimis de rebus, quoad eius fieri poterit brevissime scribam: si prius hoc unum quasi prefatus fuero: Serenissimum parentem Sacre Mtis vre, sepe quidem a multis, numquam tamen satis a quoquam pro dignitate laudatum, iam inde a multis annis: prius quam canis esset caput vtrumque nostrum respersum: viridi adhuc illa vividaque vtriusque etate,

, me, pro sua singulari erga me clementia, in Senatorum
suorum Consiliariorumque numerum referre dignatus esse,
neque locum modo consiliis meis dandum, sed fructum etiam
iudicio suo, amplissimum esse tribuendum, censuisse. Itaque
cum amplissimo Vicecancellarij munere me ornasset, in
duobus primum minoribus: mox in eo quem nunc obtineo
minime poenitendo dignitatis gradu, princeps me optimus
beneficentissimusque collocavit. postremo, quo nullum iam
altiorem in Regno suo dare potuit, eum quoque michi con:
cesserat, in quem ego cum dignus eo a Mte sua visus essem,
certo tamen consilio ascendere nolui: neque minus michi tantum
de me Principis iudicium hoc gratum fuit, quam ille ipse in quo me
positum volebat summus honoris gradus. Quo mea eo pertinet
oratio vt intelligat Sacra Mtas vestra, divina plane atque immortalia
Sermi patris sui in me constare beneficia: meque cum illius tum vestrae
Sacrae Mti adeo devinctum esse et obligatum: vt si vitam etiam
& sanguinem pro salute dignitateque Mtum vestrarum profunderem,
vel minimam meritorum partem assecutus tamen esse non viderer.
Atque vt vna istud quoque Sacra Mtas vestra secum diligenter expen:
dat, si Sermus parens eius Rex ipse prudentmus eo ipso tem:
pore, quo nondum eram ita multum etate provectus: tantum
tamen servitoris et Capellani sui consiliis loci dandum esse putavit,
vt fructum ex hijs me ferre vellet vberrimum: quid sit Sacrae
Mti vestrae ea in etate faciendum, cuius in sitia, senum esse dicitur
constituenda prudentia, precipue cum quo plura Sermo parenti
Sacrae Mtis vestrae debeo, hoc me maiore studio in eam curam co:
gitationemque incumbere oporteat, vt quae Sermus parens pro:
fuisse sibi quandoque consilia mea iudicavit, ex hijs ad vestram
quoque Sacram Mtem, regni illius dominiorumque heredem desi:
gnatam, aliqua possit vtilitas pervenire. eo certe cogitationes
meae referuntur omnes: in eo consumuntur. Hec est ergo consilij
mei summa. Etiam atque etiam diligenter vt consideret
Sacra Mtas vestra quibus studiis etatem hanc suam teneriorem tra:
ducendam putet, permagni id interest vel ad laudem et gloriam
Sacrae Mtis vestrae, vel ad nostrum omnium qui in fidem illius

potestatem que voluntarij nos contulimus, salutem atque incolu:
mitatem: que ita est cum Sacre Mtis vre salute implicita,
ruere vt nos non possimus: vt non illa quoque, quod Deus
omen obruat, eodem labefactata motu concidat. Cum itaque
fortune nostre omnes omnium, cum salus nra, cum qua vre
quoque Mtis salus coheret: cum vita nra non aliunde quam de
recta Sacre Mtis vre institutione educationeque pendere videatur,
de ea re ita censeo. Cum vtile et iucundum, tum amplum atque
imprimis honorificum Sacre Mti vre futurum, si tenera hac
etate que nondum grauioribus est ferendis laboribus, artibus
hiis pectus inseuerit suum, ex quibus quemadmodum sibi primum,
tum aliis sit imperandum perdiscere possit. Neque enim existi:
mare debet Sacra Mtas vra ad regendos et gubernandos homines
satis esse regem nasci. Sunt ea precepta diligenter tenenda. que
ab hiis qui non laudem modo, verum etiam admirationem pru:
dentie sunt consecuti, futuris Regibus aut Imperatoribus con:
scripta feruntur. Nisi forte nullum esse artificium quod opera
manuque constat tam vile et sordidum quod non artis alicuius
preceptorumque indigeat recte putabimus: solam admini:
strandi Regni, gubernandorumque hominum rationem, absque vlla
Doctrina preceptioneque teneri et percipi posse arbitrabimur.
Ego vero in ea plane sum sententia et opinione vt literis
eruditioneque nullis opus esse magis existimem quam hiis quorum
Deus in regendis mortalibus, vicaria quadam opera vtitur.
Ceteri enim mortales, si qua in re ab officii religione declina:
verint, si nulla sint ipsi bonarum artium cognitione instructi
facile tamen amicum reperiunt, a quo erroris sui admoneri:
cuius cohortatione ad officium reuocari possint. Princeps
autem lrarum omnino rudis et imperitus, si quid peccat, et
pessimo publico peccat: et neque ipse se peccare intelligit: neque ab
alio edocetur. et quo maiorem de se felicitatis opinionem
animo conbibit, hoc difficilius recta cuiusque consilia admoni:
tionesque admittit. Quicumque vero aut sperat aliquid, aut
metuit, is vt maxime velit, libere tamen quod sentit, principi
dicere non audet. Sole charte librique, quoniam nec boni quicquam
sperant, nec mali metuunt, eque principibus, atque hiis qui

nullo loco, nulloque numero sunt, id quod rectum est, magna
cum libertate dicere nichil dubitant. In quibus legendis
perdiscendisque si plus esset laboris et molestie quam voluptatis
iucunditatisque, non ea tamen satis iusta causa videri debet,
cur animus cuiusque refugere ab illis posset. Nichil enim
preclarum, quod non idem arduum et difficile. Nunc autem
solis in litterarum studiis, summa, cum summa utilitate coniuncta
est delectatio. Que quidem aliis ex rebus omnibus fluxa
et fragilis: atque eiusmodi, ut meror eam comes e ve:
stigio consequatur. Ex hac sola, solida et diuturna vel
potius sempiterna percipi consuevit. Potest enim eo
quidquam esse dulcius, cuius ipsa nobis natura cupiditatem atque
ardorem quendam ingenuit incredibilem? A qua sicut ad
cursum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis,
sic nos ad duas res, ad intelligendum et agendum, nati et
producti esse videmur. priorem ut etatis partem intelli:
gendis: posteriorem agendis rebus tribuamus. Itaque videmus
eos qui dulcedinis illius suavitatisque que in litterarum studiis
abstrusa est ac recondita, gustum aliquem ceperunt, neque
valetudinis, neque rei sue familiaris rationem habere ullam.
atque etiam si incommoda eis datura sint littere, maximo tamen
in eas studio ac incredibili cupiditate ferri. Quod quidem
non de privatis modo et philosophis, verum etiam de summis
Ducibus et Imperatoribus memorie proditum esse legimus.
Fuit hec quondam, fuit magnorum principum laus, ut non
alia re quam litteris ceteros antire pulcrum putarent: hiidemque apud
priscos mortales reges et sapientes fuerunt.

Marcus Brutus vir et in republica Romana princeps, et ad
omnia summa natus: eo ipso die quo pugna erat Pharsalica
futura: in qua de vita sua fortunisque omnibus decernendum
sibi esse videbat: tanta dicitur legende hystorie voluptate
captus fuisse: ut impendentis periculi oblitus, in id usque
punctum temporis, absque ulla intermissione legeret, quo in
aciem dimicationemque descendendum erat.

Caius vero Julius Cesar, quo tempore hostium vi atque impres:

sione compulsus, in fluctus e navi se proiecerat, vt vite saluti sue que natando consuleret: altera tantum manu, cum vndique ab hostibus peteretur, vsus natando: altera vero libellos in altum, ne madeficerent, sustulisse legitur. neque minor ei libellorum quam salutis vite que conseruande cura fuisse. Adeo principes viri, non minus esse discere quam vincere aut iucundum aut necessarium putauerunt.

Sed fortasse studia litterarum non perinde eos delectant, qui non ita magnos in eis processus effecerunt. ita natura comparatum est, vt quo preclarior, quo admirabilior, quo magis est res aliqua expetenda, hoc aditus ad illam atque ingressus sit difficilior. Sicut magnarum arborum altitudo nos delectat, ita in virtutum studiis progressiones voluptatem mirificam, initia vero primi que introitus aliquid laboris et molestie afferre consueuerunt: vt non aliud esse debeat exitus amarissimi certius argumentum, quam si cuius rei principia sunt iucunda. Sed certe hiis qui magno sunt et excelso animo, nulli labores tam ardui videri possunt, quos non fructus glorie que magnitudine facile putent compensari. Atqui haud scio an vlla ex re, quam ex literarum studiis magis solida et expressa possit gloria comparari. cuius cum pre ceteris Principem oporteat esse studiosissimum: potest ne res esse vlla, in qua sibi magis elaborandum putet, quam vt quo vno a bestiis homines maxime prestant, hoc hominibus ipse antecellat! Vidit hoc Macedonum ille Rex Allexander, non sine causa Magnus appellatus, vt qui maiore orbis partem sub imperium ditionem que suam subiunxerit, qui cum moleste ferret, que ab Aristotele Preceptore didicerat, ea vulgata esse ab eo, et in lucem edita: qua nam inquit tandem re prestare illis poterimus, si que sumus abs te edocti, ea vulgo iam nota erunt omnibus. Nae ego multo malim doctrina quam diuitiis atque opibus ceteros anteire. Putabat Rex Prudentissimus in ordinem se coactum esse, si nichil sibi relictum esset, quo ceteris mortalibus doctior videri posset. Doctrine vero Thesaurum, omnibus omnium

"Stirpes radices que non item, ita in literarum "

Regum gazis longo intervallo non dubitanter anteponebat. Neq vero id iniuria, cum sola doctrina "esse" videatur, que Deo similem hominem reddat. Etenim cum optimus ille rerum omnium conditor et creator, suam in creandis nob effigiem expressisse legitur: non est quod in corporis line: amentis nobis cum brutis communibus, aut in vultu ad celum erecto, cuius et Simiam participem esse videmus effigiem illam positam esse putemus. Nichil habet Deus qui Spiritus est, cum carnea hac et terrena mole commune. Sola racio diuinitatis est particeps. neque alia est in nobis imago Dei, quam ipsa racio. Quam, qui doctrinarum studiis diligentissime excoluit, is ad Dei similitudinem tam prope accessisse existimandus est, vt qui mortalis quidam in terris Deus appelletur, non indignus esse videatur. cum presertim Deum ipsum eterna illa in domo, nichil aliud facere, quam rerum contemplationi vacare legamus. Quare, cum et vtilitatem Sacre Maiestati vestre, et solidam voluptatem literarum studia sint allatura: laudem vero et gloriam tantam, vix vt ea celo capi posse videatur, cum vna sit hec ad imortalitatem diuinitatemque comparandam via: nichil opere, studii, et laboris, pretermittere illam oportet, quo possit in eis tantum proficere, quantum profecisse futurum sit, vt eam non pœniteat.

Quoniam vero qui alterutra tantum in re elaborauerunt, vt vel literas sine virtute: vel virtutem sine literis consecuti sint, hijs videntur non dissimiles, qui altero oculo capti, altero tantum prospiciunt, qua ex re et ingens incomodum et multo turpitudo maior ad eos peruenit. Danda erit nobis opera, ne nos quoque eodem turpitudinis reci:disse videamur: et aliquid etiam de hijs que ad morum integritatem pertinere iudicabimus dicendum. Neque vero ea me de sententia depelli facile patiar: qua michi semel est firmiter persuasum: ita esse coniuncta inter se

et connexa literarum studia et virtutum, vt altera absq alteris nullo modo consistere queant. Qui enim fieri istud potest? vt, aut qui virtus quid sit ignorat, virtute preditus esse possit? cuius specie deceptus, sepe: numero in finitimum illi vicium incurrit: aut qui virtutis vim perspicit: atq eam rem vnam esse op: timam intelligit: (cum natura, Bona omnes omnia expetant) non ardentissimo erga id quod optimum esse videt amore feratur? non incredibili potiundi eius cupiditate teneatur? cum presertim tanta vis virtutis esse feratur, vt simul atq mentis eam oculis cernendi potestas a Superis alicui data fuerit, tantum in eo sui ardorem excitet, vt vel inuitum et recusante in sui amorem rapiat, atq ita inflammet, vt pre vna ea omnia sibi putet esse contemnenda et pro nichilo ducenda. Certe neq amat temere quisq quod non cognoscit. Neq potest eius quod bonum esse cognoscit amore non rapi singulari. Quamquam itaq tam amice inter se conivrauerunt, doctrinarum et virtutum studia, vt disiungi et diuelli ab inuicem nulla racione possint: ne qua tamen in parte officio meo satisfecisse non vi: dear, pauca quedam recte viuendi consilia asscribam. plura et copiosiora ex hiis autoribus Sacre Mti vre petere licebit, quorum salubribus preceptis mente suam expoliendam curabit. Ego ea que maxime necessaria esse duco: strictim breuiterq attingam.

Nullam esse statuo pestem adolescentie capitaliorem, q prauum prauorum comercium. cuius est tanta vis vt si qui alicui dati sunt a natura virtutum igniculi, hii nulla re alia citius, q mala malorum consuetudine extinguantur. Itaq sepe factum videmus, vt quorum optimam in partem adolescencia fuit cognita, de qbus ea omnium erat opinio, vt facti a natura ad virtute

viderentur: hii simul ac perditis ac profligatis adolescentibus familiariter uti ceperunt, repente evestigio tanquam epoto Circeo poculo, et pristinam hominis formam exuerint, et in eorum quibuscum consuetudo illis fuerat, mores abiverint. Quamobrem quanto ea in re plus est periculi, tanto Sacre Mti vrę maior est cura adhibenda, diligenter ut prospiciat, qui sint hij, qui se in familiaritatem eius velint immergere. Si qui fuerit eius generis, ut assentatiunculis, gratiam sibi Mtis vrę aucupari studeant: neque dubitent, ad voluptatem omnia referentes, unam illam pestilentissimam voce auribus eius instillare: Regi quod libet licet: eos cane peius et angue odisse, eos a convictu suo, familiaritateque procul debet repellere: atque hanc sententiam pectori suo inscriptam habeat: sepius multorum regum opes, assentationem, quam hostem evertisse. Viros autem graves, de quibus preclara virtutis est opinio, eos imprimis amplectatur: ab eorum latere si fieri possit nunquam discedat. Neque ad ludum iocumque, sed si quemquam mortalium se pre omnibus, ad res maxime serias gravesque ad intelligendum, ad agendum se natam esse sciat. Neque cuiquam minus quam sibi licere persuasum firmiter habeat. Quivis enim de fece vulgi liberiores habet rerum omnium voluntates, quam regia Mtas, que tot populis, tot gentibus imperatura, non ad aliud se, quam ad intelligendum, ad agendum natam esse semper debet meminisse.

Non eo id scribo, quod Regie Mti vrę honestis omnibus solatiis interdictum esse velim. Longe absum ab ea sententia. Licebit Mti vrę dare se interdum iucunditati: Licebit ludicris certaminibus, licebit pila: licebit venationibus, equitando, currendo, corpus exercere. Etenim remittere quandoque animum, non solum opus est

verum etiam necesse. Qui si semper gravibus curis distentus sit, conficit corpus, et debilitatur. Neque quod libenter faciat diu quis facere potest. Sed et honesta velim esse solatia, et modum eis adhiberi. et eam semper cogitationem animo Sacre M^tis v^re observari. bone tantum valetudinis causa conservande, non esse hec aliquando obmittenda. ceterum aliarum rerum intelligendi agendique curam Principi esse debere potissima.

Illud tamen imprimis M^ti v^re observandum puto, festis ut diebus, a ludicris certaminibus, precipue vero a venationibus abstineat. Ne ve nisi Sacris prius operata fuerit, cibum in illis capiat. Est enim equissimum mentem prius quam corpus cibo refici, neque quidquam est divine rei preuertendum.

Sacra M^tas regia: ubi maiores in l^ris habuerit M^tas v^ra progressiones, ab omnibus hiis qui omnium seculorum res gestas l^ris mandauerunt, ita esse memorie proditum reperiet: hys demum regibus & principibus feliciter atque ex animi sententia cecidisse omnia, qui diuini cultus fuerunt studiosissimi. Eos contra grandi semper ma: ctatos infortunio, qui se hac in parte negligentiores pre: buissent. Non longe abierit Sacra M^tas vestra Ser^mus parens illius, quot et quantas victorias et tri: umphos de multis suis atque hiis sempiternis hostibus re: portauit. nunquam fere, faxit Deus ut proprium hoc rum illius, tum v^re quoque Sacre M^ti sit et perpetuum, in dubiam Martis aleam descendit. descendit autem sepius quam quisquam vel nostra memoria regum et Principum Christianorum, vel omni memoria nostrorum Regum, quin diuina ope et misericordia adiutus, victoria fuerit semper potitus. id alius militum robori, alius Impe:

ratorum virtuti tribuet: Ego quamquam de horum quoque laude nihil delibatum cupio: felicitatem tamen hanc Ser^{mi} regis nostri, soli pietati illius ac religioni accep:ptam ferre nihil dubitauerim.

Possem etiam non neminem commemorare, artissima necessitudine Sacre M^{ti} vre coniunctum, qui cum voluptatibus se totum tradidisset: Dei timorem ex: pectore excussisset: studium religionis abiecisset, cuius rei sine lachrimis meminisse non possum, viridi etiam tum etate, recenti omnium memoria, et se, et regnum suum perdidit. Sed odiosis in exemplis nomen ta: cuisse satius fuerit. Per Deum imortalem quaeso atque obtestor Sacram M^{tem} vram, domesticis ut ex: emplis hijsce incitata, impietatem fugere, religionem amare discat. Nos M^{tem} vram et Regem habemus & dominum: ipsa quoque alium habet multo maiorem potentioremque regem et Dominum, quem nisi timuerit: nisi coluerit: nisi dicto audiens illi fuerit: nunquam M^{tas} vra tam graues a quoquam subditorum suorum iniurie M^{tis} sue penas expetere poterit, quin ille quod tamen procul omen auertat, multo sit ab eadem grauiores exacturus. Qui etiam, qualem se erga fidei potestatique sue subiectos Sacra M^{tas} vestra gesse: rit, talem regem suum virissim erga se experietur. Qua porro fide et obseruantia erga illum fuerit, eandem a suis expectabit. Sed hec Sacris ex Concio: nibus M^{tas} vra discet melius. quas quidem et sepe et diligenter ab ea audiri velim. Nihil fieri poterit M^{ti} vestra felicius beatiusque: si et audire Deum, et loqui cum Deo Statis temporibus nunquam intermittet. Tunc autem audire se Deum putabit, cum preconem

eius diuina precepta proferentem audiet. Deum audit, qui eum audit. Deum contemnit, qui eum contemnit. Loqui vero cum Deo tum se Mtas vestra existimet, cum vel in Cubiculo suo, vel in Templo puro ex corde preces ad Sacram Mtem eius fuderit. Id quod quo faciet frequentius, hoc se in maiorem eius gratiam insinuabit. Futurumque est, Vt Sacra Mtas vra. et in hac vita prosperos et felices rerum omnium successus sit habitura: et cum eterna illam in domum ex hac luce migrauerit, id quod vtinam sero contingat, ea pietatis et religionis sue premia laturo, que nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascenderunt.

Habet Sacra Mtas vra ita vt desyderare a me visa est meas lras, sed longiores fortasse quam volebat. Michi vero non erat initio propositum tam copiose scribere, sed amore erga Mtem vram prouectus sum longius. Cui si operam hanc meam gratam esse intellexero, eadem non grauabor sepius eam nauare: atque omnia ad eam identidem consilia mea perscribam, que huic eius etati fore putauero accomodata.

Hoc a Sacra Mte vra maiorem inmodum peto, Vt me seruitutemque meam Serenmis parentibus suis diligenter commendet, eosque roget, vt qua me presentem gratia sunt aliquando et clementia prosecuti, eandem absenti quoque nunc impartire dignentur. Si fidem erga se meam et obseruantiam tot iam annorum spatio perspectam habent, et multis in rebus exploratam: si nichil de ea ne nunc quidem propter hanc locorum disiunctionem detractum esse intelligunt: si curas meas omnes, omnes cogitationes meas in eo euigilare vident, vt magis indies atque magis

omni meo obsequio, eorum michi voluntatem deme-
reri, eorum gratiam augere possim: faciant hoc
pro sua bonitate Principes optimi clementissimique, ut
mei corpore absentis, animo presentis, ad omnia iussa
eorum et mandata exequenda promptissimi paratissi-
mique benignam rationem habere dignentur.
Hoc si Mtas vra ab illorum Serenissimis Mtibus optatum
tulerit, nullum eo maius, nullum gratius, nullum
dare michi munus poterit optatius. Quod reliquum
est: Dominum Deum oro, et orare nunquam desinam
ut Sacram Mtem vram in sua gratia, inque rerum omnium
affluentia, et summa felicitate saluam et incolumem
quam diutissime conseruare dignetur. Cui me rursus suppliciter
comendo. Datum in Arce mea Bodzanczin. Die
Secunda mensis Aprilis. Anno domini 1535.

Eiusdem Sacre Mtis vre Regie

Orator et Capellanus
Petrus Tomiczki Eps Crac
Regni pol. Vicecancell

Sigismundus Secundus Augustus Rex Poloniae
Petro Tomiczki Epo Cracc. Regni Polo^e Vicecancell^o.

Rx^de in Christo pater sincere nobis dilecte. Salutauit nos verbis P. vestre Venerabilis Samuel Maciejowski, canonicus Cracouien, Ser^mi Regis domini et parentis nri colen^mi Secretarius, litterasq3 reddidit sane gratissimas, quibus P. vestra pro sua prudentia proq3 in M^tem Regiam pium parentem nrm, nos et Rempublicam nram studio et affectu, nos salubri consilio admonet, ad virtutes praeclaraq3 facinora Illustrium virorum imitanda, studiumq3 literarum capessend. Equidem marte nro, quantum iuuenilis aetas nostra sinit, virtutes magno animi feruore amplectimur, Sunt enim nobis ante oculos tot clarissima gesta Ser^mi parentis nostri a quo exempla depromimus et vt possumus imitamur, nauantes omnem operam, ne ab illius M^te vel in minima re degeneremus, nec tempus ocio conterimus, litteris diligenter incumbimus, Tanto autem diligentius his omnibus aduitemur, salubri consilio et monitionibus P. vestre adacti, cetera Deus opt: maximusq3 secundet, Pro eo autem erga nos studio et affectu atq3 obseruan^a, habemus gratias P. vestre. Quam bene valere percupimus. Dat Vilne die xxv mensis Aprilis. M. D. XXXV.

Ad mandatum S. M^tis
Regie M^tis propriu

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancellarius Sigismundo Secundo Augusto Regi Poloniæ.

Sacra Mtas Regia, et domine clementissime. Post seruitutis meæ et orationum commendationem. Quod consilia mea, Sacra vestra Mtas, grato animo acceperit: magnam ex eo et solidam cepi voluptatem. Meum certe animum ad ea quæ scripsi, scribenda, summum studium et obseruantia erga Sacram Mtem vestram impulit. Nam cum innumera in me constent Serenissimi parentis eius beneficia, non satis gratam et memorem voluntatem illi me præstitisse arbitrabar, si ad nutum illius voluntatemque me conuertissem: si omne illi studium meum dicassem: si labores omnes atque onera illius causa prompto atque alacri animo subijssem: nisi ad vestre quoque Mtis rones, pro virili mea adiuuandas, aliquam curæ et cogitationis meæ partem deriuassem. Facta itaque sunt a me omnia ex abundantia amoris et obseruantiæ, tum in Serenissimum patrem Mtis vestre, cui omnia mea, meque ipsum propemodum debeo, tum in ipsam Sacram Mtem vestram, cuius nascenti laudi faueo, et maioribus indies incrementis augeri eam et amplificari cupio. Quantoque id cupio ardentius, tanto Mtem vestram quæso atque obtestor vehementius, vt monita mea et consilia, pectori ita infixa esse velit, nulla vt rone euelli inde possint. Atque vtinam, cum libero esset et vacuo animo a studijs grauioribus, mea illa scripta, in manus sumere, et lectitare non grauaretur, in spem venio certissimam, si et crebro legerit, et cum legerit, ea factis exequi curauerit, fore, vt magnam apud omnes non laudem solum, verumetiam admirationem consequatur. Amorem uero et studia mortalium omnium sibi conciliabit

tanta, felices ut illi et beati cunctorum iudicio sunt futuri, quibus beneficio superum talis tantiqz Regis Imperio dicioniqz subesse contigerit. Neqz erit quisq ex hijs, qui in fide potestateqz futuri sunt. Sacre Mtis vestre, cui salus et dignitas illius, priuata sua cuiusqz salute et dignitate non sit charior et antiquior futura. Qua vna re quod potest vinculum esse firmius, ad eos quibus imperes in officio retinendos? Amore enim et beneuolentia extorquentur a subditis omnia citius et facilius q alia quauis ratione, quae quo fuerit ab hac magis diuersa, hoc eo minus profici consueuit, hanc sententiam in ore atqz in pectore Mtas vestra semper habeat. Non exercitus atqz thesauri praesidia Regni sunt, verum amici, quos neqz armis cogere, neqz auro parare queas, officio et fide parantur. Sed ego imprudens ad monita iterum delabor: cum Sacram Mtem domi habere sciam, qui non solum preceptis, verum etiam institutis augere eam possint. Dabit michi veniam Sacra Mtas vestra, si quandoqz studio illius longius prouehor. Quanq neqz ab etate illius, neqz ab officio meo, alienum id esse videtur. Vt nulla mea Epla absqz aliqua tamen sentencia ad eam perueniat. Quam deus Opt: maximus lris instructam, virtutibus ornatam, felicitate cumulatam, laude et gloria illustratam in senilem vsqz et decrepitam aetatem incolumem seruare dignetur.

Queso Mtem vestram, vt me seruitutemqz meam Sermis parentibus suis, quorum reditus in summo nunc est desyderio et expectatione omnium diligenter commendet, tum sibi quoqz me charu habeat et commendatum. Dat ex Oppido meo Kielcze die v Julij. Anno Domini Mo. Do. XXXV.



Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell. Ioanni Andree de Valentinis Medico Bone Reginae.

Venerabilis et egregie domine, frater et amice in Christo charme. Quod tam diligenter in placando Reginalis Mtis erga nos animo, operam nobis suam studiumque D. vestra nauauerit, magnas illi et habemus et agimus gratias. Etsi quantum profectum sit certum non habemus, tamen cum dubie fuerit litterae, vt nil inde certi posset elici: vtrumque autem suspicari liceret: et superesse adhuc nonnullas offensionis reliquias: et esse tamen aliqua ex parte mitigatam, libenter nobis persuasimus id esse quod malebamus, neque putauimus nobis cum hera nostra contendendum esse, et argumenta illius refutanda, quod et factum est a nobis id superiori Epistola, et verebamur, ne si denuo fecissemus ad restinguendum incendium oleum attulisse videremur, volunt sibi concedi principes, volunt voluntatem esse pro rone, neque facile patiuntur sentenciam suam impugnari, et caute cum illis agere oporteat [negare videtur Mtas Rlis rem cum equitate congruere. Nos vero si quisque vnque semper fuimus equitatis studiosissimi, neque dubitauimus illius causa quosuis nobis inimicos capere, vt a nemine id nobis impingi possit, quicque nos aut fecisse, aut fieri aliquando postulasse, quod esset equitati contrarium, Causa autem hec, cui nos fauemus, que equa sit aut iniqua, neque Reginalis Mtis, neque nostri est iudicii, fauor enim vtriusque iudicium, ita perstringit, vt verum ipsi videre non possimus, Sed videbunt hoc integerimi Iudices in vrbe, quorum iudicio cum licere per se Mtas Reginalis scripserit, vt causam hanc citra

animi eius offensionem, permittamus, fuit hoc nobis gratissimum. Planum enim fiet breui omnibus, num res cum æquitate cōgruat: num quid a nobis iniqui postulatum sit, ex euentu litis de eo iudicium facere licebit. Quod vero scribit D^o vestra, non alia re M^tis Reginalis animum commotum fuisse magis, q quod in album Cracouiensium Canonicorum Dominus Felix Naropinski receptus non esset. Mirari satis non possumus, nondum illi satis hoc diluisse videmur. Quis enim esset qui nesciat, in manu nostra non esse, quem velit Capitulum nostrum in Collegium suum cooptare. Quod si penes nos esset eius rei p̄tas, esset iam dominus Doctor Ioannes, Cracouien̄ Canonicus, cuius causa cum nos plurimum laborassemus, irriti tamen ceciderunt conatus nostri omnes. Quæ vel sola res documento esse potest. q Dominus Felix receptus non est, eius rei penes nos culpam residere nullam. Qui vt iam receptus fuisset, neq̧ tamen vel illi accessisset, vel propinquo nostro detractum inde quicq̄ Iuris fuisset, vt nec nobis cur quominus reciperent impedirem⁹, causa vlla esse potuerit, nec illi cui id factum non esse aut doleat, aut queratur. Sed eadem esse causa n̄ra videtur, quæ illius, quę cum inferne potaret, e riuo aquā, tamen superne ex eodem bibenti turbare visa est. Irasci nobis voluit M^tas Reginalis, non quia sic meruimus, sed iuuat hoc facere, tamen quod optamus, idem etiam speramus, iam esse multo maximam offensionis partem depositam, id quod cum bona ex parte D. ṽre debeamus, ab ea petimus, vt extrema cum primis contexat, et de reliquijs quoq̧ irarum abigendis curet. Cupimus enim vehementer animum M^tis Reginalis erga nos prorsus esse nobis placatum et mitigatum. Quod si opera D. vestre effectum fuerit, omnibus id officiis nostris referre illi curabimus.

Bene valeat et sit semper felix. Dat. in Arce Bodzanginen
Vltima Marcij. Anno domini. M^o. D^o. XXXV.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Petro Opaleniczki Castell° Landensis. et
Magistro Curie Sigismundi secundi regis
Poloniae.

Magce domine patrue et amice charissime. Et miramur ac grauit et molesto animo ferimus, quod tam longo temporis interuallo, ne verbum quidem ad nos vnum D° vestra scripserit, quodsi argumenta scribendi sibi suppetere negauerit, est in Aula Regia, vbi quiduis potius quam materia scribendi deesse volenti potest, nobis quidem hac vti excusatione liceret, qui in solitudinibus hijs vitam degimus, vbi scribendi nulla se offert occasio. Accedit eo morborum omne genus, quod nos veluti agmine facto, circumsiliut, et toto ferè vertente animo miserandum in modum affecit, vt mirum videri non posset, si nostrum a quoque in scribendo officium requiri passi essemus, nos nichilominus, cum iustas causas tacendi haberemus, fieri potest, vt non multos scribendo prouocauerimus, certe non commisimus, vt eorum qui ad nos scripsissent responsum quisque nostrum desyderare posset, Adeo sumus non presentium solum, verumetiam absentium amicorum studiosi, cum animorum non corporum coniunctio amicitias conciliare soleat. neque quicque impediat, quominus eorum sint animi coniunctissimi, quorum corpora vel maximo sunt locorum interuallo disiuncta, Sed in Dnem vestram recte quadrare illud posse videmus, quod iam vulgi Sermone factum est tritum prouerbium. Quantum oculis animo, tam procul iuit amor. Quo quidem vel Appolinis oraculum verius non esse, sæpe iam nostro ipsi periculo didicimus. Quotusquisque enim est ex his, qui coram se nobis venditabant, summumque erga nos amorem et beneuolentiam preseferebat, qui nunc vel minimis lrīs

non omnem prorsus nostri se memoriam abiecisse, testatum nobis faciat.
Nondum fortasse, raucus factus est isthic rumor ille, qui fuit dissi:
patus de lucis huius vsura nobis erepta, atqz hec est nonnullis nil
nobis scribendi causa, q̄ nos in viuis amplius esse non putant. Nam
quæ sit alia, nos coniectura assequi non possumus, nisi aut hec, aut
contemptus nr̄i, aut obliuio. Nos qui scimus amicitiam ali et confir:
mari, mutua ista vltro citroqz lr̄arum missione, quoties vel ma:
teriam vel facultatem habere scribendi possumus, non grauatim
ea vtimur, sed ab aliis secus factitari videmus, qui p̄ntes tantū
amicos, atqz eos in quorum oculos sepe incurrunt, colere sciunt et
obseruare: simul atqz videre eos desierunt, amici quoqz esse desi:
nunt, contemnunt absentes, et pro nichilo ducunt. In quo genere
hominum, si a nobis numerari D. vr̄a non volt crebro scribendo
quanti nos faciat, planum nobis facere ne grauetur, nam si alie:
ni qui nulla prorsus necessitudine nos attingunt, multa tamen
multi ad nos scribunt, quid D. vr̄am equum est facere; quæ
plurimis non amoris modo, verum etiam propinquitatis vin:
culis nobis est copulata, nisi forte vr̄a quoqz D.o pro virili
sua confirmare illud studet, quod de insigni nostro gentilicio
dicitur, inter eos qui Cymbe gestant insigne, nullam esse
solidam amicitiam, mutuis eos ardere odiis, grauesqz sepe nu:
mero inimicitias exercere. Quæ quidem ratio nobis nunq̄ fuit
probata, atqz ab ea D. vr̄am longissime abesse vellemus.
Plura D.ni vestre superuacaneum esse scribere duximus, cum
habitura ibi sit Dominum Marzieowski nostrum, qui que
verbis nostris D.ni vestre referret, in hys ne minorem ei fidem
habeat, q̄ si nos ipsos loquentes audiret. Bene valeat D.o vr̄a
Dat. in Bodzanczin Anno domini Mill D.o XXXV.

Petrus Opaleniczki Curie regis Magister
Petro Tomiczki Epo Cracc. Vicecancell.º

Rme in Christo pater domine et domine meus gratiosissime.
Post humilem seruiciorum meorum commendationem. Lre Rme vre D. quas pridie michi reddidit Dns Magieowski, partim quidem me perturbauerunt maxime, verebar enim plurimum ne tarditatem istam meam, quam accusare dignatur, tanti fortasse apud se faceret, atqz propterea gratia sua, qua me hactenus complectitur, nunc demum priuare me vellet. Rma vra Dº. qua re nichil michi accidere posset grauius, quippe qui omnem spem meam michi semper statui, in patrocinio Rme D. vre. Sed vbi reliquum lrarum vidi, quibus clementissime, atqz prue magis pro sua in me gratia me admonet, quod pientissimi patroni, officium est, cepi melius sperare, atqz timorem demu quem non paruum iam conceperam. excutere. habeo itaqz humilimas gratias, Rme vestre D. pro ea gratia, qua ita ... grome me complectitur, atqz vtinam aliquando, vel minimo sata ex minimis Rme vre D. seruitoribus, ego ad vsum esse, et beneficentiam istam seruitute mea qnqz promereri possem. Supplico autem ne interim vel maliconsulere, vel id de me persuadere sibi velit, hoc officium scribendi incuria, tarditate, aut tot Rme D. vestre. in me præstitorum beneficiorum, obliuione et negligenᵃ esse commissum. Scripseram enim ego certe antea aliquot lrīs, de rebus meis. ad Rmam vram D. atqz de earе maxime consilium capiens. si hinc in Poloniam, ad aliquot septimanas, michi ire licuisset, cum bona gratia Rma vre D. Q vero

387

frequentius non scripserim. Reuerentia potius factum estimet personae sue Rxma v. D. quam mihi, semper alioquin occupatissimam, lris meis vacuis, insuper etiam obruere. non ex re fore visu. Veritus certe ne illi molestie, forte aliquid fecerim. si crebrius illa obtunderem. Rogo tamen si quid deliqui, gratiose indulgere mihi velit, atqz gratia, et patrocinio suo. ita vt suos solet. me quoqz non derelinquere. De me autem omnia, quae bonum et integrum seruitorem attinent sibi certo polliceri. Fateor Rxme dne familie nostre, hoc vetus esse vicium, qui cum alios etiam exteros quosqz colunt maxime, suos plerunqz negligunt, atqz plerunqz mutuo dissident, Sed hunc morem ego teste Rxma vestra D. et improbaui semper, curauiqz diligenter, ne quid inter eos dissidij esset. De longa vero Rxme vre D. felicitate, et optima illius salute, quin ego siem studiosus. facile conicere quisqz potest, quippe et iure coniunctionis familie, cui non parum debetur, tumqz non minus, propt tot Rxme vre D. maxima beneficia, erga me praestita, atqz insup quia spes mea omnis, in sola est Rxma vra D. quae negligere stulti penitus et insani esset, Supplico itaqz deponere tandem velit si quid aliud de me existimauit Rxma vra D. Cui ego me et perpetuam meam seruitutem, nunq defuturam, integro animo sicut antea, ita nunc quoqz et offero et polliceor. Cum his me gratie vre Rxme D. tanq dno et patrono meo clementissimo humilime commendo. Quae felicissimo diutissimoqz tempore valeat semper. Dat Vilne XXvj Aprilis. Anno domini Mo Do XXXo

Petrus Tomiczki Eps Craccouien
et Regni Poloe Vicecancellar.

Aberto Gastolto Palatino Vilnen
et Cancellario Magni ducatus Lituae

Magce domine, amice charme ac honoran. Misi ad Mtem Regiam, dominum Samuelem Maziecowski, Canonicum Cracouien nunctium, atqz vnum ex intimis Seruitorem meum, quo chariore habeo neminem, Mtis etiam Regie Secretarium. Hunc Magcam vestram D. visere iussi, Salutemqz ei verbis meis dicere, et singularem animi erga eam propensionem declarare. Quare rogo Magcam D. vram, vt eum leta fronte excipere: benigne audire: neqz minorem verbis eius fidem habere velit, q si meipsum dicentem audiret. Ita vt superioribus meis litteris M. D. vre Dominum Joannem a Tharnow Palatinum Russiæ fratrem meu ardissima michi propinquitate coniunctum, diligenter commendaui, nunc quoqz similiter, atqz adeo si fieri possit diligentius commendo. vtqz eum cum isthic venerit, omni amore et beneuolentia prosequi dignetur, magnopere queso. Illud autem imprimis peto, priusq Vilna discesserit, ad prelium cum Moscis ineundum, vt Magca D. vra vna cum alijs Magni Ducatus Senatoribus et consiliarijs, ad Regiam Mtem adire ne grauetur: illiqz supplicare, vt ne fratrem istum meum Dominum Palatinu Russiæ, de Mte sua Regnoqz eius et dominijs optime meritu discedere a se ne patiatur, nisi prius Cracouiensi Palatinatu eum ornauerit, ita enim futurum est, vt cum virtuti honorem haberi intellexerit, maiore illius studio, cupiditateqz inflammetur, nullum discrimen adire recuset, neqz corpus suum offerre dubitet: dum illius iactura, salus Dominiorum Regiæ Mtis represen:

tari possit. Ea res vt imprimis curæ sit M. D. vestre maiorem in modum peto: atq; vt reliquos etiam Senatores, presertim eos quos sibi et illi nouit esse amicos et beneuolos ad idem faciendum cohortari velit. Cum enim meq; vna hoc tanto beneficio reddítura est sibi Magtia D. vra multo deuinctissimum: tum patrie sue Magno Ducatui Lithvaniæ, magnum commodum allatura, tanto enim maiore alacritate, in defensionem eius, pro virili parte sua incumbet, quantominus irritos priores labores suos cecidisse intellexerit. Vbi autem honos publice non est, ibi gloriæ cupiditas, ibi virtutis studium esse non consueuit. Opto Magcam D. vram felicissime valere: atq; vt me sibi charum habeat et commendatu maiorem in modum peto. Dat in Arce mea Bodzanginen die vltima Marcij. Anno domini. M°. D°. XXXVto

Petr. Tomic. Eps. Vicecancellarius
Georgio Raduilo Castel. Vilnensi
Exercituum Litua. Capitaneo.

Magnifice domine fr et amice charme ac honoran. Magnum ex eo dolorem accepi, cum est ad me allatum, Moscos coacto valido exercitu, in terras Magni ducatus Lithuanie cursim irrupisse, predas magnas egisse, ferro et igni longe lateq; depopulatos esse omnia, ingentem cladem attulisse: plurima damna dedisse. Neq; dubito quin vra Magtia pro eo atq; officium illius postulat, tantu mali a Terris Mtis regie omni ratione sit auertere conata. Sed copias illi defuisse audio: quarum virtute, et iniuriam propulsare, et penas ab hostibus persequi posset. Nunc cogitandum esse censeo, racionemq; aliquam ineundam, qua par pari referatur. atq; de crudelissimis hostibus, quod meriti sunt supplicium, Christo

auxiliante sumatur. Quam rem M. D. vre inprimis curae futuram persuasissimum habeo. praecipue cum erit maioribus copiis instructa. Vt non solum propulsare, verum etiam inferre bellu hosti possit. Ego quod mei est officij, Deum Optimum Maximum vna cum vniverso clero meo, precibus fatigabo, vt omnia vobis isthic prospera cedant et secunda, vt maiore hostes mactare possitis infortunio, quam quanto superioribus hisce diebus, affecti ab illis estis.

Dedi in mandatis domino Samueli Maczieiowski Can^co Eccl^e meae et Secretario Regio, vt Mag^cam D. vram visat, et salutet meo nomine: faustaque illi et felicia omnia precetur. Mag^cam D. vram plurimum rogo, vt eum hilari fronte excipiat, benigne audiat, verbis eius eandem fidem adhibeat, quam michi coram dicenti esset habitura. Valeat felicissime Mag^ca D^o. vra, meque charum sibi habeat et commendatum. Dat in Arce mea Bodzanczinen die vltima Marcij Anno domini M^o D^o. XXXV^to

Petrus Tomiczki eps Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Maiestas Regia et domine, domine clementissime. Post humilem perpetue servitutis meae et orationum commendationem. Animadverti eos quibus amplissimae fortunae contigerunt: qui vel in Pontificum Collegium cooptati, vel aliis opimis Sacerdotiis aucti sunt et honestati; aut divitiis fere cumulandis studere, aut possessiones propinquis suis et necessariis fratrum precipue, sororumue filiis emere: vt cum vel has, vel pecuniarum saltem vim ingentem eis reliquissent, haberent

tamen, quo vitam suam honeste traducere possent. Me vero nullu unq ei rei studium cupiditasq incessit, vt aut congestis vndiq saccis indormirem inhians, aut de bonis aliquibus prædiis necessariis meis providerem: non quo minus eos amarem, minoriq michi curæ fortunæ eorum essent: neq enim ita sum omnis humanitatis expers. neq tam ab omni officio ac pietate remotus: sed quod alterum sordidu esse et illiberale semper iudicavi: alterum fere parum feliciter evenire consideravi: que enim ex semel Deo dicata consecrataq pecunia, bona comparantur, ea vetustatem habere non consueverut. et ab his quibus empta sunt, ad alios facilime sæpissimeq Dominos transferuntur. Mea itaq semper fuit ratio, propinquorum meorum fortunas Divinæ primum, tum vestre quoq S. M^tis gratiæ providentiæq committere, quas vero sum facultates consequutus, quarum me minime pænitet, eas in eius honorem conferendas putavi: cuius sum beneficio consequutus. Quapropt cum gratia et benignitate S. M. vre amplissima quæq sim consequutus, atq ita consequutus (o bonitatem et clementiam S. M. vre admirabilem) vt pleraq ne in petentem quidem alia in verbo tantum petentem, plena quod aiunt manu liberaliter effundere sit dignata. memor istius immensæ bonitatis, copiis et facultatibus, singulari beneficentia S. M^tis vre mibi concessis, ita vti volui, vt ad aliquis ex iis ad optimum beneficentissimumq earum largitorem, honos et gloria redundare posset, neq est quod sperent propinqui mei, postea q æternam illam in domum discessero. thesauros se aliquos a me repositos, reperturos. Nunc duo michi sunt fratris mei filij, tenera quidem adhuc ætate sed quos homine libero dignis artibus summa diligentia perpoliendos curo. quibus ego. contra quam omnes alii Episcopi consueuerunt, præter victum et amictum nichil sum largitus: atq adeo ne quid expectent quidem, magnopere sunt habituri, antiquior enim michi semper fuit S. M. vræ honoris, q ipsorum vtilitatis cura. Sed quæ sint de me posterorum futura iudicia metuo: cum hiis qui mihi sunt arctissimo

cognationis vinculo copulati, nichil a me benigne factum esse viderint, cum summam eius rei facultatem habuerim: et vulgo ita persuasum est, et a doctissimis prudentissimisq viris memoriae proditum, qui suos negligit, eum alienos pluris non estimaturum. neq esse ab eo praeclara in Rempublicam merita expectanda. cuius in priuatos et domesticos nulla extant beneficia. Non possum certe non esse vehementer solicitus, ne iis etiam quae in Rempublicam contulisse videor officiis, fides apud posteros derogetur, et quem inhumanum erga suos atq impium fuisse viderint, eum Reipublice studiosum fieri potuisse non sint credituri: cum hoc metuo, tum istud quoq non mediocriter pertimesco. cum ex ephaebis mei nepotes excesserint, fueritq aetas eorum consilio et ratione firmata: posteaq intellexerit se patruum habuisse, qui et gratiae et authoritatis non postremum locum apud Sacram M^tem^ vram tenuerit, neq tamen vel tantillum patrocinio illius adiutos esse, ne mortuo mihi male precentur. quòd tanta in eos crudelitate fuerim, vt cum alienos subleuauerim atq euexerim, nepotum qui mihi filiorum esse loco deberent, ne minimam quidem rationem habuerim. His ego rationibus permotus, cuius alterius opem et clementiam implorarem, quam S. M^tis^ vre, ab eodem propinqui mei auxilium expectare debent, a quo ego quicquid sum id omne consequutus sum. Quare S. M^ti^ vestre, qua summa possum animi mei demissione supplico, vt cum alterum ex nepotulis meis eximia spe puerum, qui iam pro aetate, magnos in litteris processus effecit, et praeclara est indole praeditus, sacris ~~imitari~~ initiari velim, ita rationibus illius prospicere dignetur, vt nullam patruo suo sui curam fuisse queri aliquando non possit. Peto a Sacra M^te^ vra, vt Iuspatronatus Praepositurae Lancicien. fratri meo domino palatino Iuniwladislauien. et D. Castellano Calisien. concedere dignetur. vt simulatq per decessum, siue per euectionem in aliquem Episcopatum Dni Ioannis Laski, nepoti eam meo conferre possint. Si nemo

vacare reperit

vnq simile aliquid a S. M^{te} vra impetrauit, impudenter facio
qui primus id meis precibus dari postulo. Sed si multa multi
eiusdem generis a Sacra M^{te} vra opta tulerunt, ne quaeso
hanc mihi ignominiam velit impositam, vt quod alii complures
obtinuerunt, in eo solus ego repulsam tulisse videar. cum meae
quoqz si cuiusq alterius curae et cogitationes omnes in eo semper
euigilauerit, vt omni qua possem ratione, gratum me et memorem
diuinorum beneficiorum S. M. vre in me declarare possem:
nullos vnq causa illius labores fugerim; nullum onus detrecta:
uerim; nullam bene merendi occasionem prudens praetermiserim:
Det hoc quaeso precibus meis, det aetati meae, quam in seruitus
S. M. vre totam consumpsi, vt laborum meorum mei nepotes
fructum aliquem capiant. Neqz vero in suum ad nos prosperu
reditum eam rem reiiciat, scriptae iam sunt literae, parata omia
nichil restat aliud, nisi vt manu Sacrae M^{tis} vestre subscriban:
tur, atqz obsignentur. Cui rei ne quid morae velit interponere
magnopere quaeso. Michi enim acta iam propemodum et decur:
sa aetas est: non longe abesse oportet tempus illud, quo me aeter:
nam in domum suam, ex isto corporis mei diuersorio, conditor
et creator meus est vocaturus. Cupio viuens meis benefacere.
qui ex me solo pendere toti videntur, Cupio viuens Sacrae M^{te}
vre pro tanto beneficio gratias agere, Deum vt gratiam referat.
precari. Cupio viuens nepotes meos cohortari, vt quicquid ego
fuerim, quicquid ipsi sunt, futurine sunt, id omne secundum
Deum soli S. M. vrae acceptum ferre discant, Diuinam Maie:
statem precibus suis fatigare nunq intermittant, vt et vitam
longam, et omnem prosperitatem felicitatemqz Sacrae M^{te} vrae
concedere dignetur.

Quoniam vero in Ecclesia Collegiata Sandomiriensi, quae maio:
rum Sacrae M^{tis} vrae insigni munificentia et liberalitate,
bene ditata est et locupletata, nullos fere residere video, eamqz
esse quasi desolatam: quod beneficio S. M. vrae aut externi

peregrinique homines Prælaturis et Canonicatibus illius Eccl^e
auerti, aut ij quibus aulam sequi est necesse, aduocaui ex
Premislia, virum probatæ integritatis D. Thomam, eumque bonis
meis Zlotha Sandomiriæ vicinis præfeci: ob hoc maxime, vt
haberet aliquem Ecc^a illa residentem. Cuperem autem residen:
tium numerum augere: quare Sacræ M^ti Vræ supplico, vt
michi vnam saltem ex dignitatibus et præbendis Ecclesiæ illius
concedere dignetur, quam ego possim bono viro conferre, qui ha:
bitare ibi non sit recusaturus. Factura est Sacra M^tas vra
rem, et excelsa virtute sua pietateque dignam, et omnibus
meis michi obsequiis promerendam. Dominus Deus seruet
Sacram M^tem vram ad multos annos incolumem et felicem
In cuius gratiam me rursus suppliciter commendo. Dat.

Ius patronatus ad Pposituram Lancicien
pro Tomiciolo nepote

Sigismundus primus Rex Poloniæ

Significamus tenore pñtium quibus expedit vniuersis.
Quia nos haben rationem fidei ac benemeritorum de nobis
et Republica Regni nostri Magnificorum Stanislai de Tho
mice Palatini Juniuladislauien, et Coninen, Pisdren, Capita:
nei, et Andreæ de Gorka Castellani Calisien, Consiliariorum
nrorum, Ipsis ac eorum vtrilibet, Iuspatronatus seu Iuspresen:
tandi nostrum ad præposituram Ecclesiæ Collegiatæ Lancicien
siue per cessum vel decessum, siue etiam per promotionem
ad Epatum Ven^lis Ioannis Laski moderni illius possessoris
seu alio quouis modo. primo et proxime vacaturam pro vna
duntaxat vice, dandum et conferend duximus, damusque

395 791

et conferimus harum serie lrarum, vt videlicet liceat eisdem
Magnificis Stanislao de Thomice, et Andreæ de Gorka tan:
q veris et legittimis patronis, ambobus vel alteri ipsorum, ad
prædictam præposituram Lancicien quocunqz prædictorum
modorum, primo et proxime vti præmissum est vacaturam.
personam idoneam, statuiqz Ecclia[co] aptam presentare. Bea:
tissimo itaqz patri et domino domino Paulo tercio diuina
prouidentia Sanctæ Romanæ ac vniuersalis Ecclia Papæ
moderno, ac pro tempore existenti, seu sanctitatis sue Cancella:
riam dirigenti, aut cuicunqz alteri ab illa ad id potestatem
habenti, hanc nostram Iurispatronatus donationem in hoc denu:
ctiamus, vt dum præfati Mag[ci] Stanislaus de Thomice ac
Lucas de Gorka, vel eorum alter in casu vacationis præpturæ
Lancicien prædictæ per cessum vel decessum, aut etiam per
promocionem ad Epatum Ven[lis] Ioannis Laski, moderni illius
possessoris, aut alio quouis modo, ad eam ipsam præposituram.
personam idoneam præsentauerint, aut alter eorum præsentauerit,
eidem personæ de eadem præpositura Lancicien, perinde atqz
nos ipsi pntaremus, vel Ser[mus] filius noster Sigismundus
Secundus Rex presentaret, prouidere dignetur ac velit. Non
obstantibus aliis lris nostris a nobis quibuscunqz personis, cuiuscunqz
status, dignitatis et ordinis existentibus desuper antea
concessis, et post hac concedendis, quibus omnibus ex legittimis
et rationabilibus causis authoritate nra Regia derogamus.
per pntes, quas in earum robur firmius ac magis euidens
testimonium, manu nostra subscripsimus. Sigilloqz nostro appen:
so comuniri mandauimus. Datū Vilnæ Aprilis
Anno domini M[o] . D[o]. XXXV[to]. Regni nri anno XXIX[o]

189

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Poloniae.

Cum multe Regni Regiones Palatinis careant, permagnam ea res cum mihi tum aliis q3 plurimis admirationem movet, q tam longo tempore in demortuorum locum nemo sit à Sacra Mte Vrá suffectus. Alius fuit quondam mos, alia consuetudo, et Vré Sacre Mtis et maiorum illius in honoribus istis et dignitatibus deferendis, nó expectabant illi, atq3 adeò ne Vrá quidem Sacra Mtás olim expectabat dum ambirent, dum prehensarent multi, multisq3 preter dignitatem suam se multo inferioribus, non solum Sacre Mti Vré cui soli honos is debetur, diu multumq3 supplicando se defatigarent: Sed et ab illis, et à Sacra Mté Vrá ad eos quos de se, quos de Regno suo bene meritos esse sciebant, quos prudencia, quos ceteris virtutibus insignes esse videbant ultro honores deferebantur: domum eorum Nuncii mittebantur, qui Palatinatu, qui Castellanatu, qui ceteris dignitatibus et officiis auctos eos et honestatos esse significarent, cum illis ne per somnium quidem ea de re cogitare in mentem venisset. Memoria teneo cum puer adhuc essem à Serenmó Parente Sacre Mtis Vré, in privatam Avunculi mei domini Joannis Swidwe domum Nuncium esse missum, qui eum Mtis illius nomine Palatinatu Calissien ornaret. Possem et Sacre Mtis Vré multa exempla commemorare similia, nisi vererer ne in longum cresceret Epla, unum tamen, si gravissimum ingrati animi crimen effugere volo, necessario mihi preterreundum non est, et Prelaturas multas, et Epatum Premislien Sacra Mtás Vrá pro sua in me clemencia incredibili, eo tempore conferre mihi dignata est, quo non modo petere ista non potui, sed ne scire an vacarent

vt qui longissimo locorum interuallo à Sacra M^te V^ra tum dis-
iunctus fueram, obuiam mihi volabant l^re Sacre M^tis V^re
ex quibus in his me dignitatibus locatum esse certior fiebā,
quas ante eum diem quo l^ras legi vacare nesciebam. Cuius ego
tante beneficentie Sacre M^tis V^re in me paterneq3 indul-
gentie quoad viuam obliuisci nunq3 potero. Sed vt ad rem re-
deam. Multe sunt Sacra M^tas Regia preclare virtutes
Sacre M^tis V^re om̄i admiratione laude predicatione dignissi^e:
inter quas non postremum locum obtinere ea virtus mihi visa
est, q quererebat olim Sacra M^tas V^ra, viros dignos, quibus
maximos quosq3 honores mandaret, neq3 eos diu prehensare,
multumq3 ambire patiebatur, Atq3 hanc illius prudentiam ad-
mirabilem nemo erat qui laudibus in coelum non ferret. Nam si re-
cta rem racione perpendere volumus, qui principes pro eo atq3
velle debent subditos suos esse volunt, petere propemodum à vi-
ris bonis ipsi debent potius vt Palatinatu, vt Castellanatu, vt
ceteris Prefecturis fungi ne recusent, q3 hec illis in beneficiū
loco deferre. Ita enim futurum est vt et reipublice racionibus
prospiciant, et omnium ordinum tanta sibi studia concilient,
vt ad nutum Regis sui et Principis, non modo fortunarum
suarum omnium sed et vite discrimen non dubitanter adeant.
Sed nunc cuius rei sine dolore meminisse non possum, tota vetus
illa racio videtur esse comutata, cum tamen à prudentissimo viro
verissimum dictum sit: Moribus antiquis res stat Romana:
Non solum Romana sed quevis respublica, quoduis Reg-
num moribus antiquis rectissime gubernatur et in optimo
statu longissimo tempore conseruatur. Quare supplico M^ti V^re
vt ad suos, maiorumq3 suorum mores illos ab omnibus laudatos
vt ad antiquam suam consuetudinem redire dignetur: Ne se
aliorum consiliis auferri patiatur: se audiat: sibi obtemperet:
omnia gubernet et moderetur, prudencia sua: cum nemo sit qui
sapientius Sacre M^ti V^re q3 ipsa sibi suadere possit. Quod

sepe fecit Mtas Vra nunc quoqz facere non grauetur.
Videt Mgcum dominum Castellanum Posnamien virum esse et opibus
non contemnendis; et magna authoritate: prudencia verò predi:
tum singulari, qui quo consilio Palatinatum Posnamien non am:
bierit quanqz certa coniectura consequi nequeo, tamen ita sus
picor, si soli Sacre Mti Vre supplicandum ei esset facturum
id eum non grauatim, sed cum multos sibi preter persone sue
decorum prensandum esse videat, maiult Sacre Mtis Vre be:
neficio sibi concessis honoribus contentus esse quam eiusmodi racio:
nibus altius ascendere. Fecerit itaqz rem prisca illa sua vir:
tute dignam, si vltro illi, in dominum eius Palatinatus hanc di:
gnitatem deferendam curauerit. Etsi enim ipse non prehensat,
non ambit, non supplicat: prehensant tamen tot preclara facta
eius: ambit fides et integritas: supplicat studium, quo in
eam rem semper incubuit maximè, vt et Sacre Mti Vre, et
regno illius, cum honori, tum emolumento esse posset maximo.
Certe non tam eorum racio habenda videtur, qui magnis pre:
cibus exprimere et extorquere aliquid conantur: quam si pro qui:
bus res ipse loquuntur, si fides, si rebus in agendis diligen:
cia supplicat. Nam ignauissimi quiqz quod virtute, quod di:
gnitate, quod meritis assequi se posse desperant, id multis ma:
gnisqz precibus extundere verius quam impetrare student. hoc ha:
beo Sacre Mti Vre certò polliceri, quo minus laborat D.
Castellanus Posnamien vt Palatinatum adipisci queat, hoc ei
nec opinatam liberalitatem, beneficentiamqz Sacre Mtis Vre
gratiorem futuram, Qui cum magnis supplicationibus, longa
ambicione, multo labore sunt aliquos honores consecuti, cum
non paruo emisse quidam dixerit eum, qui rogando aliquid
extorserit. Sed illud demum beneficium in animo cuiusqz viuit
diutissime, quod obuiam venit, quod vltro alicui defertur.
Neqz solum qui cito dat: verumetiam qui non petenti dat, bis
dare videtur. Quare non dubitet Sacra Mtas Vra, virum



de se, deqz Regno suo optime merentem dominum Castellanum Posnamien Palatinatu eiusdem terre ornare atqz hac racione ex devinctissimo eum sibi reddere devinctiorem

Quis autem sit deinceps Castellanatu et Capitaneatu Posnamien augendus et honestandus, puto S. Mtem Vram non ignorare ubi in memoriam secum redierit, facile meminisse poterit se iam hec filio domini Castellani Posnamien domino Andree Castellano Calissien promisisse eo tempore quo Serenus filius Sacre Mtis Vre Rex designatus et Coronatus est, Que quidem res me nesciente confecta fuit: et a Sacra Mte Vra impetrata, languebam enim tum, et mihi met displicebam, domi me continebam, neqz multum in publicum prodibam, cum venit ad me dominus Castellanus Posnamien unacum Rmo domino Premislien, liasqz mihi Sacre Mtis Vre manu subscriptas attulerunt, quibus iam et Cera fuerat appensa mihiqz verbis Sacre Mtis Vre nunciarunt ut eas sigillo illius consignarem et munirem, id quod simulatqz accepi, feci non invitus, ut eorum desiderio satisfacerem. Lris autem illius cautum erat domino Andree Castellano Calissien sive decessisset Pr eius, sive altiorem in locum ascendisset, fore ut nemo preter eum Castellanus Capitaneusqz Posnamien nominaretur, Que cum ita se res habeat precisa iam videtur S. Mti Vre omnis dubitacio, cum stare promissis semper consueverit nec vel unguem latum ab eo quod semel se facturam recepit discedere sit solita

Sunt autem S. Mti Vre tanto alacriore animo promissa hec facienda, quod eciam si integra adhuc res esset, nemo tamen reperiri possit in terra et Palatinatu Posnamien ad paterna munera obeunda domino Castellano ~~Posnamien~~ Calissien aptior et accommodatior, Qui cum sit iuvenis senili tamen preditus est prudencia, videturqz Paternas virtutes omnes non solum expressisse verum eciam superasse

Verum et fri meo domino Palatino Junivladislavien simili ratione S. Mtás Vrá pro sua in me grá et benignitate cavere dignata est si dominus Oporowski Palatinus Calissien aut de vivis excessisset aut in altiorem dignitatis gradum erectus fuisset, non alium in eius locum qz frem meum successurum, Nunc certis ex hominibus in: tellexi dominum Palatinum Lancitien eo loco et honore in quo à Sacra Mté Vrá collocatus est contentum esse velle, neqz cu: pere longius progredi Quare Sacre Mti Vré qua summa possum animi mei demissione supplico vt in eum locum in quo futurus fuisset dominus Palatinus Lancitien, nisi certo quo: dam consilio suo eum respuisset, frem meum sufficere hoc est Pa: latinatum Calissien ei conferre dignetur.

Libenter hoc nomine gloriari soleo et singularem quandam ac prope divinam beneficentiam S. Mtis Vré prędicare, multos mihi honores non modo non petenti, sed ne cogitanti quid ab illa delatos esse, neqz me à Sacra Mté Vrá precario rem vllam quę quidem ad me attineret, postulasse, quam non optatam statim tulerim, vix fueram aliquando quid peterem plocutus cum S. Mtás Vrá facturam se libenter benigne respondit adeo nunquam pro mea aliqua re supplicando repulsam vllā tuli. Cum itaqz ne nunc quidem alterius quam mea ipsius causa supplicem: neqz enim fris mei rones à meis rationibus se: iuncte esse possunt, queso atqz obtestor Sacram Mtem Vram ne nunc demum in hac mea affecta multisqz morbis afflicta ætate, hunc mihi tantum dolorem inustum velit, vt fris mei hoc est mea causa supplicando non esse videar exauditus, Satis ex tot aliis repulsis magno mérore conficior, si mea qz privata in re repulsam tulero, vitam mihi esse acerbam putabo, Si me gratum et memorem esse intelliget Sacra Mtás Vrá, tot maior: talium qué in me plena quod aiunt manu conferre dignata est beneficiorum, ne dubitet huius alterum me idest frem qz meum cu: mulare. In me perfecta iam sunt omnia et absoluta Sacre

Mtis Vrę beneficia, neqȝ longius progredi cupio, alteri michi fra
meo deesse ne dignetur id verò maiorem in modum peto quem si Sa:
cre Mti Vrę commendare pluribus verbis conarer, me ipsum cō:
mendare conarer, hoc omni asseueracione confirmare possum fide
atqȝ integritate, studio erga Sacram Mtem Vrām et obseruā:
cia eum concedere nemini, sed ago amore erga frēm, prouectus
sum longius cum non esse ęque intelligam vt multis verbis id
quod cupio à Sacra M. Vra auferre studeam quę cum
semel pro sua benignitate fri meo fidem dederit se illum in
altiorem honoris gradum erecturā, itaqȝ vt facere semper
consueuit promissis suis proculdubio stare dignabitur.

Nunc cum ex antiquissima Nobilissimaqȝ familia Coscielicer,
hii qui summis honoribus fungebantur vitam cum morte commu:
tauerunt neqȝ vlle fere apud eos qui sunt ex ea familia reli:
quę sunt dignitates, quod plerīqȝ per ętatem ferendis illis
nondum sunt apti: fecerit .S. Mtás Vrá rem excelsa virtute
sua dignam si domino Castellano Lancicien qui solus ex hac
familia vna tūj hac Castellanatus dignitate fungitur, Pala:
tinatum Junivladislauien ex liberalitate sua concedere di:
gnabitur, Sic enim S. Mtás Vrá et merita Nobilissimę familię
huius grata recordacione videbitur esse prosequuta et illius
luctui quo ex Pris paulò ante nunc verò ex Patrui morte
conficitur magnam est consolationem allatura.

Scripta ex Kelce ijª May
1535.

Petrus Tomic. Eps. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Polonie

MEmini me superioribus annis S. Mti Vre supplicare vt in:
demortui Pris domini olim Andree Nisczizki Palatini Plocen
locum dominum Castellanum Sieprcen sufficere dignaretur: sed
magno cum dolore meo repulsam tuli. Postea vero cum allatum
esset dominum Palatinum Masonie diem suum obiisse: iterum
S. Mti supplicavi vt dolorem quem ex repulse proxime ignominia
ceperam levatum et abstersum vellet, Pallatinatum Masonie dno Castello
Sieprcen deferendo sed et ea mihi non foelicius quam prior illa ac:
cidit supplicatio. potui iam istis duabus repulsus istis deterreri
quo minus tercium Sacre Mti Vre supplicarem, vt eundem cuius
causa bis frustra iam laboravi ea que nunc vacat Castellanatus Plocen
dignitate honestaret, sed quo sum repulsus sepius eo in spem ve:
nio maiorem fore aliquando repulsarum istarum finem, et aliqua
pro sua clemencia S. Mtem Vram dolori meo consolationem al:
laturam Nam et deus optimus Max. ad cuius numen Sacra
Mtas Vra proxime accedit, solet supplicantium sibi probare
constanciam atque precibus eorum aliquoties repudiatis tandem
vbi instare viderit id quod petunt, benigne et clementer conce:
dere. Non dubito quin Vra Sacra Mtas illius exemplo, cum
duplici me repulsa non mediocriter perturbaret, neque tamen
aut irascentem me videat: aut voluntati sue repugnantem,
sed dolenter quidem ea tamen qua par est animi mei demissione
duplicem hanc ignominiam ferentem, nihilominus humiliter in:
stantem quantum bis spretis et neglectis dolorem, tantum iam
tandem exauditis precibus meis gaudium mihi sit allaturam.
Cuius ego gratia toties S. Mti Vre supplico: vir est ingenio pru:
denciaque

dentiaqz preditus singulari et opibus et facultatibus abundat que:
nis vt honorem pro dignitate gerere possit, neqz cuiusqz comenda:
tione indigeat. Que cum ita se habere S. M. V. iuxta mecum
teneret, meeqz peticionis racionem mihi constare videat: iterum
atqz iterum S. Mti. Vre supplico vt vel meritorum illius
et seruitutis aliquando illi prestite, vel precum mearum tocies
repudiatarum racionem habere Castellanatumqz hunc Plocen qui
nunc vacat illi conferre dignetur Nam et excelsa sua virtute
rem dignissimam factura, et magnam vtrique meum consolatione
allatura. deus S. Mtem Vram in multos annos seruet in:
columem, victoriam de hostibus concedat, foelix ad nos cito redu:
cem faciat Cuius me gre et clemencie qua summa possum ani:
mi mei demissione rursus comendo Datum in Oppido meo
Kielze die Anno dni M°. D. XXXV°

Tomicius Eps
Joanni Choienski Epo Premislien

RME in Chro Pr et domine frater et amice charissime et ho:
norande. Mirantur multi quid causse sit quod Mtas Regia
tanto temporis internallo ad nullum Palatinatus istos qui tam
multi nunc vacant deferre voluerit, variéqz hanc illius cun:
ctacionem interpretantur, cum presertim et contra suum et contra
maiorum suorum morem id faciat. Quare visum est mihi vt
ea de re aliquid ad Mtem eius scriberem, eamqz rogarem
et suaderem vt maiorum suorum, vt suis ipsius prioribus ve:
stigiis insisteret, ea enim fuit et maiorum, et ipsius Mtis con:
suetudo, nullam vt moram interponerent in dignitatibus id
genus conferendis. querebant vltro viros dignos, quibus ho:
nores

nores mandarent neq; expectabant dum ambiendo, dum prensādo,
dum multum multis supplicando, se ita defatigarent vt propemodū
prēcidi semel spem sibi mallent quàm tam longa expectacione
excruciari. Quem vt ei et priscorum Regum et ipsius Mtis morē
in memoriā renotarem, pauca quędam ex multis, quę animo meo
occurrebant, exempla recensui, eorum quibus nec opinantibus,
in domum eorum Palatinatus ceteręq; dignitates delatę fuerūt:
tum ab ipsa Mtē Regia, tum à Serm͞o parente eius. deinde
supplicaui vt ad vetus institutū moremq; suū rediret, et q͞d
sepe antea fecit nunc q͞z faceret. Pallatinatum Posnamen͞ dn͞o
Castellano Posnamen͞ quanquā non ambienti vltrò deferret.
Castellanatu verò et Capitaneatu Maioris Polonię, filium eius,
dominum Castellanū Calissien͞ ornaret, ita vt se factūeam l͞rīs
illi suis caueat, quas cum V͞rā R. D.º manu Regia sub:
scriptas, ante quinq; annos ad me attulisset ego illas signo
Regio consignaui, hęc omnia sed multò pluribus verbis Re:
gię Mti perscripsi, quàm illi sit placitūrū hoc meum consiliū
ignoro, atq; adeo ne ipse quidem. D.s Castellanus Posnamensis
in quam partem sit studium istud meum acceptūrus scire possū.
neq; enim vllam vel tenuissimam suę mihi voluntatis significa:
cionem dedit, an aliquid ad V͞rām. R. D. scripserit nesciò.
ego certè quanquā et ipsius. D. Castellani causa cupio, ta:
men non tam priuato erga quenquam studio, quàm quod id
reipub: racionibus vel maximè conductūrū existimo, hoc ad
Regiam Mtem consilium meum sentenciamq; copiose per:
scripsi. Nullos enim video qui sint muneribus his et digni:
tatibus aptiores, quàm D.s Castellanus Posnamen͞ cum filio
suo, quem habet effigiem morum virtutumq; suarū. soli duo
isti, illis precipuę in terris, videntur honores ~~hos~~ hos maximos
ex Regia Regniq; dignitate posse sustinere.
Deinde verò neq; meorum me obliuisci debere existimaui. suppli:
caui itaq; Mti Regię vt in defuncti Palatini Calissien͞ locū,

fr[atr]em meum, in fr[atr]is mei locum D. Castellanum Lancicien[sem] suffi:
ceret. Quas vt peticiones meas R. D. V[est]ra adiuuare dig:
netur plurimum rogo, facturam rem et mutua mea coniunctio[n]e
dignam, et que ad multorum studia adiungenda, animosq[ue] de:
uinciendos pertinebit.
Que mandata ad me D. V. R[everendissi]ma d[omi]no Hipzic dederat
ea mihi non retulit non quo id non libentissime fuerit factu:
rus si licuisset, sed quod interminata fuit ei M[aies]tas Regia
ne vel vnguem latum ab Oratoribus Ill[ustrissi]mi domini Joachimi Mar:
chionis Brandeburgen[sis] discederet cuius iussis dum parere vel:
let, non potuit mandata V[est]re R. D. exhaurire. Seruet
deus R. D. V[est]ram diu incolumem et foelicem. Cuius me
fraterno amori et beneuolencie commendo. Dat[um] ex Kielce
die xx[m]a Aprilis Anno domini M. D. xxxv[t]o

Petrus Tomic. Ep[iscopu]s Crac. Vicecancell
Luce de Gorca Castell[an]o Posnamien[si] et
Capitaneo maioris polonie generali.

MAgne domine frater et amice charissime et obseruande pro
studio meo et amore quo M. D. V[est]ram summo prosequor, tenere
me non potui quin per Cubicularium hunc meum et l[itte]ras M. D.
V[est]ram inuiserem deq[ue] eius valetudinis statu certior fierem, Quam quid[em]
M. D. V[est]re prosperam et incolumem atq[ue] inoffensam ex animo
precor et opto.
Scripsi paulo ante M[aies]ti Regie, multisq[ue] verbis persuadere ei id
conatus sum, Vt M. D. V[est]ram Palatinatu Posnamien[si] ornaret,
filio vero eius domino Castellano Calissien[si] Castellanatum Posn[aniensem]
et Capitaneatum Maioris Polonie mandaret. quandoquidem
facturum id se receperit, et l[itte]ris eciam suis cauerit, si quando
dignitates has et officia vacare contigisset, magno id studio

magnis precibus à Regia Mte contendi, nullius ut causa ex(ve)que unquam laborasse videar atque ut ii honores M. D. Vrē filioque eius deferrentur. Quantum sim profecturus nescio, presertim absens cum sim à Mte Regia, magis autem urgere sit solita presencia. Deinde verò, neque hoc satis certum habeo quàm gratum sit futurum, hoc meum et studium et officium M. D. Vrē cum ne minimam quidem voluntatis mihi sue significationem dederit, ego certè quicquid eius feci, optimo animo feci primum Reipub: amore incitatus ex cuius et dignitate et utilitate esse putabam, si maximi quique honores, non postremis hominibus mandarentur sed ad eos ultro, quamvis non ambientes deferrentur, qui et fuerint, et sint, et futuri sint semper reipublice, cum honori, tum emolumento maximo. Deinde verò impulit me quoque ad id faciendum privata mea benevolencia, qua feror erga M. D. Vram. cum qua multe mihi magneque necessitudinis cause intercedunt, spero equidem M. D. Vram, pro sua virtute et humanitate factum meum boni consulturam, cuius me fraterne benevolencie commendo, deum precor ut eam multos in annos incolumem servet ac foelicem Dat

Tomicius Eps
Sebastiano Opaleniczki Canco Crac

VEnerabilis domine, frater in Chrō charissime. Allate sunt nudiustercius ex Urbe littere una cum diplomate Pontificio quo cessio Prepositure Posnanien: per Rmum dominum Premislien vobis facta confirmatur, quod quidem absque ulla mora transmittendum ad vos esse putavimus. De hac fortunarum et dignitatis accessione vobis plurimum gratulamur atque ut gradus is ad ampliora deinceps adipiscenda sit, ex animo vobis precamur. Sed est tamen quod vos, cum pro officio meo, tum pro privato erga

vos amore et benevolencia, admonendos esse duximus, scimus enim
neque Regie Mti neque regni huius Proceribus gratum id esse,
vos, qui inter Prelatos regni principem cum paucis locum obtine-
tis, atque etate quoque satis iam processistis: adeo a Sacris ordini-
bus suscipiendis abhorrere, nullius ut precibus aut admonici-
onibus hactenus adduci potueritis, ut nomen Vestrum in Sa-
cerdotum album referri pateremini, multum ea re prophanus ordo
offenditur: qui ita secum proculdubio cogitat, si hoc est preposi-
tum esse Canonicum esse vectigalia tantum Prepositure, aut
Canonicatus ceterorumque Sacerdociorum percipere, Sacerdotis
et nomen et officium respuere, quid impedit, quominus nos quoque
Prelaturis eiusmodi fungi possimus? cum eque atque illi fructus
ex eis capiendi artem teneamus, hec secum proculdubio sepe
prophani homines: hoc precipue tempore, quo merito nos meo
oderunt atque invisos habent plurimum Quare hortamur vos
diligentissime ne per vos aliquam ordini meo invidiam con-
flari patiamini: et cum primum oportunum tempus fuerit
Sacris ut initiemini cogitate, Ita et deus fortunis vos et di-
gnitatibus augebit, et apud homines magnam estis gratiam
inituri, ad quos ex Vra ista dubitacione cunctationeque
magnum hactenus pervenit offendiculum Bene et foeliciter
valete Ex Kielcze XXa Aprilis Anno domini
M° D XXXV°

Voluptatibus iste homo totum se dediderat, conviviis
cenis: meretriciis amoribus et coitui. Consuetudinem
habebat cum Stano Bemigna cive Cracoviensi in comessationibus
in hortis: cum Juliano Chelmski, cum Czurilo, cum
Petro Conarski, Canonicis Crac. hominibus Italica disciplina
corruptissimis: qui in comessationes et scorta patrimonia
sua, et sacerdotiorum suorum opimos reditus abliguriverunt.
Epicurei fuerunt: et omnes fede mortui sunt. Iste vero
Opalenczki: cum legationem a rege Sigismundo primo rege polo.
apud Joannem regem Ungarie dicere orsus est, tremere
cepit, et dicendorum est oblitus. Is noluit sacrificium
misse facere: nisi in Infula Epali factus eps. Sed deus
id passus non est, et mero ac cibo ingurgitatus, morte
subita est mortuus.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien. Vicecancell.
Joanni Choienski Epo Premisliensi.

Non concedo cuiquam mortalium cupidior vt sit vidende Regie Mtis, quam ego sum, solo aspectu illius conciderc posse mihi persuadeo omnem si que adhuc residua est in membris meis debilitatem, sed nunqz fui priuati mei comodi tam studiosus, vt non reip: potius qz priuatis meis racionibus consultu vellem. meum itaqz consilium non est, vt Regia Mtas ad nos tam cito redire festinet. Coniecturis enim quibusdam auguror, magnos fore in Lituania motus, magnamqz rerum omnium perturbationem si in tumore isto a Regia Mte deseratur. crescent hostibus animi, meis concident, neqz perinde in officio futuri sunt milites mei, vbi abesse Ducatu Mtem Regiam intellexerint. Quare hac in pte, non tam desyderio meo satisfieri, quam reipublice vtilitati prospici cupio, si potest. R. D. Vra ab ea voluntate et sentencia Regiam Mtem deducere, non dubitet omnes ea in re neruos suos contendere. permagni enim Ducatus istius interest, aliquot adhuc Mensibus Mtem ibi Regiam comorari. Valeat et sit foelix Vra. Rma. Do. Cuius fraterne beneuolencie me comendo Dat ex Kielcze Anno domini Mo. D. XXXVo.

Virgo Heduigis Regnula Polonie
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell

R

Rme in Chro Pr domine amice nr honoran. Quia hactenus in rebus nris nusq magis frugifera quam ex fecundissimo fonte R. D. Vra absolute numeris omnibus prudencie et singularis erga nos propensionis hausimus consilia. Iccirco et in pnti necessitate nra non dubitavimus ad illam: utpote non vulgarem orbitatis nre patronum confugere. Nihil ambigimus R. D. Vre ea que Mtas Regia dominus et parens nr amantissimus de statu nro decreverit, esse illi iampridem notiora, q ut operepretium credamus aliquid hoc nomine perscribere. Quum autem ex dno Zuppario intellexerimus per Mtem Regiam pro comparando mundo quem vocant muliebrem xx. tantumodo tele Colonien, flamen vero x. pecias, pannorum aute sericeoru pro mille flor sibi nobis consignari comisisse, illumq ultra prescriptu, ne teruncium quidem expendere velle nec posse. De Auro vero filato, et aliis multis ad ornandum hunc apparatum verbum nullu: voluimus hec illi ea qua solemus confidentia aperire. Rma D. Vra pro sua in rebus omnibus prudentia secum expendat, utrum hec, hoc presertim seculo, quo omnia maiore q unq luxu et splendore nitent insigniter, pro eo ordine nro sufficiant, nec ne. Nam singula queq vestis si panno aureo, eo quo decet cultu, fimbrietur ducentoru flor precium facile superabit, videmus sane multa nobis pro instituendo hoc vitte apparatu deesse, Plura pro pnti condicione nra, sexusq et etatis imbecillitate, adhuc forte non videmus. Et proinde R. D. Vram rogamus, adiuvet nos in hac re, si id nos equu postulare censuerit suo consilio et auctoritate, illisq uti suis scriptis persuadere velit ut sua Mtas, et honoris sui, et pntis

mae necessitatis magis benignam rationem habere dignaretur. Faciet rem excelsa virtute sua dignam, honori Regio pro more suo prospiciet, et nae orbitati maiorem in modum comodabit. Comendamus nos R. D. Vae, illamque longa et prospera valetudine esse cupimus et continuis foelicium successuum augeri incrementis. Dat. Crac. xix Aprilis Anno dni M. D. XXXV.

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancell Andreae de Thanczin Castellano Crac.

Mag.ce domine frater et amice charis.me et honoran. Incredibili perfusus sum leticia, cum ex lris Vae Mgciae D. certior factus sum, et dominum Palatinum Syradien, ita ex iis in quibus fuit vinculis liberatum esse ut honoris eius et existimationis ratio habita esset, et Vae D. reditum in propinqua iam admodum expectatione esse. Cuius ego quo maiori semper tenebar desiderio, hoc ardentioribus id votis et precibus adeo contendere nunque intermisi, ut me D. Vae aliquando tamen atque id quoad eius fieri potest, celerrime compotem faceret. A quo cum precibus meis locus iam propemodu datus sit, non possu cum Vae M. D. iterum atque iterum non gratulari, tum mihi non vehementer gaudere atque nunc illud imprimis precor ut qui vram D. a gravibus ut est verisimile periculis peregrinationis servavit, et iam in patriam salvam ut spero atque opto incolumem prope reduxit, idem in multos annos eand. Vram D. M. suma in prosperitate, firmaque totius corporis valetudine conservare dignetur, hac re nichil mihi gratius aut optatius contingere posset.

Quod me ubicunque locorum fuero M. D. Vram visere statuit scireque ex me cupit ubi sim hoc tempore, agnosco solitam illius

humanitatem, mihiq[ue] iam olim perspectum amorem et beneuole:
ciam in me minime vulgarem. Equidem Semestri fere temporis
spacio grauibus morbis, atq[ue] eis subinde repetentibus, ita su[m]
grauiter tentatus, tantoq[ue] vite mee cum discrimine conflictatus
passim et defletus iam essem et conclamatus adeo vt ne nunc
quidem desint homines, nonnullis in locis qui me lucis adhuc
huius vsura frui negent. Ex his diuina clemencia et miseri:
cordia paululum recreatus, ita Medicis suadentibus, in bona
et possessiones meas me recepi vt ibi curis omnibus solutus
valetudini mee seruirem et non alia de re magis q[uam] de re:
cuperandis viribus meis laborarem. Nunc sum in Arce
mea Bodzanczin, huc si .D. V pro sua humanitate de:
flectere dignabitur, erit mihi aduentus illius valde gratis:
simus, hilaremq[ue] eum diem suscepturus sum quo mihi vi:
dende V[est]re .D. M. diu multumq[ue] magno animi mei cu[m]
desiderio expectate potestas à superis data est. Datu[m] in
Arce Bodzanczin xx[a] Februarij, Anno 1535

Tomicius Ep[iscop]s Vicecancell
Ioanni Tarnowski Palatino Russie
Exercituum regni Polo[ni]e duci generalj.

Ex l[itte]ris M[a]g[nifi]ce .D. V[est]re, maiorem q[uam] credi queat animo cepi vo:
luptatem, nam quod ardentiss[i]mis semper votis expetiui vt pri:
mo q[uo]q[ue] tempore M[a]g[nifi]cam .D. V[est]ram ex Hungaria redeuntem vi:
dere mihi liceet incolumem, cum eaq[ue] suauiss[i]mos miscere ser:
mones, eius rei breui mihi potestatem futuram in spem me
certiss[i]mam adduxerunt. Scripsit mihi dominus Castellanus
Crac[oviensis] sibi q[uo]q[ue] certu[m] esse, et deliberatu[m] me q[uam] primu[m] visere, itaq[ue]
quod cum eo vna M[a]g[nifi]ca .D. V[est]ra venire statuit, gratius est
mihi q[uam] vt verbis explicare satis queam. Ille mihi dies letiss[i]mus

illucescet, ille, si que sunt morbi mei reliquie, eos prorsus depellet quo mihi Mgcias D. Vras primum videre cum illis colloqui in illa: rum iucundissimos amplexus ruere licebit, suma itaqz cum vo: luptate diem illum expecto omnisqz mora et cunctatio mihi lo: gissima videtur esse

Provinciam que a Regia Mte ad Mgcam D. Vram defertur, ea obviis quod aiunt vlnis vt accipiat magnopere queso: et pro ea que mihi cu D. Vra intercedit summa necessitudine, hortor et moneo, ad multa enim Mgce D. Vre pertinebit, Nam et regie Mtis gram hoc suo obsequio plurimum sibi demerebitur, et fru: ctus ex eo non penitendos capiet et omnium cum Magni Du: catus Lithuanie, tum Regni huius Procerum studia sibi conci: liabit et nomini suo sempiternam laudem et gloriam comparabit Quare ego, qui tanto honori Mgce D. Vre incredibiliter fa: veo, precidendam illi omnem dubitacionem suadeo atqz vt quod virtuti illius spe iam cognite et perspecte delatum est, id alacri animo suscipiat, orare nisi exoravero nunqz desinam, deumqz optimum Maximum precabor, vt ea que foelix D. Vra ceperit ad exitum perducere possit foeliciorem: vt eam ex victis hosti: bus, magna sua cum gloria triumphum deportantem videamus, sed de his coram breui plura Datum in Bodzanczin XX.a Februarij Anno domini M D XXXV

Petrus Tomiczki Eps Vicecancell.
Ioanni de Tarnow Palatino Russie
Exercituu regni Polo. Duci generali.

Magce domine frater et consanguinee chariss.me et honorande. Agnosco amorem et benevolenciam in me Mgce. D. Vre, que meam haud alr qz cum altero se, omnia consilia sua communicat et quicquid ad eam novarum rerum adfertur, earum me participem facere no gravatur Quas quidem ob res Mgce. D. Vre ingentes ago gras, quocumqz officiorum meorum genere potero, libenter cum usus fuerit relaturus.

Quod militum numerum augere Mtas Regia recusat: equidem in ead sum sententia et opinione, in qua Rmum dominum Prem: mislien esse video, facturam id fuisse Mtem Regiam perlibe: ter, nisi nervi belli dessent, absqz quibus non solum nullus potest Exercitus conscribi, se ne fieri quidem fere eorum quicqz que factu sunt necessaria. Quo, lenius id ferendum est Mgce. D. Vre cum videat non Regie Mtis negligencia, sed rei numarie difficultate factum esse quo minus desiderio et consilio Mgce. D. Vre sit satisfactum, neqz propterea debilitetur animo, et minus bonam de belli exitu spem concipiat, cum non tanti inter: sit ad victoriam de hostibus deportandam qualem quisqz et quan: tum habeat Exercitum, quanti id, qualis et quantus ipse sit Dux atqz Imperator, qui Exercitui Prefectus est, videtqz id no minus vere qz eleganter dictum esse, potiorem esse Cervorum Exercitum Duce Leone, qz Leonum duce Cervo. habet Mgca D. Vra fortes et strenuos ex Polonia milites non ita pau: cos. habebit et Lithuanorum copias non contemnendas, quos cum ueris coniunctos, vel pudor ipse ad fortiter gerendam rem at: cendet. deinde vero quantum putat nomen in illis partibus esse

suum, solo eciam illo, adeo perculsos hostes fore spes est, vt nullo contra nostros loco consistere in animum suum facile sint inducturi. Postremo suorum Christus insticie non deerit, quem cunctus ordo noster Ecclesiasticus vna cum populo vniverso, quanquam triste nobis, gravibus meis commissis lacessitum irascente, placare tamen summo studio assiduis precibus conabitur. Exaudiet procul dubio misericors Pater supplicium filiorum preces suam perpetuo fidem auxiliumque implorantium. Qui si solus a nobis steterit, nulla erit nobis hostium potencia formidanda.

Video summam rei bene gerende spem secundum deum in sola virtute Mtis. D. Vre sepe iam perspecta et probata positam esse et collocatam. Quo nomine Mti. D. Vre plurimum, vt debeo, gratulor, sed consilium tamen illius non possum non vehementer probare, quod cum aliter nonnullis visum sit, nolit tamen tanta se onerare invidia, vt domino Castellano Vilnensi per insignem contumeliam de dignitate sua detrubato, sola vtrique presit exercitui. Laudo hanc tantam Mtis. D. Vre virtutem et admiror. Is enim mihi videtur amplissimus qui sua virtute in altiorem locum pervenit, non qui ascendit per alterius incommodum et calamitatem, et nomen suum Mtas. D. Vra hac re magis illustrabit, et pluribus evitatis periculis, multas et magnas vtilitates consequetur. Nam si tanta dominus Castellanus Vilnensis ignominia notaretur, cuius ibi magne sunt opes, non minus futurum esset Mti. D. Vre in domesticis quam ab externis hostibus periculi. Neque enim tantam sibi turpitudinis notam iniustam esse equo animo pati possent, mortis autem instar esse videtur a suis non minus quam ab alienis sibi timere. Sed si Mtas D. Vra quod eam facturam minime dubito, suo potius animo obsequetur primum ista sua moderatione magnorum in Lithuania virorum animos incredibilem in modum sibi devinciet qui tanto M. D. Vre beneficio incitati, certatim illam omnes amabunt colent observabunt. Deinde non minus ideo sola rerum potietur si socium

admiserit, qui tanta humanitate M. D.^ms^ V^re^ obstrictus non solum exercitum suum, sed se q^3^ ipsum in officio et potestate M.^ms^ D. V^re^ esse volet, nichil nisi ex consilio illius faciet, atq^3^ idem eveniet quod Caesare et Bibulo Consulibus usu venisse legimus, ut ille nomine quidem nomen cum M. D V^ra^ commune sit habiturus: potestas vero omnis atq^3^ Imperium penes solam illa sit futurum Postremo cum alie multe et preclare virtutes M. D. V^re^ cognite iam sit omnibus et perspecte, moderationis ista laus ubi ad cumulum illarum accesserit, multo eas clariores atq^3^ illustriores est redditura Quare sere hortor M. D V^ram^ et suadeo atq^3^ oro: se potius audiat, sibi obtemperet, neq^3^ enim prudentius aut melius illi consilium dare quisq^3^ potest, q^3^ quod ipsa sibi dedit. hoc agat. Mª D. V^ra^ in hoc sit omnis ut omnes omnium in Lithuania g^ras^ non modo retinendas, verum etiam acquirendas sibi curet et augendas, Nam si excitatum magis et non restrictum potius fuerit animorum incendium quod esse ibi dicitur erit nobis non mediocriter pertimescendum ne magno aliquo macteimur infortunio.

Regiam M^tem^ tam cito ad nos esse redituram, mihi certe verisimile non sit quanqua incredibili vidende illius cupiditate ardeo, tamen certe in hoc rerum tumore nollem eam a Lithuania abesse quiduis enim malim, quam intempestiua mea beneuolentia tantas illius utilitates impedire, sed ego ut paulo ante scripsi adduci nulla ratione possum, ut id credam, Quod si quid eius tamen M^tem^ Regiam cogitare M^gca^ D^o^ V^ra^ persenserit, ubi ad eam peruenerit enumeratis rationibus quamobrem pedem inde efferre non liceat, facile eam de sententia depellere poterit. Ego in Autumno vel hyeme futur eam ad nos reuersuram esse accepi id mihi propius ad veritatem videtur Comendo me ex animo fraterno amori et beneuolentie. V^re^ M. D. faxit Chr^us^ Jesus ut foelix in

Lithuaniam perueniat, foelicius ibi rem gerat ad nos vero in co:
plexu nrm foelicissima redeat Dat in Arce nra Bodzan:
czinen xij a Aprilis Anno domini M° D. XXXV°

Petrus Tomiczki Eps. Viceccancell
Luce de Gorca Castello Posnamiensi
et Regni Polo maioris capito gnali.

MAgce domine, domine et fr honorand. Quo maiorem animo cepi
dolorem, cum allatum ad me esset M. D. Vram gram quo:
dam valetudinis genere tentatam fuisse, hoc sum recreatus ma:
gis et exhilaratus cum ab omni ea tentacione liberam iam M.
D Vram per eius lras et Nunctium mihi meu est significatu
Quare hoc nomine M. D. Vre plurimu gratulator, demumqz
precor, vt solidu esse velit gaudium hoc nostru et diuturnu
neqz vlla deinceps tristicia contaminari. Dedi itaqz Nunctio
huic meo negociu vt M. D. Vram nomine meo viseret
Pascha hoc faustu illi et foelix, prosperamqz in multos annos
valetudinem ac foelicem rerum omniu successu precaretur

Noui apud nos nichil est, preter id quod tercio ab hinc mense ma:
gna Lithuanos clade Moschi affecerunt: quod quin multo
ante ad M. D. Vram allatum sit, mihi dubium non est
Habuit seruu quendam suum apud Ferdinandu Regem dns
Palatinus Russie, is rediens, venisse illuc dicit se presente
Thurcaru Imperatoris Nunctium qui quoniam parum gratu
vt coniectura assequi licet, Regi Nunctium attulit, quod
ab eo allatu est sumo studio celatur nequa emanet. Misisse
Regem dicit qui ad se Oratorem Joannis Regis dominu Bro:
dericu Quinqueeclesien et Sirmiensem Epm vocarent, vt cu
eo de pace agerent. quam coniecturam omnino sperant propterea

q̄ et Galliarum Rex bellu̅ iam Carolo Imperatori indixisse dr̄ et Ducem Vritembergen̅ negant in iis condicionibus et pactis manere velle que inter eum et Regem Ferdinandu̅ facte sunt

D. Laski liberum iam esse, nonu̅ non est Datu̅ est illi man: cipio Kiesmark Oppidu̅: Bonoru̅ vero Dobrocen possessio: nem tantisper est habiturus, dum quidecim ei aureoru̅ millia à Joanne Rege numerarẽtur, opto M. D. vrām prospera valetudine longo frui tempore cuius me fraterno amori et beneuolencie plurimu̅ comendo Dat in Arce nr̄a Bodzā: czmien die ij^a Aprilis Anno dn̄i M°. D°. XXXV°

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell. Nicolao Bedlenski Scholastico et Vicario in Spiritualib. Cracouiensi.

Venblis domine fr̄ in Chr̄o charissime. Mittimus vobis vnu̅ vas Ceruisie Opoczneu̅ vt post hec prolixa ieiunia habeatis quo vires corporis vr̄i refocillare possitis. Quod quidem vas Ceruisia grato animo suscipiatis

Prebuerat nobis spem Rmus dominus Archieps Gnesnen̅ q̄ Magistru̅ Jacobum de Ilza ad bonam frugem et cor rectu̅ erat reducturus, eamq̄ ob rem comiseramus vobis, vt processu̅ contra eundem Magistru̅ Jacobu̅ institutu̅ non precipitaretis sperabamus namq̄ illum errorem suum reuocaturu̅ Sed cum ille perstet in sua pertinacia, volumus vt contra eu̅ cum Col: legis vr̄is prout vobis antea scripsimus vsq̄ ad sentencie di: finitiue prolacionem procedatis, res namq̄ mali exempli esset si is homo qui multos errores resperserit in vulgus abiret im: punitus Bene valete dominumq̄ deum pro nobis orari faciatis Dat in Arce nr̄a Bodzanczmien feria 2. Pasche 1535

401

P. Tomiczki Eps. vicecancellarius Praelatis et Canonicis Ecclesiae Varmien

VEn[tes] domini fres et amici in Chro charissimi, ne antea quidem unquam in dubium nobis veniebat, non vulgaris animorum vrorum in nos propensio: sed hoc tempore multo nobis eam D. Vre clariorem testatioremque fecerunt, cum, licet per leges vras minime vobis liceret, desiderio nro satisfacere quidvis tamen committere satius duxistis quam nre postulationi locum non dare, rationemque reperistis qua et leges vras pro eo atque officium D. Vrarum postulat sartas tectas quod aiunt conservaretis et nrm tamen desyderium, alia quadam quam qua nos optabamus, ratione expleretis. Quid aliud hac, vra tanta humanitate quam provocastis nos vt hoc officiorum genere vobiscum certaremus. Sumus autem eo ingenio preditti vt omni alia re vinci nos facilius passuri simus quam amore et benevolencia. Quare in hoc vobiscum certamen descendere minime recusabimus, summoque studio contendemus, vt ne posteriores tulisse videamur, atque hoc vobis litteris hisce nris testatum esse volumus, si qua in re D. Vris opera nra benigne fieri poterit modo nos de ea re certiores facere ne pigreantur, tam libenti atque alacri animo nos D. Vrarum causa facturos omnia, nullum vt diem sumpturi simus hilariorem quam quo vel de vniversis vobis vel de singulis vestrum bene merendi nobis occasio fuerit oblata. vos modo ita vt facturos esse vos ostenditis pro salute nra atque incolumitate deum precari nunquam intermittatis. Bene valete Dat ex Bodzanczin die vj[a] Aprilis Anno domini M°. D°. XXXV°



Tomic. Eps. Vicec

M. Agere domine frater et consanguinee charissime et honorande. Quo magis ex animo conatus omnes M. D. Vrae atque institutum hoc in Lithuaniam iter, quasque ibi res gerendas susceperit prosperi illi et foeliciter euenire cupio: hoc me tenere minus potui quin M. D. Vrae quanquam scienti ipsi et pendenti, meum quoque consilium impartirem. Cum allatum ad me sit, incredibiles in eo Ducatu procellas esse et tempestates quas deuitare summi prudentissimique gubernatoris qualem esse M. D. Vram nihil dubitamus, officium fuerit, audio magnas ibi esse animorum offensiones, magna atque ea mestissima tantoque periculosiora odia et inimicitias Inter quos, ubi M. D. Vra simul atque eo peruenerit intelliget Nunc mei hoc esse officii putaui, monere quiddam et rogare M. D. Vram, non quo id ignoret sed quod est amor omnis anxius et sollicitus, Queso atque obtestor, ut omnes ibi prudenciae suae neruos contendat, omnium sibi studia conciliet atque hoc in primis caueat ne cui se factioni admisceat, hoc enim coniectura quadam augurior utramque factionem pedibus et manibus quod aiunt obnixe conaturam, ut ad se M. D. Vram pertrahat Quod si futurum est magna illi impendere ab altera parte pericula video Quare mea est sentencia fraternumque consilium, quod ex abundancia amoris erga M. D. Vram proficiscitur, quicquid faciendum, quicquid dicendum ei erit, caueat diligentissime, ne parti potius alteri fauisse quam libere quod sentit dixisse [?] sensisse uideatur Nam si fuerit hoc animaduersum M. D. Vram, non quid alteri factioni magis placeat sed publicam tantum utilitatem curare, futurum est ut haec animi magnitudo M. D. Vrae singularem illi laudem et gloriam sine ulla tamen inuidia pariat

atque admirationem amoremque illi concitet incredibilem. hec pro meo summo erga M. D. Vram amore, quin illi paucis perscriberem nulla ratione temperare mihi potui. Deum precor Optimum Maximum ut foelicitatem illi prosperitatemque concedat, neque prius de M. D. Vra solicitus esse desinam, quia eam quod Christus faxit bene et foeliciter rem gessisse et victoriam de hostibus et triumphum deportasse audivero. Cuius me fraterno amori benevolentieque comendo Dat.

Tomicius Eps Crac.
Cricio Epo Plocensi.

Rme domine, Nepos charissime. Cum Pr. horum adolescentum Joannis et Jacobi Radziminski, multis annis mihi serviendo, ita se gesserit, ut se mihi fidemque suam et diligentiam vehementer probaverit, iusta hec ratio videri possit, cur causam filiorum eius, cuius cognitioni Rma D. Vra preesse debet quam diligentissime cuperem illi esse comendatam, sed non ea tamen me res que movere iure posset movet maxime verum cum videam maximam eis per Patruos iniuriam imponi cum summa ignominia coniuncta, qui tanta ferunt feruntque avaricia ut per summam crudelitatem euersis atque exturbatis de bonis fortunisque suis omnibus, fratris filiis, in eorum ipsi possessiones invadere atque impetum facere conentur, non possum eorum vicem non vehementer dolere, quos ita premi et circumveniri video. Quare R. D. Vram magnopere queso ut eorum iusticie ne desit: cum et in Comitiis Regni in possessionem paternorum bonorum sint admissi, et a Rmo D. Archiepo legittimi declarati. quandoquidem omni iure cautum est, inito Matrimonio, eos etiam qui ante initum Matrimonium

moniun procreati sunt liberos, legitimos censeri oportere Quo mihi instior est eos commendandi causa. quo resipsa est æquior: hoc curet oro R. D. V[ost]rá diligentius, vt ius suum obtinere possint factura rem et equitate sua, et mutua n[ost]rá cōiunctione dignam. Deus servet R. D. V[est]ram in multos, annos incolumem et foelicem Cuius me amori comendo D[ata] in Arce Bodzanczinen[si] xvi[a] Aprilis Anno d[omi]ni M[o]. D[o]. XXXV[o]

P. Tomiczki Ep[iscop]s Cracc. Vicecancell. Iosto Iodoco Decio Consuli Cracouien.

DE Consulibus designandis cum domino Palatino Russie quem vna vobiscu[m] Cracouien[sem] fore Palatinu[m] speramus et optamus, cum esset apud nos in Bodzanczin, egimus magno studio, egre autem obtinuimus, vt vnu[m] ex his quos in Sceda v[est]rá nominatim descripsistis Consulem se designaturu[m] reciperet si prior ipse Palatinat[us] dignitate à Regia M[aies]t[a]te ornatus esset, credibile non est, quàm sit animo à Germanis alieno, dedit enim nobis eius rei non obscuram significationem, cum ad gentis n[ost]ræ dedecus atq[ue] infamiam pertinere diceret, in ea Ciuitate quę Regni caput est, summam rerum penes Inquilinos et externos potius esse, q[uam] indigenas, nostru[m] tamen studium, studió v[est]ró defuturum non est, si pari atq[ue] nos studió D[ominu]s Castellanus in causa hanc v[est]rám adiuuanda incubuerit, est quod speretis, fore nos voti v[est]ri compotes, v[est]rám ea in re diligentia à vobis requiri non patiemur, eorum enim à vobis nomina descripta eße vidimus, qui si Consules erunt designati, et honori et emolumento Ciuitati eße possint maximo.

Tomicius Eps Martino Cromero.

Cum nuper chartas nras revolueremus, casu quodam incidimus in Eplam ad nos tuam, cui annexum fuit carmen quo restitutam Regie Mti sanitatem gratularis, dederas autem illam ad nos aestate superiore, redditaqz nobis tum fuit, cum gravibus morbis affecti atqz afflicti de vita nra periclitati essemus. Quo tempore maiore quadam cura, doloreqz nimio prepediti non modo rescribere tibi nihil potuimus, sed ne ea quidem que tu scripseras legere nobis libuit, Que tamen proxime a nobis lecta, voluptatem nobis incredibile attulerunt, neqz enim cuiqz concedimus, plus ut ingeniis faveat, qz quantum nos favemus, magnam nobis de te tuisqz in Iris progressionibus quorundam predicatio concitaverat opinionem, que confirmata est et aucta, posteaqz ista scripta tua legimus. Quare gaudemus plurimum, tibiqz gratulamur quod ocii tui tibi fructus constiterit, tantumqz in Irarum studiis profeceris quantum te hac presertim etate tua profecisse penitere non debet Quare perge ita ut facis, maiore indies in hec pulcherima studia, studio incumbere, et nomen tuum clarius atqz illustrius redditurus et magnam tum a nobis tum a ceteris Regni Principibus gratiam initurus Vale

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Mathie Drzeuiczki Archiepo Gnesnen

Rx. ME in Chro Pr et domine, domine maior honorandme. Delatum fuit ad me nomen Plebani in Proschina in terra Lucomien quod occidiße diceretur Nobilem quendam patronum suum, que causa cum longo tempore fuißet apud me in Iudicio agitata, posteaqz ex consilio Medicorum recuperandarum virium causa Crac reliqui, et in poßessiones Epatus me contuli omne onus iudicandarum causarum in D. Vicarium generalem Crac meum reieci, vt tanto liberiore animo valetudini mee servire possem apud quem cum fuißet ista controuersia disceptata, pronunciatum est secundum Plebanum, estqz ab eo crimine cuius fuit insimulatus absolutus. Nobiles qui nomen Plebani de homicidio detulerant à D. Vicarii nri sententia ad R. D Vram appellaverunt qui cum no magna sint re atqz opibus prediti, cuperent sumptus effugere qui ad iter hoc faciendum essent neceßario impendendi Quare eorum rogatu R. D. Vram rogo vt aliquibus hic de causa ista ptatem cognoscendi faciat quo illi non cogantur, tantum et laboris capere, et sumptum sustinere. Rem est R. Do Vra et piam et mihi gratißimam factura Cuius me amori et beneuolentie comendo Deumqz precor vt R. D. Vra et vitam longam eamqz incolumem, et prospera cuncta largiatur. Dat

P. Tomicius eps Cr. Vicecancell
Seuerino Boner Castell° Sarnouien
Zuppario: et mag° Procuri Cracouien

Generose domine amice mi charissime. Indignum nobis videbatur quo tempore diuini verbi epulis populus festis precipue diebus reficitur, eo tempore alias enim res agere et aliis cibis emendis occupari. itaque Consulibus Cracouiensibus scripseramus vt sub id tempus tabernas Laniorum claudi curarent: id quod factum quidem ab illis est et curatum diligenter, sed interea multo maiorem admitti errorem queruntur, fit enim vt Casimiriam vsque et Clepardiam ad carnes emendas homines se conferant: ita et temporis in ea re plus consumitur: et ab illorum Oppidorum Laniis Cracouiensibus Laniis questus preripitur. Que cum minime ferenda esse videantur, fecerit D. vra rem Christiana pietate dignam, quandoquidem eorum Oppidorum administratio ad eam pertinet si Laniis eorum interdixerit distractione carnium, quo tempore cibo verbi dei populus saginatur. Quod vt facere in animum inducat suum D. vram plurimum rogo. Futurum est enim id nobis longe gratissimum. Bene ac foeliciter valeat D. vra nos charos et comendatos sibi habeat. Datum ex Oppido nro Kielcze Anno dni M° D° XXXV°

Petr. Tomiczki eps Cr. Viceecancel
Severino Boner Castel. Zarnouien

Generose domine, amice charissime. Ex lrãs. D. vrẽ facti sumus certiores iam rem esse transacta de collocanda Illma Regiẽ Mtis filia, Illmõ domino Joachimo Marchioni Juniori Brandeburgen, id quod cum antea qz ex amicorum lrãs intellexissemus. mirificam animo cepimus voluptatem. Nihil enim tam sancte huic virgini splendidum adeo et magnu ~~et~~ obtingere potest, quin multo id maiore cumulo auctum velimus. Merentur hoc singulares illius virtutes, quibus eam deus optimus Max: pro sua grã et clementia, voluit esse exornata.

Quod vero multis de rebus ad nos Dº. vrã retulit que: admodu aggredi eas debeat et quo pacto se gerere in exceptione tractationeqz Oratorum qui visu et salutatum Illmam virginem veniunt. Nos vero nihil dubitamus quin Dº. vrã iuxta nobiscu ista teneat: magisqz studio quodam et benevolencia sua erga nos, quam quod consilii nri magnopere indigeat cum prudencia abundet: de hiis rebus quesitu ad nos miserit. Quando tamen et Illme virgini et vrẽ. D. ita visum est. fecimus non inviti vt servitori. D. vrẽ Stanislao Szafranski ad interrogata responderemus id quod nobis nrõ iudicio et opinione visu est esse faciendu, nobis omnino non videtur, vt Illme virginis noĩe quicqz agatur cum ea sui iuris non sit, sed in Sermi Pris officio sit et potestate, perinde itaqz agi oportet omnia, ac si Sermus parens adesset. ipsa Illma virgo se ne scire quidem fingat, qua de causa Orẽs isti venerint. Neqz enim ex

honore virginis esset, prinsqꝫ ad eam Legati accederent, aliqua erga eos humanitate uti, simulatqꝫ verò mandata sui Principis exposuerint, tum qua summa potest benignitate et vultus hilaritate eos prosequatur, ceteraqꝫ fiant ita quemadmodū seruitori D. Vrē verbis significauimus.

Quod autem D. Vrā, summū ad nos studium et obseruantiā defert equidem iam pridem multis argumentis sepe perspexi: non mediocrem illius in nos amorem In quo ne victi à D. Vrā videremur curauimus semper sedulò, exitqꝫ nobis ea res maiore indies cure et diligentie vt se D Vrā non minus à nobis amari cognoscat quàm quanti nos ab ea fieri intelligimus Bene ac foeliciter valeat. D.o Vrā nos sibi charos et comendatos habeat Dat ex Arce mā mā Bodzanczmen

P. Tomic. Eps. Vicecancell
Sigismundo primo regi Polo[e].

SEreme Princeps. etc Serma Princeps Hedwigis Sacre Mtis Vrē digna[tali] tantoqꝫ parente filia (est enim effigies virtutū morumqꝫ paternorū) Lris mihi suis paucos ante dies significauit non deesse fortassis ex Gynaeceo eius quasdā Matronas que parū liberali à Sacra Mte Vrā suppeditata ei esse quererentur que ad mundū Muliebrem comparandū pertinerent Quare timide quidem et cunctanter vt est sūma virgo modestia predita postulauit tamen à me, vt S. Mti Vrē supplicarem ne quasi in extremo actu hoc, benignitatem in illa suam claudi vellet Quamquā vero mihi dubiū non est quin Sacra Mtas Vrā, Regie sue dignitatis racionem habuerit, atqꝫ sumptū in res necessarias filie sue benigne suggesserit

in quem enim libentius Regia sua liberalitate munificenciaque utetur quam in filiam? talem presertim filiam, in qua mira et incredibilis elucet vite sanctimonia. Ea tamen est nunc temporum racio ut qui luxus apud priscos existimabatur, eum nunc vix frugalitatis et parsimonie nomine dignentur, sordesque appellare multi non dubitent. Quamobrem videtur mihi Sacre Mti Vre omnino faciendum, ut persone sue et Regie dignitatis memor, ad horum potius quam ad priscorum temporum racionem benignitatem suam et liberalitatem accomodet. Patrum nostrorum memoria si filie sue Rex xx tele Coloniensis, x Flamensis pecias largitus esset: panni vero serici tantum quantum mille florenis emi posset nemo Regiam in eo munificenciam desiderabat: Temporibus autem hiis luxu perditis, in que etas mea incidit, vix duorum filie hac sint parentum suorum liberalitate contente future. Que vero Regum se filias esse intelligunt prolixius hec omnia suppeditari sibi cupiunt. auro preterea filato se necesse habere existimant, quo si careant, nulla videbitur esse virgo satis ornata. Quare S. Mti Vre ita Illma filia eius, a me postulante supplico ut suam in illam beneficentiam liberalitatemque habita temporum istorum racione, aliqua tamen accessione augere non gravetur. Ita enim futurum est, ut et ad laudem et gloriam Sacre Mtis Vre, que per totum est terrarum orbem pervagata, magnus accedat cumulus: et omnibus virtutum numeris perfecte atque absolute virginis Sere filie S. Mtis Vre que non aliunde quam ab illius liberalitate pendet honesto desiderio satisfiat, que ubi fuerit a Sacra Mte Vra disiuncta, grata tamen hanc illius in se beneficentia recordacione prosequetur, neque deum unquam pro salute et foelicitate S. Mtis Vre precari intermittet. Id quod ego quoque cum Clero meo universo summo semper studio diligenciaque sum facturus. Meque S. Mtis Vre gratie et clementie

mencie humiliter comendo Valereqz illam et foelicem esse sum:
mopere desidero Dat ex Krilcze die ij^a Maij Anno
domini M^o D^o XXXV°

Tomic. Eps.
Stanislao Baranowski Economo
in Dobrowoda.

Nobilis grate nobis dilecte. Significarunt nobis per litteras suas Mgci
domini Castellanus Crac et dominus Palatinus Russie velle
nos visere, nobiscumqz Crac propius convenire et de rebus tam
nris privatis qz reipublice necessariis colloqui Qua in re
tametsi nondum simus plane ex longa egritudine confir:
mati tamen vt horum dominorum amicorum nrorum deside:
rio satisfaciamus decrevimus nos ipsi quoqz simul cum eis con:
gredi et quoniam racionem esse habendam nobis ducimus
laborum et fatige Mgci domini Castellani Crac qui nuper
est ex longinqua peregrinatione reversus quem nollemus itinere
huc ad nos suscipiendo magis fatigari: constituimus cum eis
in Visliciá convenire, idqz ea racione cum locum delegimus
quod istic in Dobrowoda non possumus tantos hospites et do:
minos hospiciis excipere et tractare pro nra dignitate et il.
lorum comoditate. Mittimus istuc dispensatorem nrm vt fe:
num, pisces, avenam illuc comportari curet et res alias omnes
que in isto Predio nro apud te non habentur coemat et compa:
ret, proinde volumus et mandamus tibi vt tu eciam illi consilio
et opera tua adsis et quicquid tibi retulerit ei auscultes et
obsequaris in omnibus vt ita rerum omnium raciones compo:
natis quo tantos dominos cum nra et illorum dignitate excipia:
mus. Dat

Petr. Tomiczki Eps Crac
Sigismundo primo Regi Polo

SAcra Mtas Regia domine, et domine clementissime. Post humilem perpetue servitutis mee et orationum comendationem. Nobilis dominus Martinus Brunewski horum adolescentum qui has ad Sacram Mtem Vram perferunt Pr et Sacre Mti Vre et Serenis parentibus totiqz familie illius complures annos ita servivit, vt eum Sacra Mtas Vra dignum iudicaret, cuius fidei et diligencie fructum aliquem tribueret Quamobrem ex munificentia et liberalitate Regia concessit ei Advocatiam in Pobilicz ea lege ac condicione, vt neqz eo, neqz liberis eius superstitibus Advocatiam illam fructusqz eius redimere aut Mti Vre, aut cuiqua alteri liceret, nunc vero magno cum dolore suo mihi adolescentes hi significaverunt constitutos esse a Sacra Mte Vra Comissarios, qui representata pecunia eos nomine Mtis Vre Advocatia ista extrudere conarentur quibus cum Diploma Mtis Vre sibi concessum monstravissent in quo, quoad vel pr vel ipsi viverent, precisa est omnibus redimendi potestas nihil ea re comoti, fructus Advocatie sequestro vt traderentur decreverunt, tantisper dum ~~de~~ suam ea de re Mtas Vra sentenciam pronunciaret, ad quam audiendam istuc ad Mtem Vram proficiscuntur, meqz rogarunt vt causam eorum Mti Vre diligenter comendarem, id quod, vel quod alter eorum aliquot annis in fide mea ~~fuit~~ et ~~clementia~~ clientela ita vt se mihi vehementer probaret: vel quod hec peticio mihi equissima visa est, negare illis non potui. Quare Mti Mti Vre

supplico vt ne beneficiu Mtis Vre illis concessu inter:
verti patiatur, literasqz concessionis sue diligenter per:
legat, neqz mutare factum velit. Decet enim tanti Prin:
cipis concessiones fixas esse et stabiles, factura itaqz est
Sacra Mtas Vra rem et Regia constancia sua di:
gnam, et qua ceteros ad bene fideliterqz seruiendu ala:
criores, hos vero adolescentes vna mecu sibi est deuin:
ctissimos redditura, comendo me rursus et seruitutem
meam omni quo possu studio Sacre Mti Vre Quam
dominus deus cum suis omnibus sana ac foelicem ad
multos annos seruare dignetur in sua gra Dat

P. Tomiczki Eps. Vicecancell
Ioanni Choienski Epo Premislien

RME in Chro Pr et domine fr et amice charissime ac ho:
noran. Magna mihi iniuria videtur adolescentibus iis filiis
olim domini Martini Broniowski quoru alter seruitor me:
us est Nam cu donationis Regie lras habeant quibus Ad:
uocatia in Potilicz ita illis concessa est, vt adempta sit om:
nibus, etiam Mti Regie, Pre eorum eisqz superstitibus, re:
dimendi facultas, sunt tamen qui numerata pecunia nomine
Mtis Regie exturbare eos velint Quare supplico Mti sue
Regie ne id fieri patiatur, et pro constancia sua Regia fixa
et stabilem esse velit donationem sua, quam mea peticionem
vt Rma D. Vra diligenter adiuuet magnopere queso. Factura
rem et equitate sua dignam. Valeat et sit foelix Vra Rma
Do. et me diligat. Dat in Arce nra Bodzanczinen.

Tomicius Eps. Josto Decio Jodoco

Nobilis et famate domine amice charissime. Rediit hesterno die Cubicularius nr̃ quem in Lithuaniam ad Regiam Mtem miseramus. Is attulit nobis ab Illmo Duce Prussie lras ad vos scriptas, quas vobis nulla mora interposita, ita vt à nobis per lras suas postulauit, perferendas curauimus. precamurque vobis Pascha hoc foelix et sanctum, vt id vna cum vniuersa familia vrã, letissimum peragatis, beneque ac foeliciter valeatis. Dat

st supra — Petr. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Mgro Nicolao Jaskier Notario ciuitatis Crac

Egregie et famate domine, amice nr̃ dilecte. Meminimus vos à nobis petere paulò ante quàm curande valetudinis nr̃e causa, in hanc nos quietem recepissemus, vt cum laborem cepissetis, grauem quidem illum, sed nr̃is hominibus inprimis vtilem futurum, vertendi è Germana lingua in latinum speculum saxonum, et alium quendam librum Weichpild impetraremus à Mte Regia diploma siue Priuilegium, quo sanciretur, ne quisque alius imprimere in Polonia, aut alibi impressos eosdem libros vendere auderet: ne et oleum et opera vobis periisse videretur. Nos huius petitionis Vr̃e memores scripsimus ea de re ad Mtem Regiam, et quod voluimus, optatum tulimus, non omnino ex sententia nrã diploma conscriptum est, sed si magnopere id necessarium videbitur, facile sarciri poterit, quod Scribe incuria est omissum. Vos interea hanc mẽam gratificandi vobis voluntate grato aio accipite, bonique consulite et bene valete. Dat

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Visnen
Alberto de Craina Medico Consuli
Craccouiensi

Egregie domine, frater et amice in Chro charissime. Sunt duo pueri qui nos propinqua necessitudine attingunt: quorum nos pro officio nro fortunas augere cuperemus: sed uter eorum Sacerdociis honestandus esset ac locupletandus, vellem enim alterum rei familiari propagandeqz familie dare operam, nobis non satis liquet. Quamobrem à vobis magnopere postulamus, vt cum horam qua nati sunt in Scheda lris his inclusa descriptam vobis miserimus ex Astris iudicium de illis faciatis, uter utri sit vite generi aptior futurus, vt nos, nrm augendi illos studium ad eorum naturam et ingenium accomodare possimus Quo minus auribus mis dederitis et veriora nobis omnia perscripseritis hoc estis gram à nobis maiorem initturi neqz vos laboris mea causa suscepti penitebit Valete Dat

Tomicius Eps Vicecancell.
Mathie Drewizki Archiepo Gnesnen — ist supra

RME in Chro Pr et domine, et domine maior honorandis[me] Delatum fuit ad me nomen Plebani in Pruschina in terra Lucouien: quod occidisse diceretur Nobilem quendam patronum suum: que causa cum longo tempore fuisset apud me in iudicio agitata posteaqz ex consilio Medicorum recuperandarum virium causa, Craconiam reliqui et in possessiones Epatus mei contuli: omne onus iudicandarum causarum in dominum Viccarium generalem Craconiensem meum reieci, vt tanto liberiore animo valetudini mee seruire possem apud quem cum fuisset

fuisset ista controversia disceptata pronunciatum est secundu Plebanum, estque ab eo crimine cuius fuit insimulatus absolutus. Nobiles qui nomen Plebani de homicidio detulerant a D. Vicarii nri sententia ad R. D. Vram appellaverunt qui cum non magna sint re atque opibus praediti cuperent sumptus effugere qui ad iter hoc faciendu essent necessario impendendi. Quare eorum rogatu R. D. Vram rogo ut aliquibus hic de causa ista cognoscendi potestatem faciat, quo illi non cogantur tantum et laboris capere et sumptu sustinere. Rem est R. D. Vra et piam et mihi gratissima facturo Cuius me amori et benevolencie comendo Deumque precor ut R. D. Vre et vitam longam eamque incolumem et prospera cuncta largiatur Dat

Tomicius Eps Vicecancell Proconsuli et Consulib Crac

F Amati domini amici charissimi. Galeatius Barbitonsor meus ante paucos dies missus est a nobis ad nos Cracovia redire: quod illius opera hoc tempore multum utimur, neque potest ad eum diem Cracovie se sistere qui ei est a vobis praestitutus quo ut nonem florenorum censu numeraret decrevistis, feceritis itaque rem nobis gratam si diem produxeritis atque in id tempus reiecceritis quo Cracoviam proficiscendi facultatem habere possit, summo id a vobis studio postulamus quod si postulatis hisce meis aliquid loci dederitis futurum est ut vos Vre facilitatis huius non poeniteat omni benevolentia mea vobis id vicissim referendu curabimus valete Dat in Oppido meo Kielcze die XXVI Aprilis Anno domini M° D° XXXV

Generose domine amice charissime. Scripsimus iam antea ad D. Vram postulantes vt domino Strachote iusticiam de factore suo qui furem illius emiserit facere vellet. Quod quia hactenus factum non esse ipse dominus Strachota queritur: iterum atque iterum postulamus ab illa velit iam tandem illi iusticiam debitam et indilatam de ipso suo factore administrare. Rem sua virtute dignam et nobis gratam faciet, et cupimus vt D. Vra bene et feliciter valeat. Datum ex Oppido nro Krelcze die Sancti Marci Euangeliste Anno domini M° D° XXXV°

Tomicius Eps Vicecancell
Doctori Borek Cantori Crac

Venerabilis domine, fr in Chro charme. Die Sancti Sigismundi rediit ad nos Sartor vr et Colanowski, Cum quibus et Paulus Mercator cum familia sua/ reddiditque nobis Sartor integre res omnes quas misistis vt in lris vris descripsistis.
Probamus magnopere quod Wladarius vr donauit nro nomine Illme domine Hedwigi Reginule, Ceruum recentem quod ipsum vt faciat sepius vos illum commonefaciatis, nos ipsi quoque illi precipiemus quando eum videbimus.
Die Lune post diem festum Sancti Stanislai proximo, ad Czanstochowam dante Deo hinc proficiscemur ~~postulamus quod~~ putamus quod nos inde ante diem festum Sancte Trinitatis huc esse redituros, et speramus, quod interea temporis fr Andreas de Sancta Catherina

parata habebit instrumenta omnia, quae ad aqueductum fieri fecit et quae ut primum parata habere illum cognoverimus cursorem sine mora pro eo hinc mittemus.

Probatur nobis forma et labor Pantophlarum quas per Voievodzic Conopeczki misistis, volumus tamen ut quando alias fieri nobis facietis, admoneatis Sutorem quod paulo longiores faciat quam sint hae per vos missae [habemus in Bodzanczin mensatorem bene quidem in sua arte peritum, sed qui Scabella seu Sedilia de Corigio facere nescit Quare faciatis nobis fieri istic Sedile de Corigio humile et non altum instar eius Sedilis quod est istic in Camera nostra axamito grisco obvolutum, homines namque languidi et debiles Scabellis humilibus bassis et mollibus insidere libentius solent.

Heri in Dobrowoda misimus Laurentium Przeborowski et Albertum Lubowiezki quibus comisimus ut Stanislaum Batha: Baranowski de Praefectura amoveant, et dominum Josephum Vicecustodem Visliciensem in eius locum sufficiant.

Quando deo dante in Czanstochowam proficiscemur, forte dominus Miskowski ibit tum Cracoviam ad generale Capitulum quod pro die festo Sancti Stanislai proximo celebrabitur/per eum itaque nonnulla dominis Praelatis et Canonicis Ecclesiae nostrae significabimus, quae necessaria esse putabimus.

Significetis nobis, quid agatur cum Vicaria Reverendissimi domini Episcopi Premislien, an videlicet teneat eam adhuc Magister Dambrowski et habeat animum resignandi illam necne.

Est hic in Ecclesia Krileen Turribulum argenteum satis pulchrum sed non habens Navicellam, Quare faciatis fieri isthic Navicellam de una et media Marcca argenti, comittatisque Aurifici, ut faciat illam in forma bona et eleganti, in eaque arma domus et familiae nostrae sculpat et pulchre maneet.

Formas quas misistis a Galeacio receptas adhuc nos ipsi

non vidimus bene tamen placent Aromatario Marco meo

Petr. Tomic. Eps. Vicecancellar.
Consulibus Ciuitatis Cracouien.

FAmati domini amici nri charissimi. Relatum est nobis comprehensam esse ex quadam causa Margaretam Mulierem que vnius Coci mei pecuniam et res asseruabat non paucas. Que Mulier vtcumqz nescimus an quid facinoris comiserit, metuentes tamen ne si illam ad mortem damnari contingat res et peculium Coci mei periclitetur. D. Vras rogamus vt cum raciones demeritorum Mulieris istius comprehense expendetur, mei Coci eam rationem habere velint, vt ne quid ob culpam Mulieris ad illum in rebus amittendis perueniat detrimenti facient in hoc D. Vre rem iusta se officioqz suo dignam, nobis vero gratam, et quam illis viris sim gratifficatione et beneuolencia mea referre conabimus Quod vero restat optamus vos bene Valere et foelices esse Dat.

P. Tomicius Eps Vicecancell
Georgio Misscowski Archidiac° Crac

VEnerabilis domine frater in Chro charme. A multis iam diebus misimus ad vas Rotulum in causa quadam Matrimoniali Sandomiria ad nos missum vt illo perspecto sententiam nobis Vram quid iuste decernere in hac ipsa causa debeamus declararetis Quod quia hactenus facere distulistis magnopere miramur / nam et partes Sentenciam opperientes

sumptibus se grauarentur et vobis Nuncii non desunt per quos
fere singulis diebus mittendi id ad nos facultatem habetis
Quare vos hortamur vt per Dambrowski aut presentem Nun:
cium predicte cause racionem et sentenciam vram nobis per:
scribatis et rotulum ipsum remittatis bene Valete et foelix
sitis Dat

Tomiczki Eps. Abbati Tinecen

R. DE et religiose Pr frater in Chro charissime. Dominus
Joannes Chelmski Burgrabius Castri Crac, cum iam a
multo tempore voluntaria quadam inclinatione sit ad obse:
quendum D. Vre propensus nunc maxime occasionem que:
rit vt illius arctiorem coniunctionem et gram assequi pos:
sit. Qui qm is esse nobis videtur qui officiis et aliis meritis
Pti Vre, et eius fratribus vsui et vtilitati esse solet, eius
ipsius et filiorum eius raciones P. Vre comendamus, ab illaqz
rogamus vt animu quem erga illum semper habuit egregiu
non modo non mutet, sed vt illi et liberis eius expediet
cumulet et adaugeat semper, quod ille officiis suis et nos
gratitudine animi nri referre P. Vre curabimus Qua
bene valere et foelicem esse optamus, postulamusqz ab illa
vt nos in suis et fratrum suorum oracionibus habeat com:
mendatos Dat

Tomiczki Eps. Crac. Vicecancell
Jacobo Sladkowski Wladario
Cracconiensi.

Wlodarzu oznaimili nam Raicze Cracowsczi, ijsch gdi Papiernik ich skarzil sia przeth toba na Papiernika nasszego oto, isch on wiedzanc kto go pokrad niechcze mu go powiedziecz ani vkazat / tis ta rzecz odeslal do dvchownego prava, aomij tak mienia ij rozumiena isch ta rzecz nieprzislusche ku Duchownemu prawu, alie ku swieczkiemu, ij zandali nas zato, abismi tobie roskazali abi thi ta rzecz miedzi timij Papiernikj roszandzil prawem swieczkim, a nieduchownim, Mismi gim odpissali isch wedlie prava Duchownego gi Czessarskiego nikth niejest winien na zandosz abo vpor stroni powiedziecz ij vkazat zlodzieia, bi go tesch dobrze wiedzial. A wszakozesmi to tesch przipissali do nich isch chczemi tobie porvczic, abi thi ta prza miedzi timi Papiernikj rossandzil prawem swieczkim Tho dobrze wiemi, gisch o thakowei rzeczj gi przi, iaka to jesth nie nieopissano wstatuczjech Polskich iesli to iesth opissano wprawie niemieczkim tego niewiemi, A wschakosczi roskazuiemi abi poradziwschi sia Kxiandza Misskowskieo gi gimich ktorich ludzi rostropnich a bieglich wprawie, ta rzecz miedzi Papiernikj sprawiedliwim sandem rossandzil A wschakosch obawiami sia tego isch baran woda manczij a gisch Papiernik Mieszki nierad widzanc Papiernika naschego na Prandniku, zaklada nan ti kluczki, gi potwarzi ij trudnoscz mu zadawa, liecz ti tego wschitkiego niebaczac, vczin gim sprawiedliwoscz takiako cia xiandz Misskowski ij gimi navcza Dan



Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Hieronimo Mosinski de Bnyn

PAnie mili Strigio, dano nam dzis listh wasch, ktorim nam oznaimviczie, isch bandac pan Marschalek Dworski niedawno na Liebiowie, gdziesczie wi tesch bili y pani Wspinkova, mial mowicz do paniei Wspinkowei izbi iei chczial zasia spusczic, y o Consens sia do Crolia iego Mczi prziczinicz Mi niewiemi iako te slowa mami rozumiecz a wschakosch tak baczemi, isch bili gi sa verba honoris, bo to dobrze wiemi, isch pan Marschalek nie dzierzi Lehiowa wpieniadzech bo gi Crol iego Mc swimi pieniadzmi wikupicz raczil, ogliadawschi listhi do ziwothne paniey Wspinkowei zaktorimi niemogl iego C. Mcz wedlie sprawiedliwosczi iei nikomu dopusczic wikupicz, liecz sam iego Mc wikupic mogl i wikupil

O krziwdi ktore sia wam dzieia od pana Marschalka, bandziemi radzi snim mowicz, i iego zato zandac, abi gich wam niedopusczal czinicz

Wkazdei rzeczi sprawiedliwei mi wam chczemi radzicz gi pomagacz, iako Strigiowi naschemu, alie vas prosiemi y napominami abisczie sia richlo ozemili, abi gimienie i zebranie wasche nieprzischlo na oni ktorzi wam niemala liekkosc zalosc i szkoda rozimili A stim daisch pan bog abisczie bili dlugo zdrowi, a nawschitkiem sia dobrze mieli Dath

P. Tomiczki Eps /
Sebastiano Opalenczki Pa^to Posn /
Joanni Splawski iudici Posnanien /
Petro Conarzewski iudici Calissien

Generose domine amice charissime / fr nr dominus Palatinus Juni: / wladislanien pro eo amore quo fertur erga communes Nepotes nros filios domini olim Castellani Gnesnen vult eis bona sua omnia inscribere ea lege vt ipsi vicissim Arendam illorum sibi ad eius vi: tam inscribant Quia vero nondum ei etati maturi sunt q einsmodi Arendam legittime facere possint postulamus a vobis, cauere ve: litis pro eis q postq ad etatem legittimam peruenerint in eam ipsam Arendam consencient eamq ratam habebunt iuxta exe: pla inscripcionum que vobis dominus Palatinus demonstrabit. pol: licemur q ipsi Nepotes nri hac caucione quam pro eis facietis in nullum incomodum seu periculum vos conicient quin in etate le: gittima constituti, vos ab illa liberos reddent erit nobis factum hoc vrm perq gratissimum quod nos cum Nepotibus nris vo: bis vicissim omni officio et gratificatione nra refferemus Be: ne valete Dat in Krelcze die v Maij Anno doi M^o . D^o . XXXV° .

Tomicius Eps /
Petro Conarewski iudici Calissien .

Generose domine amice charissime / fr nr dominus Palatinus Juni: wladislanien censet vt ea inscripcio bonorum suorum quam Nepoti: bus nris Communibus facere deberet in Conuentu gnali Regni fieret id quod et nobis qz placeret quidem, verum quia incertum quo tempore Mtas Regia in Regnum redibit, et solus deus nouit quisnam ad Conuentum Regni generalem vita frui poterit

magis tutam fore existimamus vt non expectato Conuentu gnali Regni eam ipsam inscripcionem fie nr̃e faciat, faciat autem illam in terminis proximus. Posnanien coram Mag^co domino Capit^o Posnanien ad quod efficiendum rogamus vos vt illum concitetis, attendatisq3 q hec inscripcio bene ac sufficienter perficiatur nullusq3 error in illa committatur et recte ac diligenter in librum inducatur quo rem gratissimam nobis facietis Qua nos vicissim vobis beneuolencia et gratifficatione nr̃a refferemus Bene Valete

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancel Virgini Heduigi Reginule Polonie

Illma Princeps et domina, domina clementissima. Post seruitutis et oracionum comendacionem, simul atq3 cercior factus sum Illt. D. Vram. Illmo domino Joachimo iuniori Marchioni Brandeburgen desponsatam esse incredibilem ex eo cepi voluptatem Nam et Illt.ma D.o Vra sponsum se dignum et ille sponsam diuino beneficio consecutus est eiusmodi, vt ne votis quidem aut sanctiorem, aut se digniorem vllam concipere potuerit, Gratulor itaq3 Illt. D. Vre atq3 deum, vt hoc Matrimonium fortunet oro quo possit et natos natorum et qui nascentur ab illis Illt. D. V. magno cum gaudio suo et solacio videre.

Quod a me postulauit Illt. D. V. feci multo libencius, quam ab illa mandari mihi potuit quo pluribus me sibi Sacra Mtas Regia Illt. D. Vre parens me sibi deuinxit, hoc me minus Illt. filie eius postulanti negare quicq3 equum est, tali presertim filie, que vt tanti Regis filia non esset, esset tamen omni omnium honore et veneratione dignissima propter tot preclaras virtutes

quibus eam deus optimus Maximus voluit esse exornata Quare scripsi q potui diligentißime Mti Regie atq ei supplicaui vt maiorem Illme. D. Vre rationem habere dignaretur, vt aliquid temporibus istis concederet in quibus rerum omnium maior est q patrum nrorum memoria splendor et magnificentia Quo magis Illmam. D. Vram charam habet et quo causas habet eam amandi iustiores. preter hoc nature vinculu, eo in spem vero maiorem facile nos quod optamus, optatum laturos, neq Mtem eius. tam iustis precibus nris sua liberalitate Regia defuturam Quod superest denuo precor iteru atq iterum, vt Matrimoniu hoc secundet, vt Illma. D. Vra pulchra faciat prole parente vt natos natoru, et qui nascentur ab illis, videre concedat, Cuius me gratie suplicitur comendo Dat in Kielce ija Maii Anno domini Mo. Do. XXXvo

P. Tomic. Eps. Vicecancell
Samueli Macieowski Canco Crac

VEnerabilis domine fr in Chro charißime Tam constans et diuturnum istud vestrum silentium permagnam nobis mouet admirationem angimurq animi. quod nihildu certi cognouerimus. qui ibi sit rerum vrarum status ex sententia ne, an contra cedant omnia Quo magis ista scire cupimus, hoc nobis molestius accidit, nos a vobis certiores de his non fieri/ itaq hortamur vos et monemus primam scribendi ad nos facultatem ne pretermittatis deq rebus iis quas cognoscere cupimus, ad nos copiose perscribatis Quicquid a Mte Regia, quamcumq in partem responsi tuleritis, nobis significate Quo id feceritis diligentius hoc nostram vobis voluntate, sedulitate hac Vra magis demerebimini.

Cardinalis Sanctorum quatuor binas ad nos misit literas qua-
rum vnę ad Regiam, alterę ad Rlem scriptę sunt eas
nos ad vos perferendas curauimus, vos Regię Rliqz Mti
eas redditote et nos obsequia nrá et oraciones illis comendate
Valete Datũ in Oppido nró Kielcze die Ascensionis dõi
Mº Dº XXXVº

Tomiczki eps
Thomę Rosnowski Canco officiali Crac

Venerabilis domine frẽ in Chró charis.me Neqz satis mirari,
neqz satis ęquo animo ferre poßumus, cum à vobis tum à cete-
ris Prelatis et Canonicis Ecclesię nrę Cracoviensis tam par-
uam peticionis nrę rationem habitam fuiße Quod si magnũ
aliquid postulaßemus, ferremus vtcunqz nos eße repulsos sed
hoc tantum contendebamus, vt proferretis adhuc in aliquot tri-
ennia locationem istam bonorũ pabianicze domino Samueli Ma-
czieiowski, vos cum videritis rem à nobis æquiorem peti, quã
vt fas vobis esset recusare: inuenistis tamen pretextũ quo
postulationem nrám elevare poßitis, neqz enim defuerunt ex
vobis quidam, qui reiiciendam esse eam deliberacioné in aliud
tempus dicerent: neqz domino Maczieiowski prius quicqz respõ-
dendũ quam inspecta essent bona illa atqz omnia in illis dili-
gẽter explorata quasi vero ad eum qui proxime preterijt
Chri natalem non suma cura perquisita fuerint et perspecta sin-
gula. Non dubitamus quin vnus aliquis fuerit huius facti
vrĩ vobis author et suasor, sed magno emptũ vellemus, vt
quis ille sit certo scire possemus Qui si communis vtilitatis vrę
studio hanc Princeps sentenciam dixißet quam vos postea sequuti
estis: nihil nos ea res comoveret. Quidnis enim mallemus q
per nos de communi vestro comodo et emolumento quicqz detrahi

et inimici. Sed cum luce clarius perspiciatis illum odio adductum et inuidia, in suam vos sententiam pertrahere voluisse, cum nemo potest hominum memoria ex bonis istis Pabianicze plus domino Samuele vobis numerauerit: et miramur et Stomachamur, vnius illius persuasiones vtilitati vr̄e repugnantes, plus apud vos loci habuisse, quàm nr̄as peticiones cum nos et emolumenti vr̄i maiorem rationem ducamus, et commodandi vobis, paremq̄ aliquando gratiam referendi vberiorem facultatem habeamus. precipue cum eo simus ingenio prediti, vt vtramq̄ in partem memores esse consueuerimus; fuit nobis auditu iucundum, quòd opera D. Jacobi in grām et concordiam cum domino Grusczinski redire statueritis. Nam certè res nobis indigna visa est, tam longo tempore inter vos et illum controuersiam istam sedari non potuisse. In hunc vsq̄ diem nihil audiueramus de Nuncio à dnō Castellano Cracoviensi ad Regiam Mtem misso, tuendi Zukowski causa, Periculum esse videmus, ne foelicior sit in eo quod vult à Mte Regia impetrando, quàm nos fuimus in iis obtinendis, que magno studio à vobis ceterisq̄ Prelatis et Canonicis frustra contendimus, precipue cum qui vr̄is comōdis aduersantur facilius quod volunt persuadeant. Sed nos nihilominus iusticie vr̄e pro officio nr̄o defuturi non sumus bene Valete et deum pro nobis orate Datū ex Kielcze die xxviii^a Maij Anno domini. M^o. D^o. xxxv^o

Petr. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Stanislao Borek Cantori Cracouien

Venerabilis domine, frater in Chro charissime. Valde graviter et iniquo animo ferimus, inter dominum Thomam et et dominum Gabrielem, tanta odia et simultates intercedere, neqz enim sine magno populi offendiculo fieri potest, cum videt eos quorum exemplo ad pacem et tranquillitatem charitatemqz Christianam, que est suma virtutum omnium, incitari debebat, tantis inter se ardere odiis vt alter in alterius cupide ruat exitium, nobis non probatur factum Gabrielis, qui cum posterius sacris interdictum sibi esse cognovisset, quam fuerat a nobis absolutio impetrata nihilominus a quo arcebatur templo excedere noluit, remqz diuinam istic, vt accepimus perturbavit. Mittimus nunc illi aliam absolutionem, tantisper vt liber sit ab omni vinculo excommunicationis, dum nos causam ipsi cognoscamus, controuersiasqz que inter D. Thomam et eum est disceptemus.

Fueramus paulo ante in Czanstochowa, voti causa profecti, inde nudiustercius reversi sumus, que causa fuit, Quamobrem prioribus vestris lris ante hunc diem nihil responderimus

Tomicius Eps
Nicolao Bedlenski Scolastico Vicario Cracc.

Venerabilis domine fr in Chro charissime. Facessit negocium Stanislaus quidam de Visliza, fratribus his de Vanchoczko, qui Abbatem eorum vigore comissionis Apostolice in iudicium vrm adduxit, cum tamen res agatur mere secularis, pecunia enim pro Aduocatia de qua disceptatio est numerata est a domino Abbate: vt causa illi nulla esse videatur quamobrem diutius dno Abbati sit molestus quemadmodum ex fratribus iis melius ista

cognoscetis Quare postulamus à vobis, vt eos vexari sine causa
non patiamini insticieqz fratrum ne desitis. Facturi rem et officio
vro dignam et nobis valde gratam Valete Dat

P. Tomic. Eps. Doctori Borek.

VEnerabilis domine, fr in Chro charissime. Etsi nihildum certi
habemus, possit ne fieri corporis nri cereum Simulachrum ita
vt cupimus, et quo tempore confici possit: nihilo minus, ne per
nos vlla conficiende rei mora videretur esse allata. Doctori
Hosio dedimus negociu, vt is elogiu conscriberet quod ad vos
mittimus. à vobis postulamus, vt quod de priore illo fecistis,
quod in Czanstochowa appendi curauimus idem de hoc qz faci:
atis, Atqz ad fratrem Stanislau in Mogilani transmittatis,
vt illud non minori diligentia picturis illustret atqz exornet,
quàm quod in Czanstochowa collocari fecimus Bene Valete
Dat

P. Tomic. Eps. Vicecancell
Petro de Obornik. Medico, Consuli Crac.

NObilis et egregie domine, amice nr dilecte, Opus habemus libris
quibusdam professionis vre medice, quorum nomina, in Sche:
da descripta ad vos mittimus Quare postulamus à vobis, vt eos
libros diligenter apud Bibliopolas conquisitos ad dominu Do:
ctorem Bork perferendos curetis qui illos soluet pecuniis nris
rem nobis valde gratam estis facturi, si operam vram in eme:
dis libris hiis diligenter nauaueritis/ libru autem vestru
quo sumus hactenus vsi, vobis remittimus Valete Dat

P. Tomic. Eps. Crac. Vicecancell
Sta° Borek. D. Doctori Cantori Crac.

Domini Prelati et Canonici Eccl(es)ie n(ost)re significarunt nobis per dominu(m) Tarlo se instituisse supplicationes in Ciuitate Crac. pro bono et tranquillo statu reipublice regni, proq(ue) victoria Reg(ie) M(aies)t(at)is contra eius hostes ac foelici statu valetudinis eius M(aies)t(at)is et n(ost)ra, admonentes nos ut idipsum nos q(uo)q(ue) in vniuersa Diocesi n(ost)ra faciamus id quod cum equum et iustu(m) nobis esse videatur mandauimus scribi l(itte)ras processus et eas mittimus vobis cum p(rese)ntibus quas volumus ut M(agiste)r Paulus Caligula imprimi faciat numero quinquaginta ita correcte q(uod) ne in minima quidem l(itte)ra error comittatur, ad quas vos detis papiru(m) Regalem, quam accipietis et reperietis in Cista alba que est in camera nona vicina Cubiculo n(ost)ro et Jeronimo Pictori pro labore soluatis, cumq(ue) impresse fuerint he ipse littere, vos eas et istic Cracouie publicetis, et ad Decanatus Rurales vicinos dimittatis. Mittimus autem vobis Sigillu(m) n(ost)r(u)m, quo illas obsignetis et quod demum nobis vnacum l(itte)ris ipsis vniuersalibus per hunc pueru(m) Crupski remittetis

Relatum est nobis q(uod) Plebanus Chanczinen(sis) permutare vult cum domino Casparo Podlanczki Canonico Eccl(es)ie n(ost)re Plebanatu(m) suum Chanczinen(sem) pro Psalteria et aliis Sacerdotiis Quoniam vero nos eundem Plebanu(m) propter perpetratu(m) per eu(m) homicidiu(m) ex Diocesi n(ost)ra relegauimus dicatis n(ost)ro nomine domino Scholastico et Vicario n(ost)ro ut eam permutacionem nequaq(uam) fieri permittat. Cum enim is ipse Plebanus sit exterminatus de Diocesi n(ost)ra, nolumus ut se in illa amplius ingerat presertim cu(m) vitam moresq(ue) suos non emendauerit sed pergit esse

insolens et per hoc tempus quo est in Chanczini non pauca iam fla:
gicia admiserit omnibusq3 ingratum se ibi reddiderit
Rogamus vos ut interea dum per siccitatem temporis comodum est
operiri tegulis domum Consistorialem, viamq3 ante illam sterni
Lapidibus faciatis.
Si iam habetis formam sepulcri Sororis nrē eam nobis mittatis
quam dum viderimus vobis demum remittemus

P. Tomic. eps

Luce de gorca castell. Crac. Posnamien

Capit° maioris Polo^e generali.

Magce domine, domine et fr̄ honorandē. Quanta in me viri illius op:
timi domini Joannis Lubranski Posnamien olim Epi merita
constant Mgca. D°. Vrā proculdubio iuxta mecum tenet, Quare
et vivum illum summo studio benevolenciaq3 sum complexus, et eo
mortuo servos eius omnes, quos ei charos fuisse scio, tuendos esse
mihi et adiuvandos arbitror, Inter quos cum non postremum locum
obtinuerit dominus Dambniczki Medicine Doctor, cuius filium
cumprimis honestum Cubiculo prefeci, ut duplici iam nomine eius
mihi propugnacio suscipienda sit, quēso M. D. Vram, ut eum
negociaq3 eius omnia diligenter sibi comēndata habeat, In quibus
quanto fuerit ab illa magis adiutus, tanto me sibi magis devin:
ctum M. D°. Vrā reddet et obligatum Quē bene et foelicissīe
Valeat, me charum sibi et comēndatum habeat Dat

P. Tomiczki Eps Crac. Viceeancell
Seuerino Boner de Noremberg ciui
Crac. Castell° Zarnouien. Burgrauio
Zuppa°. Magno procuratori Cracouien

Generose domine, amice nr charissime. Dominus Conradus Crupek. Ville Niegoschowicze partem dimidiam apud D. Vram se arendasse affirmat: quam sibi denunciasse nescio qua interposita offensione quod Ville huius usu priuare eum velit Cum autem ille sementem in ea fecerit postulat huius Ville usumfructum in id tantum tempus sibi concedi, dum ex iactis seminibus optatos fructus percipiat, atqz in ea re, vt aliquid ei patrocinio nro apud D. Vram presidii adferamus, a nobis contendit quo peticio eius maiori est cum equitate coniuncta eo fecerit D°. Vra rem, et humanitate sua digniorem et nobis gratiorem si peticionis eius equissime rationem habendam duxerit bene ac foeliciter Valeat Vra. D°. nos charos sibi et comendatos habeat Dat in Villa nostra Jaxicze

P. Tomiczki. Doctori Boregk

Venerabilis domine, domine frater in Chro charissime. Heri dominus Bielinski Notarius Regius reddidit nobis lras vras quibus scribitis Jacobum Aromatarium cum Chronowski peragendis Virgini Cosmowska Nupciis diem Dominicum post octauam Corporis Chri proximum destinasse quod quidem tempus tametsi videatur esse angustius qz vt in eo necessaria Nupcialis apparatus parari commode possent, prestabatqz forte prorogari eas Nupcias ad diem festum Sancti Joannis Baptiste quando tamen per vos et illos ita est iam constitutum vt pro die Dominico proximo peragantur

agantur nos sententie et deliberationi huic V[est]re facile subscribimus.
Nullius quidem officii aut debiti ratio nos permovet ad curam collocande eius virginis Marito suscipiendam: neq[ue] est quod illa oblatam sibi per nos centum et quinquaginta florenorum dotem sanguinis quo nos attingit beneficio potius q[uam] liberalitati n[ost]re acceptum referre debeat / quicquid namq[ue] illi facimus, sola pietate adducti facimus. Vt autem eius inopie magis adhuc opitulemur assentimur et committimus vobis vt illi vestes duas alteram videlicet de Muchaiere pellibus Nowogrodzki sulcita Alteram ex panno parpuriano pecuniis meis comparetis / Ematis insuper illi Mantellum et velum quod Rambek appellant ac peplum Chomlia Braka Oboiezik Cistam in qua vehat res suas ad Maritum et asinulum quinq[ue] aut sex florenis in moneta Marito donandum. De Lectisterniis Soror illi provideat, nos namq[ue] eiusemodi rerum circa nolumus esse implicati. Convivium Nuptiale ita apparetis prout cum dignitate n[ost]ra fore putabitis, et Wladario n[ost]ro Czal. vt ad illud de Carnibus ferinis provideat comittatis.
Dedimus negocium domino Bielinski exigendi nobisq[ue] afferendi pecunias Denarii Sancti Petri à Succollectoribus qui illas nondum comportarunt.
Nos die Lune proximo dante deo ad Scepanow proficiscemur id est locum Divo Stanislao patrono n[ost]ro glorioso dicatum illic visuri foelicissime Valete Dat[um]

Tomicius Eps Vicecancell
Severino Bonero Zuppario

Generose domine amice charissime. Magnas agimus et habemus. D. Vre gras q nos viserit suis lris quas hodie servitor eius Conarski nobis reddidit, visimusq nos vicissim. D. Vram his nris et precamur illi bona ac prosperam valetudinem ac suma foelicitatem.

Quod consanguineam nram Cosmowska Nobili Chronowski servitori. D. Vre in Matrimoniu collocavimus, fecimus id ob respectu intercessionis. D. Vre quam pro eo fecerat, vtcumq enim nesciebamus quas ille facultates habeat, quia tamen. Do. Vra diligenter eum commendaverat cunctari noluimus hanc consanguinea nram Vxorem ~~hanc consanguinea nram~~ ei tradere. faxit dns deus vt illoru hoc Connubiu sit faustu ac foelix.

Agimus et habemus. D. Vre gras q virgini Swidwianka Nepti nre Torquem Norembergae elaborata dederit, nihilq dubitamus q illi bene probabitur.

Libenter audimus q advecta est iam ex Norembergа Cratis aenea cum imaginibus ad Sacellu nostrum pertinentibus qd autem. Do. Vra petit a nobis vt declaremus ei animu nrm si Cratem ipsam cum imaginibus poni et collocari iam in Sacello nro velimus, nobis videtur vt sine cunctatione et mora ponantur et collocentur presertim cum veniat Cracoviam filius eius opificis qui Cratem fabricatus est, sumptuosum namq illi esset si posicio ipsa Cratis trahi in longu deberet quare postulamus a. D. Vra vt communicato cum domino Doctore Borek consilio Cratem cum imaginibus predictis in Sacello nro primo qq tempore collocari faciat.

Pro rebus novis per V̄ram. D. nobis missis agimus et habemus illi magnas gr̄as à nemine enim alio q̄z à D°. V̄ra certerciora nova habere solemus Bene ac foeliciter valeat V̄ra D nosq̄z habeat sibi charos et commendatos Dat

P. Tomiczki ep̄s Cracc
Goluchowski subiudici Sandomirien

Generose domine amice nr̄e charissime. Etsi nichil dubitemus Venerabilem . D. Samuelem Marziciowski Eccl̄ie nr̄e Cano: nicol per se cum istic apud vos erit impetrare posse à vobis omnia que ex opera V̄ra hoc tempore necessaria sibi fore pu: tet vt tamen illi ea impetracio facilior et expedicior esse possit nos q̄z postulacionem meam eius desiderijs et peticioni adijcere his l̄ris meis volumus quare à vobis rogamus vt quate: nus per valetudinem et seria aliqua impedimenta vobis liceat illi in limitibus bonorum Pabianicen ante festum Sancti Jo: annis cum domino Gomolinski Notario Terrestri Siradien constituend adesse velitis. In hoc enim rem nobis facietis grata et ipsi domino Marziciowski necessariam quam nos vobis gratificatione mea et dominus Marziciowski cum amicis officijs paribus referre curabimus bene Valeatis et felix sitis Dat

P. Tomiczki Eps Vicecancell
Ioanni Choienski Epo Praemislen

RX ME in Chro Pr frater et amice charissime ac honoran. Prolata est nuper sentencia in Judicio Comissariorum contra dominum Judicem Varsavien qua eadem sentencia bona fisco Regie Mtis adiudicata sunt, ab eo autem decreto cum dns Iudex appellacionem quam Mtas Regia aprobavit ad generalem Regni Conventus interposuisset et bonorum illorum possessio nichilominus sit illi adempta, mittit istuc ad Regiam Mtem supplicatum vt in possessionem illam rursus restitui mandare dignetur, quamdiu Iudicium erit suspensum ego vero illius calamitate adductus intercessionem pro illo meam ad Regiam Mtem per lras feci, quas lras cum D. Vra Mti sue leget rogo vt ipsa quoque operam et persuasione adiiciat sua quo id quod petimus ego cum domino Iudice impetrare possimus factura D. Vra Rma rem mihi summopere gratam, et quam illi dominus Iudex cum amicis benemereri semper curabit Commendo me amori et benevolencie fraterne D. Vre quam sanam et foelicem plurimos in annos esse opto Dat in Iaxicze die XV^a Iunii Anno domini M^o. D. XXXV°

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell /
Ioanni Gamkowski epo Cuiavien

R

ME in Chro Pr et domine frater et amice charissime et honorand
Iam inde ab adolescentia mea, ex quo tempore primam cepi R. D.
Vram cognoscere, magno eam semper amore beneuolenciaqz fui
complexus: que postea cum etate creuit: tantisqz semper accessi:
onibus aucta est et locupletata, vt nihil iam ad mutui mei
amoris cumulum addi posse videatur. itaqz ex aduersa hac
R. D. Vre valetudine non minorem accepi dolorem, quam ex
morbo grauissimo, quo fui ipse toto fere vertente anno magno
vite mee cum periculo conflictatus, neqz tenere me potui, tanta
vis fuit amoris mei erga R. D. Vram, quin subinde et
per liras et per Nuncios meos R. D. Vram inuiserem, deqz
valetudine illius certior fierem. Quam cum grandi iniuria Con:
sulum Cracouiensiu labefactatam esse et accisam, ex iusta que:
rela R. D. Vre intellexissem, grauiter et iniquo animo tuli:
atqz illius vicem, pro mea iniuria dolui. Visa mihi res est in:
digna, minimeqz ferenda: R. D. Vram tanto illis despectui
fuisse. Quare quod me hortatur faciam libenter vt de tanta
iniuria R. D. Vre apud Regiam Mtem deplorem neqz
vlla in re desiderio illius, si quid modo in me presidii esse po:
terit me defuturu pollicear, is enim sum qui dolorem omnem
atqz iniuriam R. D. Vre ad me redundare mihi persuadeo.
Litteras ~~quas~~ ad Ducem Pomeranie quas ad me miserat R.
Do. Vra manu Regie Mtis subscriptas et anulo eiusdem
obsignatas illi remitto. Quoniam vero de valetudine mea pro
ea qua fertur in me mutua beneuolencia certior fieri cupit:
Deo sit gra mortalis melius nunc corpore sum confirmato, quia

fui toto hoc anno. Nondum tamen vires mihi sunt pristine restitute, etatis forte magis quam morbi vitio. Spes tamen est in Christo, fore, vt brevi temporis curriculo, ne vires quidem in me pristine desiderentur. Quod vero mihi opto idem R. D. V. a deo precor vt eam in multos annos foelicem servet et incolume. Cuius me fraterno amori benevolencieque commendo Datum

Petrus Tomiczki episcopus Vicecancell
Stanislao Slupski Canonico Sandecen

Venerabilis domine frater in Christo dilecte. Memores peticionis vestre, Scripsimus Maiestati Regie, eamque rogavimus, vt suum illi consensum illi consensum preberet ad ea que optastis, neque magno negocio quod optabamus obtinuimus, nam et emptionem census apud Lancos Casimirien ratam esse vult Maiestas Regia et vt ex duabus Decimis Mansionarii per vos in Ecclesia Vestra Malogostensi fundentur, non gravatim consentit, ea tamen lege et condicione, vt abstractis de proventibus Plebanatus Malogosten hiisdem duabus Decimis Parrochus Malogosten de residuis proventibus sustentare se honeste possit. Litteras Regie Maiestatis in eam sentenciam scriptas cum presentibus mittimus Valete: et deum pro nobis orate Datum ex Oppido nostro Kielce Anno domini M°. D. XXXV°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Abbati Et Monachis Sandecensibus.

VEnerabiles et relligiosi Pres, fres in Chro charissimi. Accepimus lras vras quibus contra Wladarin nrm Sandecen queximini q maius precium petat a vobis pro decimis nris qz quo retroactis annis per vos solvebantur. Nos miramur plurimum vos adeo racione et consilio esse destitutos vt contendatis quo decime nre iuxta voluntatem et arbitrium vestrum vobis vendantur et non perpendatis licere vnicuiqz que sua sunt precio quo potest meliori pro racione temporis vendere. Quare cum nulla sit vobis legittima causa adversus Vladarinum nrm querendi nos culpa vacare illum prorsus censemus quin si vobis est animus emendi Decimas nras solvatis pro eis tantum quantu a quopiam alio solveretur. Nos vero scribimus Vladario nro vt si vos dare volueritis illi pro eis tantu quantu quispiam alius daret eas vobis pocius vendat. preterea quia edocti sumus de pessimo regimine vro, relatumqz est nobis vos domine Abbas publice Concubinam sibi fovere, dedimus in mandatis dno Abbati Brzesten vt vos visitet regimenqz et vite vre institutu omne plustret, et que emendacione indigent corrigat et rectificet. Quare mandamus vivatis deinceps regularius abstineatisqz a designandis operibus que ordini ac professioni regulari non congruunt et propter que ordo vester adeo iam vilvit vt a multis passim convicia in vos iaciantur. Bene valete et dominum deum pro nobis orate.

Petr. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Stanislao Peniazek Wladario Sandecen

Generose grate nobis dilecte. Questi sunt nobis de te per lras suas Abbas et Conventus ac fres Monasterii Sandecen ordinis Premonstratalen q nolis vendere eis decimas nras nisi maiore precio quam quo retroactis annis per eos solvebantur qua in re te culpa omni vacare prorsus cernimus licet namqz unicuiqz vende decimas quemadmodu et quasqz alias res precio quo meliore vendi possunt quare si fres predicti solvere tibi voluerint pro decimis predictis tantundem quantum a quopiam alio solveretur tu eas illis potius qz cuipiam alteri vendas et aliter non facias Vale Dat

Tomicius Pict
Ioanni Choienski Epo Præmislien

RME in Chro Pr et domine fr et amice charissime et honoran. Dominus Nicolaus Salomon Civis Cracoviensis habet isthic causam non illam quidem parvi momenti, sed nihilominus expeditam quam arbitror R. D. Vram non ignorare agitur enim de Tutoria de qua litem intentavit fratribus Stanislao et Joanni Cruppek quorum cum esset ad Consules Civitatis nomina delata negaverunt se iudicium accepturos quod eius cause cognitio ad Advocatu et Scabinos pertineret cu vero Nicolaus Salomon Regium mandatu protulisset quo cause istius disceptacio Consulibus fuit comissa, exceptione nihilominus usi sunt et ne Regia quidem authoritate ut lite

contestarentur adduci potuerunt, pronunciatum est deinde à Consulibus, non esse aliorum quam Consulum iudicium cum de omnibus ~~cum de omnibus~~ causis Tutoriis, tum de hac præsertim cuius cognitio ab ipsa Mte Regia Consulibus fuit mandata ab hac Consulum sententia Stanislaus et Ioannes Cruppek ad Regiam Mtem appellarunt. Nunc cum æquitati sit inprimis consentaneum ut quod semel Regiæ Mti placuit illud ratum sit et firmum: neque sententia illius qua nihil constantius esse debet stabiliusque convellatur: rogo rogatu D. Nicolai R. D. Vram det operam ne quid ab adversariis eius isthic impetrari queat quod vel mandato Regio vel Consulum decreto repugnet, quin potius id contendat ut Consulum Decretum sententia Mtis Regiæ confirmetur facturam rem iustam inprimis et æquum mihique hoc ipso nomine multò gratissimam. Comendo me amori et benevolentiæ Væ Rdæ D. et eam in multos annos sanam et foelicem esse ex animo opto Dat

P. Tomiczki Eps
Sebastiano Braniczki Canco Referendario

Venerabilis domine fr in Chro charissime. Comendamus diligenter vobis causam domini Nicolai Salomonis: cui cum Stanislao et Ioanne Cruppek de Tutoria controversia intercedit quam cum voluerit ille à Consulibus diudicari: atque hoc ipsum Regia Mtas fieri mandaverit nihilominus illi Iudicium commutari cupiebant atque totam hanc ab Advocato et Scabinis cognosci, cumque Senatusconsultum esset factum, causam hanc non ad aliorum quam Consulum iudicium proprie pertinere ab hac sententia ad Regiam Mtem appellavit Quare postulamus à vobis ut operam isthic detis ne appellatio hec D.



Nicolao fieri valeat esse possit atque in eo cum Rmo. D. Premisliensi elaboretis ut decretum Consulum à Regia Mte confirmetur Rem equam et nobis valde gratam facietis Bene valete Dat.

Tomiczki Eps
Ioanni Choienski Epo Præmislien

RME in Chro Pater et domine, fr et amice charissime ac honorande. Cocus quidam meus Cracoviæ duxit uxorem Is cum dominus thesaurarius multos hospites convivio accepisset accersitus ab eo fuit, quod opera illius necesse haberet, Deinde ubi munere suo functus erat, primis incumbentibus tenebris, domum redire festinabat ad Portam Divæ Annæ, quidam latrunculi de Platea Cerdonum sunt eum adorti et usuram ei lucis huius eripuerunt Consules Cracovienses in administranda segnes et remissi sunt queriturque uxor illius defuncti sibi de iis qui Maritum occiderunt, per Consules non satisfieri. Itaque rogo R. D. V. ut literas Comissionis à Regia Mte impetret quibus illa hanc causam D. Marschalco Regni dno thesaurario, dno Castellano Zarnovien disceptandam et cognoscendam committat quo facilius ius apud illos suum uxor occisi queat obtinere, opto R. D. Vram diu foelicem esse et incolumem Cuius me fraterno amori benevolentieque commendo

Tomiczki Eps.
Thome Rosznowski Canco Officiali
Craccouien.

VEnerabilis domine fr in Chro charissime. Molesto et dolenti animo ferimus eam difficultatem quam sustinetis occasione Sulteciae in Villa vra Bronowicze. Non desunt vero qui censent vos pocius locare jus debuisse in fundo villae in qua est Sculteccia quam in Xre Craconien utrumqz tamen sit mittimus vobis lras ad Officiales Judicii terrestris Crac ac ad dominu Capitaneu et ad dominu Judicem Castri Craconiensis in rem vram conscriptas, quas a nobis optaueratis. Scripsimus eciam ad dominu Isdbienski Canonicu Ecclie nre qui istuc propediem venturus est vt consiliu suum vobis impartiat ad eludendas Cittaciones per aduersarios vros vobis intimatas, cumqz idem dominus Isdbienski istuc venerit vos qo ipsi consilium ab eo petatis Bene Valete dominuqz deu pro nobis orari faciatis

Tomicius Eps: Thomae Rosznowski

VEnerabilis domine fr in Chro chariss^me. Mirari satis no possumus cum per Mgcum dominu Castellanu Craconien equiss^me iudicio mro condiciones late vobis fuerint, vos tamen accipere eas recusasse cum ille penes nos ptatem esse Voluerit, eorum qui arbitri futuri erant sentencias vel confirmandi authoritate nra vel rescindendi vos Iuri vro nimium fiditis, cauete ne spes vos vra fallat, neqz enim Martis magis dubius esse solet, quam litis euentus

Nos certe in ea sumus sentencia, de Iure suo cuiqz nonnihil decedere satius vt putemus, quam iudicio rem experiri, res vobis erit cum aduersario potente, iuris huius, quod terrestre appellamus peritissimo vt perqz paucos commemorare possitis qui cum eo decertando superiores facti sint, quare etiam atqz etiam vt consideretis vos hortamur et monemus, quid vobis hac de re faciendum putetis si iudicum sentenciis causa permiseritis qui futurus sit exitus incertum est tardum futurum, magnis vos sumptibus oneratum certissimum, videte ne eo rem perducatis vt neminem postea nisi vram pertinaciam accusare possitis neue tum primum, rebus vris mederi velitis cum medicine faciende locus erit nullus bene valete, et dominum deum pro nobis orate Dat ex Arce Bodzanczinen Anno domini M° D. XXXV°

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell Andree de Tanczin Castellano Cracovien

Mgce domine frater et amice charissime ac honoran. Fuit mihi ea res valde molesta, quod dominus Roznowski Canonicus et Officialis meus, tam equas condiciones a Mgca D. vra sibi propositas repudiauerit: neqz vt illis staret adduci potuerit. Qua fiducia fretus id faciat, non satis intelligo. meum semper hoc fuit consilium, vt amice potius transigeret, quam iudicio permitteret: cuius haud aliter quam Martis dubius esse solet euentus. Tantam istam hominis pertinaciam, neqz satis mirari, neqz vlla racione probare possum, sed vram tamen Mgcam D. magnopere queso, ne quod ei adhuc negocium facessare quemquam patiatur. videtur enim nondum apud se esse, neqz quid agat scire. Pertentabo iterum animum hominis, fortassis vbi deferbuerit iste eius impetus, dabit aliquid tamen rectis consiliis loci

Et erit hoc humanitate Mgce D. Vre dignum, et mihi rem est gratissimam factura. Commendo me amori et beneuolentie fraterne Mgce D. Vre Quam christus dominus seruet ad multos annos sanam et foelicem in sua gratia Dat. in Arce mea Bodzancinen feria tercia proxima post dominicam Iudica Anno domini M° D° XXXV°

P. Tomic. Eps: ~~Thome Rosznowski~~ Capitulo Cracoviensi.

Venerabilis domini fratres in Christo charissimi. Litterae D. Vrarum quibus apud nos de miserabili casu D. Thome Roznowski Officialis et Canonici nri, deque vi et atroci iniuria illi et eius factori in villa Bronowicze facta, grauiter deplorastis, incredibilem animo meo dolorem inusserunt. Eo iam prorupisse nephariorum hominum scelus et audaciam, vt ne intra domesticos quidem parietes, ab impetu eorum et violentia tutus quisque esse possit. facinus singulare, singulari nobis animaduersionis genere puniendum visum est, ne si tantum scelus Joannes Zukowski impune tulisset, ad maiora deinceps perpetranda paratior et audacior redderetur. Itaque cum liceret nobis, gladio meo spiritualj scelus illud ferire, quoniam facile intelligebamus apud impium hominem, tot et tantis flagitiis cooperatum, hanc poenam parum ponderis et momenti habituram qui Anathema nostrum contempturus et pro nihilo ducturus esset, satius duximus, ita vt et V. V placere videbamus ad dominum Marschalcum atque eundem Cracovie Prefectum nomen impii hominis deferre, a quo per literas meas petimus vt quatinus officium eius postulat in sceleratum illum animaduertat atque exemplum edat huiusmodi, vt alii a simili postea latrocinio deterreantur. Nunc ad D. Roznowski pertinere videbitur

vt ille apud dominum Marschalcum causam agat Nam nisi nefarius ille tanti fuerit sceleris iure conuictus, pene de illo quas meritus est sumi non poterint De nobis non est quod Vre . D. quicquam dubitent. Nos iusticie Vre fide nra et patrocinio numquam sumus defuturi, atque vt à cuiusuis vi et iniuria Vre . D. sarta quod aiunt tectaque esse queant nó solum quo maximo possumus labore et diligencia, sed eciam si vsus ferat fortunarum nrarum Viteque cum periculo cótendere non dubitabimus Valeant et sint foelices omnes Vre . D. Quarum orationibus nos comendamus Dat in oppido nró Kielcze die xxij.a Januarij Anno domini M.o D. xxxv.o

P. Tomiczki: Thomæ Roßnowskio

VEnerabilis domine fr in Chro charissime. Reuerendissime cum sus apud nos de vobis questus esset Mgcus dominus Castellanus Crac quod cum ille assensus et paratus fuerit negotium quod vobis cum seruitore eius Zukowski intercedit concordia transigere assumptis ad hoc Prelatis et Canonicis pro parte Vra tuenda per nos deputatis, vos nihilominus contra ipsum Zukowski processus quosdam in iure Castrensi instituere et prosequi non cessetis et famulos Zukowski per affixionem quarundam Cedularum in locis publicis et Ecclesiarum valuis infamari procuretis Quibus rebus etsi nesciamus quid vos speretis cause Vre adiumenti adferre quia tamen nos satis certo Iudicio perspicimus dominum Castellanum nisi controuersia ista tempori fuerit concordia intercepta vobis tam magnum sine negocium facessere posse quod sufferre nisi cum magna

molestia et impendio nequaquam possetis, hortamur vos vt animum vestrum tandem ab istis contencionibus noxiis contineatis et cum Prelatis per nos ad tractandum concordiam deputatis ipsum dominum Castellanum conuenire quamprimum curetis Nam vbi id non feceritis et vobis incomodabitis et nostrum posthac consilium cui obsequi non curatis, frustra requiretis bene valete et dominum deum pro nobis orate Datum In Arce Bodzanczinen xiij Marcii Anno domini M° D° XXXV°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Andree de Tanczin Castell° Cracouien.

Magnifice domine frater et amice charissime et honorande. Proficiscens ad M. D. vestram dominus Vchanski seruitor eius et misit me et salutauit nomine illius, attulit etiam Regie Mtis Commissionem, qua mihi ab illa mandatur vt controuersiam que est inter D. Vchanski et Officialem Ecclesie mee Craconien et Zukorowski seruitorem M. D. vre, aut cognoscerem ipse et iudicarem aut vt amice transigeretur curarem. Mihi non alia est causa cur hominum celebritatem hoc tempore fugiam quod imbecilli valetudini mee seruire cupio: per quam difficulter possum huic cognitioni preesse, accedit eo quod neque in iure isto terrestri regnique constitucionibus satis sum diligenter versatus vt parum aptus videri queam ad causam hanc disceptandam: tamen cum ita visum est Mti Regie, iussis illius non inuitus obtemperabo vbi Mgca. D°. vra, ex Russia incolumis redierit adiunctis aliquibus constitucionum regni huius bene peritis aut cognoscam rem aut hoc potius agam, vt in gratiam et concordiam partes dissidentes redeant neque enim vllius rei quam pacis et tranquillitatis sum studiosior. opto. M. D. vram multos in annos incolumem esse et foelicem Cuius

468

464

me fraterno amori beneuolencieqꝫ comendo Datū in Kielcze die xxviij Aprilis Anno dni Mo. D. xxxvo

Petrus Tomiczki Eps Cracc: Regni Polo[e] Vicecancell.
Sebastiano Bramiczki Can[co] Cracc. Referendario regio.

Venerabilis domine frater in Chro charissime. Quod nos nouarum rerum participem fecistis magnam vobis habemus gratiam. fuerunt enim nobis cognitu valde iocunde, quod deleta quodammodo videtur macula a dominis Lithuanis superiori hieme suscepta quorum tectis atqꝫ agris excisio, inflammatio, euersio, depopulatio, vastitas ingens per Moschos fuit illata. Cuius eorum crudelitatis videntur per Eustaphium pene ab eis iam repetite.
Dominum Doctorem Joannem, pactis stetisse prioribus et vobiscum in gram et concordiam rediisse libenter audiuimus, obiurgatus a nobis fuit grauiter quod aliud clam, aliud palam ageret, scripsimusqꝫ nobis videri, esse id ab officio viri boni alienum. cohortati sumus pluribus verbis vt prospiceret diligenter ne quam ea res existimationi eius labem afferret Nunc intelligimus admonitionem nram pondus apud illam habuisse Quandoquidem nihil petit vltra id de quo priore in concordia inter vos conuenerat. est quod tanto magis gaudeatis
Zukorosski seruus Mgci domini Castellani Crac quo iure nitatur contra dominum Roznowski officialem et Canonicum nrm Cracouiensem, nos intelligere non possumus, Aduocatia quam ipse ad se pertinere pretendit est in villa Canonicali Bronowicze domini officialis, eam habebat antea dominus Kizlink qui cum contra iura et statuta Regni censum quendam Ecclesiasticum preter voluntatem et scientiam domini

in ea scripsisset, volebat ei dominus Roznowski eo nomine li:
tem et actionem intendere, sed rogatu domini Kisling continuit
eum ne id faceret. Is postea nrã benignitate abusus non contentus
insciente domino Censum in Aduocatia inscripsisse iniuriam
iniuria cumulat: quod vos ipsi iniquissimu esse intelligitis, paulò
antè mortem, non requisito domino, vendit, aut donat Zykowski
Aduocatiam facilè perspicitis, neq vendere illum, neq hunc
emere potuisse / Mgcus dominus Castellanus Cracoviensis eo
ipso tempore ex peregrinatione rediit, quo inter Officialem nrm
et Zykowski lis et controuersia de ista Aduocatia cepta
est, egit nobiscum vt eos in concordiam reducere conaremur,
Nos quanq sciebamus nihil Zykowski iuris habere, tamen
propter eam amicitiam quę nobis cum domino Castellano su:
ma intercedit, operam illi in eo nostram promisimus, sed
frustra tentata est concordia, valde iniqua postulabantur / vtraq
deinde pars, volebat iudicio experiri. Nos non inuiti conse:
simus / Cum superior esset factus D. Officialis impetrata
est à Regia Mte contra Statuta Regni inhibitio quę dari
non debet ad Iudicia Quod videtur cum Officialis nri in:
iuria esse coniunctum. Quem habitura sit res exitum, nesci:
mus sed premi tamen Offialem nostrum videmus / hęc vobis
ideo fusius explicanda putauimus vt causam totam penitus per:
spiceretis quam ante hoc tempus fortasse non satis cognitam ha:
buistis Bene Valete, nris Ecclesięq nrę rebus, quemad:
modu promisistis deesse nolite. Datũ in Oppido nrõ Kiel:
cze die Maii Anno domini M°. D°. XXXV°

Petrus Tomiczki eps. Vicecancell
Thome Rosznowski Canco Offli Crac

Venerabilis domine fr in Chro charissime. Quod lris nris nuper de ratione colendi amicos et quatenus illorum voluntati et desideriis obtemperare debeatis, commonefeceramus non eo consilio id fecimus quod de causa Kierski servitoris nri vos suspectos haberemus sed hac sola adducti ratione vt vos sicuti ceteros solemus in officio nro retineremus Nam quos in numero nrorum retinere volumus eos libere de hiis que nobis et ipsis conducere possunt monemus et adhortamur Quare vos factum nrm in bonam partem interpretantes quieto animo esse poteritis

Nam et de Michaele Paczanowe qui malevolencia sua nos plurimum offendit nichil nos mouet quod ad illum de rebus vris et amicorum vrorum necessariis scribere soletis dummodo nihil eorum in hiis scriptis fiat quod nobis aut servitoribus nris aliqua in parte nocere possit.

Cum hic esset apud nos Mgcus Ds Castellanus Crac gravissime de vobis questus est quod cum illum nomine Capituli cum aliis dominis Prelatis et Canonicis exasperetis et tu nuncias vras contra Zukowski declamaretis verbis quibusdam non satis moderatis et contumeliam preseferentibus illum affeceritis, attribuentes illi et domini Thancziner quod auris illorum antehac nunqz audisset Quem illius M. animum irritatum cum nos diutius frustra moderaremur tandem postulatione nra apud illius M. obtinuimus vt ipse ei vre cause cognoscende super Advocatiam in Villa Bronowicze cum quibusdam sibi adiunctis Comissariis preesset et illi secundum Jus et equitatem finem imponeret Quare

ad hanc causam deputauimus Comissarios nros Venerabiles vi:
ros dominos Georgium Mischkowski Iuris vtriusqz Doctorem
Archidiaconem et Canonicu Nicolau Bedlenski Scholasticu et
Viccariu nrm et Stanislau Borek Decretoru Doctorem et Ca:
nonicu Crac vt illi assidentes ipsi Mgco domino Castellano Crac
tocius eius cause rationem excuciant et illi pro iusticia finem
exponant vos vero hortamur vt propter celerem eius cause vre
terminationem .

P. Tomicius Eps. Cracc
Canonicis Cracouiensibus.
Nicolao Bedlenski Scolastico
Georgio Myschkowski Cancello
Stao Borek D. Doctori

Venerabiles domini fratres in Chro charissimi . Cum hic nobis:
cu esset Mgcus dominus Castellanus Crac amicus et hospes gra:
tissimus inter cetera que nobiscu serio egit et tractauit grauiter
et acerbe nimium questus est contra Venerabilem dominu Tho:
mam Roznowski Canonicu et Officialem nrm Crac quem
dixit eo tempore cum ob foelicem reditu nonnulli ex Canoni:
cis nomine totius Capituli gratulatum ad se venerant quere:
lam contra seruitorem suum Zykowski facientem nonnulla
verba probrosa ac contumeliosa aduersus personam et autori:
tatem suam protulisse . sicut iam de hoc etiam apud istud Ve:
nerabile Capitulum ipsum questu esse non ignoratis Qua in
re cum nos domini Roznowski factum excusaremus dicere:
musqz id quod dixit illum non eo instituto dixisse vt offen:
sum esse vel minimu vellet animu M. sue quem honorare
ante consueuerat , sed et tantumodo acerbitatem suam qua
aduersus Zykowski concepit explicaret , ad extremu ab
eius M. id impetrauimus vt ipsa controuersie eius ratio:
nem expenderet illamqz prout Ius et equitas cuiusqz suadet

cognosceret ea conditione per M^{am} suam adiecta, vt nri q3 Comissarii in eius rei cognitione illi adessent Quare cum nobis videatur ad rem. D. Roznowski et Ecclesie nullum pertinere vt controversia ista super Advocatia in Bronowicze quamcelerrime transigatur vel de iure cognoscatur Committimus vobis vt cum ipse. D^s. Castellanus vos requisierit nomine nro ei controversie cognoscende opera vra presto sitis et quid equum instamus cognoveritis id anthoritate nra simul cum domino Castellano Crac constituatis facturi id pro pace et tranquillitate bonorum Ecclesie proq3 officio vro et singulari complacentia nra Bene valete.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Tomae Rosznowski Can^{co} Officiali Crac

Venerabilis domine frater in Chro charissime. Accepisse vos grato animo admonitione nram fuit nobis valde gratum quod vero gras nobis agitis, quod causam vram apud Magnificum dominum Castellanum Crac defenderimus: nos vero tato id libentius fecimus, quod et officii nri id esse intelligimus, neq3 a vobis eiusmodi quicq3 admissum esse videmus quamobrem vehementer animum illius erga vos commotum esse oporteret Quod vero abhorret consilium vestrum et voluntas a compromisso faciendo quod ea res ad circumscribendum et antiquandum infringendumq3 ius vrm pertinere videatur cum tota causa hec iudicio iam transacta et secundum vos lis pronunciata sit nos vt compromissum faciatis anthores vobis non sumus sed vt paci et tranquillitati studeatis, id vobis manibus pedibusq3 quod aiunt suademus, ad quam consequendam permagni interesse putamus vt ab ipso domino Castellano, et iis quos ei adiunximus controversia

cognoscatur ex aequo et bono, videtur autem id equitati consentaneum
esse vt si in diplomate Priuilegioque originali Aduocatie in villa
vra Bronowicze quod habetis perscripta sit ea sum̄a, qua re:
dimi Aduocatia possit, pecuniam Zykowski statim numeretis
si minus, vt est moribus patrie nre receptum, aestimari eam
faciatis, atque ita quicquid erit redimendi gratia dependendum
id aequo animo dependatis. Nam ignoramus nos quidem dupli:
ci nomine omni iure Aduocatie Zykowski spoliatum: vel
quod iniussu domini atque insciente eo vendita ei est, vel quod
in minime competenti foro facta est cessio, verum vt nunc
sunt tempora, iustissimam etiam causam, amice transigere,
quam Judicio persequi satius est, neque abs re illud dictum vide:
tur dimidium plus toto, Nos hoc fore auguramur si iudicio res
erit permissa et in longum eam extractam iri, et sumptum
vos necessario facturum maiorem, quam quanti est tota Ad:
uocatia: et in dubium vos de tota causa venturum, Que nos
rationes mouerunt vt et animum. D. Castellani placandum et
rem cognitioni eius comittendam putaremus. Nos libenter eos
consilio nro adiuuamus qui sequi illud non recusant si qui
ita sunt animo obfirmato, vt malint, id quod semel eis vi:
sum sit pertendere quam nris consiliis morem gerere, faci:
le adduci possumus, vt eos missos faciamus: suumque illis iu:
dicium sine pertinaciam relinquamus, bene valete et domi:
num deum pro nobis orate Datum in Arce nra Bodzan:
ciensi feria tercia proxima post Dominicam Letare Anno
domini . M° . D°. XXXV°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Ioanni Choienski Epo Premisliensi

RME in Chro Pr et domine fr et amice charissime ac hono:
ran. Fuit apud me dominus Palatinus Siradien: a me con:
tendit, vt se Mti Regie diligenter comendarem, id quod tanto
feci libentius, quod cum in magna fortune varietate vexatum
multis et grauissimis eius casibus iactatum et agitatum vidimus
ferens vt sit, qui non honesta quauis ratione, rationes illi:
us adiuuare cupiat, quem enim ex tot tam magnis periculis
fortuna eripuit: ei nos quoque pro virili mea, presidium ferre
aequum est, ne alienos sibique maxime infestos, aequiores in
se quam suos expertus esse videatur, precipue cum is vir
sit, qui dubiis reip: temporibus aptissimus iudicari possit.
Nam qui pro alieni Regis dignitate, et fortunarum suarum
omnium, et vite periculum adire non dubitauit: quid eum pro
suo Rege, pro sua patria facturum non putamus? si qua in
re illius opera opus haberet? Quare quo magis ex animo, eum
negotiaque eius omnia Mti Regie commendata esse cupio,
hoc rmam quoque R. D. queso diligentius, vt et ipsa sibi eum
comendatum charumque habeat et meam comendationem apud
Mtem Regiam adiuuet, et illum sibi, totamque familiam illius,
officio hoc suo adiunxerit et mihi rem multo gratissimam fece:
rit, opto R. D. vram in multos annos incolumem esse et
foelicem. Cuius me fraterno amori beneuolentieque comendo
Datum ex Dobrowoda. xa Junij Anno. Mo. Do. XXXVo

475

471

Tomiczki Eps
Thome Rosnowski Can^co Officiali Crac

Venerabilis domine fr̃ in Chr̃o charissime. Fuerunt apud nos duo ex Consulibus Cracovien̄ ii nobis retulerunt controversiam que erat domino Gliński de quinqꝫ milibus florenorum Ecclie Sancte Marie in Cracovia persolvendis, iam tandem ad exitum esse perductam: amiceqꝫ de ea transactum, obstrinxit enim dominus Gliński et suos successores in singulos annos istius summe pecuniarie nomine, sexaginta florenos esse perpetuis temporibus numeraturum, qui cedent in Ecclesie Sancte Marie utilitatem. Quare cum ex pacto hoc et Ecclesie non penitendum comodum accessisse et alteram partem nullo detrimento affectam videamus: nos transactioni huic authoritate nr̃a ordinaria libenter subscripsimus, volumusqꝫ ut postea qꝫ venerint ad vos Consules postulatum, ut D. Gliński a Censuris Ecclesiasticis, quibus est innodatus, absolvatur: id quod facturi sunt, simulatqꝫ huius transactionis instrumenta confecta fuerint, absqꝫ ulla mora eorum postulationi satisfaciatis et dominum Nicolaum Gliński absolvatis. Valete, deum pro nobis orate. Dat. in Saxicze die xv^a Junij Anno domini. M^o. D^o. XXXV°

Jo. Petrus Tomiczki Eps Crac. Regni Pol. Vicecancellar. Joanni de Tanczin Palat. Podolie. Belsensi et Chelmen. Ratnen. Crassnostauen. Capit.

MAgce domine frater et amice charissime et honoran. Recepi lras Mgce. D. Vre, quibus me meamqz valetudinem inuisere dignata est, que cum mihi gratissime accidissent, fuit tamen cares dolori, quod partes meas Mgca D. Vra mihi preripuit. Jam enim constitueram, ad Mgcm dominum Castellanum fratrem illmis, et ad illam vna Nuncium meum mittere simulatqz profectionem hanc in Sczepanow absoluissem, vt in quo me anteuertit M. D. Vra, eo officio fungerer propius enim ad me pertinere videbatur.

De Nouis que mecum communicare grauata non est, magnam M. D. Vre habeo gratiam, apud nos nihil noui est, nisi quod certam in spem vocamur Reges de Regno Hungarie dissidentes in gratiam et concordiam redituros, id quod optandum esse videtur omnibus, Regie Mtis domini nri ad nos reditum, in magna esse atqz ea propinqua expectacione, puto M. D. vram non latere, vulgo enim id iactatur ab omnibus. Deus optimus Maximus M. D. Vram complures in annos incolumem esse velit et foelicem. Cuius me amori beniuolentieqz commendo Datum in Radlow die xi. Junii Anno domini M. D. XXXV.

Tomicius eps. Vicecancellarius
Petro Conarski Custodi Cracovien

Venerabilis domine frater in Chro charissime. Cum hic in bonis nris Radlow essemus. venit ad nos pauper illa vidua Joannis olim Gladisch uxor, et graviter de vobis questa est quod illam fide: iussione quam pro vobis Maritus eius defunctus in trecentis florenis domino Kromolowski fecit liberare nolitis à quo domino Cro: molowski ipsa nunc in egestate constituta ad solucionem ex causa fi: deiussionis faciendam iure adigitur. Qua illius querela nos ad mi: sericordiam excitati, vos paterne hortamur ut vos ipsi sicut Jus et equitas suadet illi vos iustificetis et dominum Kromolowski qui domum vram inhabitat contineatis ne miserabilem hanc per: sonam ad id quod non debet solvendum deinceps adigat, nam vra interest in hac parte dignitati et existimationi vre consulere et pro: videre ne uxor Gladisch id alicubi in Judicio publico exigat quod nunc à vobis privatim petit. Insuper etiam vos hortamur ut et de alio debito triginta Marcarum quas à defuncto mutuo accepistis cum hac orfana vidua transigatis, facietis in hoc rem et honore vro dignam et nobis gratam. Bene et feliciter va: leatis Dat in Arce nra Radlowien die xija Junij Anno domini M^o. D^o. XXXV°

Tomicius: Bedlenski Vicario suo

Venerabilis domine fr in Chro charissime. Is Nobilis Mrok qui presentes vobis reddet impetitur Jure ab honorabili domino Fra: cisco Cantore Opatonien de rebus quibusdam et vestibus sacris ad se non pertinentibus ablatis de quibus rebus cum ipse se in iudicio vro purgare velle constituit hortamur vos ut illi Iudex et equus et beneuolus sitis idqz illi fauoris exhibeatis quod et Jus et equitas tribuere patiuntur et bene ac foeliciter valeatis Dat in Arce Radlonien die xvj^a Junij Anno domini M^o . D^o . xxxv^o

P: Tomicius: Doctori Borek

Venerabilis domine fr in Chro charissime. Heri rediit Ma: thissek seruitor nr attulitqz vinum et res alias a vobis mis: sas. Remittimus isthuc cum Caleacio nro hunc Italum qui missus fuerat ad Mtem Regiam ac Rxlem cum lris a Summo Pontifice et nonnullis Rmis dominis Cardinalibus is quia habuit etiam ad nos lras nos et humaniter eum ha: buimus et vestem satis honestam illi Vilnam profecturo dona: uimus quo honorificentius in conspectum Principum nrorum pro: dire potuisset venerat namqz lacer et refferebat se spoliatum esse vestibus per latrones in itinere, sed et nunc qz redeunti sibi equum quo veheretur donauimus et viatico prosecuti sumus

479

~~idest~~ quod ob reverenciam Sedis Apostolice fecimus, et ut hoc facto nostro gratiam Sanctissimi domini nostri Reverendissimorumque dominorum Cardinalium nobis conciliemus. Intelleximus autem profecturos isthinc brevi nonnullos fratres Dominicanos in Italiam atque ideo postulamus a vobis ut eum cum illis una expediatis valde namque difficile et negociosum esset ei soli iter hoc conficere, tum quia linguarum necessariarum noticiam non habeat, tum quod manu una careat.

Scripsit nobis nuper dominus Eggerdus de Kempen hospes noster Gedanensis preclusam esse navigacionem in Mari bellis Lubecensium propterea que Naves appetere tam cito non posse ex Anglia ad littus Gedanense, petens informari a nobis an sit nobis animus expectandi diucius eas res quas comparari nobis per eum in Anglia per litteras meas postulavimus, nos vero rescripsimus illi expectaturos ab eo tantisper donec bella conquiescant alias res omnes quas comparatas iri per eum nobis volumus preterquam pannum quo pro vestienda familia mea indigemus subiicientes nos conquerere illum aliunde velle quandoquidem tanta sit in Mari navigandi nunc difficultas ut non sit spes de navibus Littori Gedanensi appellendis Quare opus erit eiusmodi pannum pro vestienda familia mea apud Mercatores meos cum ex Wratislavia redibunt perquirere, et cuius octo ad minus Stamina erunt nobis necessaria.

Nondum venit huc dominus Tharlo a Capitulo Ecclesie mee Nunctius ad nos deputatus, qui dum venerit, nos et comiter eum audiemus et quemadmodum in rem fore videbitur demum absolvemus. libenter vidissemus ut Tragedia cum fratribus Divi Dominici pridem fuisset composita, qui alioqui culpa non vacant citata namque Schratlowa muliere ad Ius nostrum Ecclesiasticum et accepto iudicio nunc demum exempcioni sue inniti ab exequenda re iudicata excipere se contendunt utcumque vero res ea sese habeat nos absolucionem eis dedimus sub ea condicione quod

230

cum qua illis actio intercessit et pro qua lata est contra eos senten-
cia quindecim Marcas pecunie exolvant.
Domino Doctori Antonino agimus et habemus gratias pro vino
per eum nobis misso quod nobis bene placet Cumque mittemus
currum nostrum isthuc Cracoviam, Lagenas ipsius tum quoque illi
remittemus Bene Valete Datum ex Kielcze die ultima
Junii Anno domini M°. D°. XXXV°

Nobilis et famate domine, amice noster charissime vestrum in scri-
bendo officium quodque per literas nos vestras viseritis gratum nobis
accidit: quod vos de longiore paulo literarum intermissione excusa-
tis, in eam quam vultis partem accepimus neque existimare de-
betis, de vestra erga nos benevolentia animique propensione quicquam
ea re detractum esse, quod cum certi vobis hominis potestas
non esset cui recte dare possetis nihil ad nos litterarum dede-
ritis, nos ex ea re studium erga nos cuiusque metiri non solemus
notiorque nobis est vestra erga nos observantia, quam ut tam levi
de causa in dubium de ea simus venturi.
Quod nos novarum rerum participes fecistis gratiam vobis habe-
mus quoque frequentius id feceritis, hoc nobis vestra hec dili-
gentia futura est gratior, apud nos novi nihil est nisi quod
spes nobis iniecta est maxima, fore ut brevi Reges Hunga-
rie in graciam et concordiam reducantur sed et Serenissimi Regis
ad nos reditus in propinqua admodum est expectatione Valete
Datum in Kielcze ultima Junii Anno M°. D. XXXV°

Andreas Crziczki Eps Plocen
Bone Sphortie Regine Polonie

Sacra Mtas et domina domina mea clementissima. Humillimam mei comendacionem. Dobrzikowski antiquus servitor Regius persuasum habens à legulcis, quod qui prior tempore prior et iure esse debet, voluit preces suas anticipare, meqz pro commendacione ad Vram Sacram Mtem roganit, vt quando vacaret Capitaneatus in Grabovo, quem obtinet nunc dominus Palatinus Lanczicien iam decrepitus, illum aliquibus condicionibus assequi posset, ego quamuis homini bona omnia faueam, catenus tamen illum comendo, et pro eo quod petit supplico, quatenus non sit aduersum sentenciam et graciam Vre Sacre Mtis plura in presens neqz habeo neqz scribere possum pre languore ex febricula que me hiis diebus vexavit Me iterum humiliter Vre Sacre Mti comendo Ploczka iij Maij Anno dni Mo . D. xxxvo

Petrus Tomiczki Eps Cracouien R. P. Vicecancellar
Petro kmite de Vissnicze Marsalco Regni Polonie

Magce domine, amice et affinis charissime ac honoran. Accepi litteras Mgce . D. Vre atqz vna querelarum exemplum, que contra illam apud Regiam Mtem proposite fuerunt No habeo consilium aliud quod dem . M . D. Vre, quam quod eo illi tempore impertiui, quo in Villa Sczepanovo vna fuimus, Mihi dubium non est quin que sunt à M . D. Vra in causa huius disceptacione decreta facta, ea facta sint ex sentencia et consilio eorum, qui sunt iuris huius nri quod terrestre appellamus bene

periti. Quare quas illi tum rationes adduxerunt, quibus ad eam quam tulit Mgca. D°. V*r*a sententiam ferendam eam impulerunt iis facile se apud Mtem Regiam tueri poterit, hoc tamen faciendum in presentia mihi videtur vt Villam Trzebina. D. Kizlink restituat: habiturus est enim nihilominus D. Rosnowski, vnde ea que lucri fecit petere possit.

Cum que confessus in questionibus esset Carwath legissem, obstupui totus atque exhorrui: eiusmodi scelera et flagitia in nostram quoque patriam inportata iam esse. Remitto V*r*e M. D. querelas et litteras Regias. Scripsit ad me nuper Nipschitz ex Posnania Serenissimum Ferdinandum Regem domino Joachimo Marchioni significasse, nihil constitutum esse de condicionibus pacis inter se et Regem Joannem, que omnino conuentura sperantur nisi in Serenissimi Regis n*ost*ri, et domini Marchionis presentia quo† opto M. D. V. diu esse incolumem ac foelicem Cuius me amori ac beneuolencie commendo Dat. ex Oppido meo Kielcze

† tpe nuptiarum celebrabuntur.

O Crici Ambicio te rogat adulari in faciem. Sed animo cupiditati vario plerisque satiris scriptis detestaris mulierum hor imperium, et miratu

Andreas Critius Eps Plocen Bonae Sffortie: reginae Poloniae

Sacra Mtas et domina, domina mea clementissima. Humillimam mei comen. Mitto ad V*r*am Sacram Mtem hunc meum seruitorem in negocio filiorum domini olim Pallatini Calissien de quo prius scripsi humillimeque supplico V*r*e Sacre Mti dignetur illi benignas aures prebere, ego enim nolui aliter munus patrocinii illorum, mihi à defuncto impositum exequi, nisi illi consiliis meis se parituros obstrinxissent, seque et sua omnia V*r*e Sacre Mti addicerent, et iuxta illius arbitrium et voluntatem se in omnibus gerere, et conseruare promiserunt, summa quam in bonis Mtum V*r*arum habent continet triginta sex milia, partim si recte memini aureorum, partim monete, cupiunt habere certitudinem aliqua

aliquam permanendi in eorum possessione, aliqua graciosa condi:
cione V(est)re Sacre M(aies)t(at)is, de quibus omnibus dicet latius is ser:
uitor meus iuuenis boni generis, bonisq(ue) literis et industria
preditus, ego quicquid in hac re cognouero esse ad animum
V(est)re Sacre M(aies)t(at)is, curabo diligenter, sed id comodius arbitror
futurum quando V(est)re Sacre M(aies)t(at)es foeliciter ad nos redierit
Ceterum clementissima mea domina, descenderat ad me in Plocz:
kam Pater Comissarius, litterisq(ue) fidei mihi à Sacra M(aies)t(at)e
V(est)ra oblatis, retulit primum de Conuenticulis et consiliis cla:
destinis quorundam aduersus V(est)ram Sacram M(aies)t(at)em habitis,
de quibus licet dudum ante multa intellexerim et vt ego q(ui) imo ibi
lapidatus fuerim, et lapidor adhuc cum summa iniuria, et animi
mei anxietate, fuerunt tamen hec de V(est)ra Sacra M(aies)t(at)e confa:
bricata, mihi auditu molestissima, cuperem enim vt nos om:
nes plane videntes, quam V(est)ra Sacra M(aies)tas sollicita sit de bo:
no statu vtriusq(ue) M(aies)t(at)is Regie et reipublice, quantumq(ue) ob
hoc impendii et molestie sustineat quam deniq(ue) omnes ad se
confugientes benigne in omnibus iuuet et promoueat vicissim.
omnes et seruiremus fideliter V(est)re Sacre M(aies)t(at)i, et illius vo:
luntati obtemperaremus, quod tamen futurum tandem non dubito.
Consilia enim et conatus qui fuit aduersus dominos et aduersus
christos eius nunq(uam) prosperant[2], quod nisi ita esset, non verum
nunc dixisset Dauid venient ad te qui detrahebant tibi et
adorabunt vestigia pedum tuorum.
Retulit deinde mihi ipse Pater Comissarius quanta me gr(ati)a
V(est)ra Sacra M(aies)tas complecti dignatur, et quam de illa spem
habere deberem in omnem promotionis euentum, vnde quantum
in modernis animi mei molestiis consolationis acceperim dici
satis non potest. Ego clementissima mea domina qui aliud pro:
fiteri non possum, nisi me omnia debere V(est)re Sacre M(aies)t(at)i, cuius
potissimum gr(ati)a et patrocinio per varios dignitatum Ecclesiasti:
carum gradus huiusq(ue) peruenerim, dubitare et in posterum in

Vrã Sacra Mtê nequaqz possum, cum illi me semel totu addi:
xi, ita vt ne pilum quidem à voluntate illius vnqz deflecta
sed illi perpetuo fidelissime seruiam quam dominus seruet sp
sospitem et foelicem, et cui me iteru humillime comẽndo Pol:
thonie vltima Junij Anno doi Mº. Dº. XXXVº

Sacra Mtás mortuus est dominus Castellanus Brzesten, cuius
Castellanatus aptius dari non potest, quam vel domino Lu:
branski qui illic residet estqz ibi maioris inter alios facultatis
vel domino Sluzewski Castellano Vladislauien sed iste me:
reretur maiora, vtrumqz est, vtraqz Castellania recte collo:
caretur domino Lubranski humiliter supplico Vrê Sacrę
Mti dignetur, meminisse precu mearu pro Succamerariatu
Posnanien Nepoti meo, qui nisi esset seruitor bene meritus
Mtis Vrê Regiê, homoqz idoneus, non facerem pro illo
verbu: iteru me gracie Vrê Sacrę Mtis humillime cõ:
mendo.

P. Tomiczki Eps: Thomæ Rosznowski

Venerabilis domine fr̃ in Chrõ charissime. Stanislaus Kiszin
ski, is qui conduxerat quondam a Dº. Kizlnik Aduoca:
tiam in Vrã villa Bronowicze questus est apud nos, cu
sementem fecerit in agris ad Aduocatiam pertinentibus
proxima hieme, non licere sibi per vos, ea quę seminauit
metere, scimus nos quidem, vos possessionem Aduocatię
iure adiisse: sed an iure hunc impedire possitis, quominus
quę seminauit, ea metat, non satis exploratu habemus Qua:
re hortamur vos vt amice cum Kisinski transigatis potius
quam patiamini, eum de vobis passim queri: et cum meás

tum aliorum aures, eiusmodi querimoniis obtundi, erit hoc et huma:
nitate vrá dignum, et nobis valde gratum Valete.

Petr. Tomiczki Eps Cracc. R. P. Vicecancell
Andree de Tanczin Castell° Cracouien

M. Agce domine frater et amice charissime et honoran. Cum scri:
psissem hesterno die ad. Mgcam. D. vram, feci e vestigio hac
ipsa de re. D. Rosnowski certiorem, perscripta illi esse per
omnia que ipse mihi significasset, mox remisit ad me qui mihi
nunciaret. D. Melchiorem Sobek Canonicum Ecclesie mee
Cracoviensis, statuisse ad bona Nepotum suorum Soliecz profi:
cisci neqz posse vlla ratione huic Aduocatie estimationi in:
teresse, quare in eius locum delegisse se dicebat dominum Geor:
gium Mischkowski Archidiaconum et Canonicum Ecclesie mee
Cracoviensis, et Cancellarium meum: seqz omnia ex iussu et ma:
dato Mtis Regie facturum recepit. hoc tantum petit, vt Pau:
lum morc huic estimationi Aduocatie afferatur: quo possit
interim paulò fieri confirmatior hec q̃ pro meo amore erga
.M. D. vram ad eam scribenda esse putaui: quam sanam et
incolumem esse quamdiutissime cupio, meqz mutuo illius amori
beneuolentieqz commendo Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Andree de Tenczin Castellano Cracoviensi

Magce domine amice charissime ac honoran. Questus est mihi Dominus Nicolaus Rudniczki Sacerdos et Capellanus meus, fratrem suum Paulum Rudniczki, à Vicino quoda Nobili, gravi affectu esse iniuria, Qui cum Universa familia, iam olim in fide M. D. Vrae sit et clientela per me diligenter ei commendata: magnopere queso, si dominus Paulus Rudniczki de facta sibi iniuria apud M. D. Vram deploraverit vt opem ei ferre dignetur: ne impune deinceps cuiqz violare eum liceat, fieri enim consuevit, vt qui veterem fert iniuria invitet novam, facturã M. D. Vram rem cum equitate sua dignam, tum mihi gratissimam futurã. Totaqz hac familia, gratam et memorem se prestabit tanti beneficii M. D. Vrae et erit ei semper hoc nomine devinctissima. Deus M. D. Vram in multos annos incolumem servet ac foelicem: cuius amori ac benevolencie me commendo Dat. ex Oppido meo Kielcze

Tomicius: eidem Castell. Cracco

Magce domine, fr. et amice charissime et honoran. Cum ad M. D. Vram mitterem Venblem D. Benedictu Isdbienski Canonicu Ecclesie mee Cracoviensis, hoc per illum consilium meum M. D. Vrae volui explicari, videri mihi: vt in possessionem bonoru Schamotuli Dobrogostius Swidwa mitteretur bona vero Turobin, in id vsqz tempus adhuc à

.M .D. Vrã administrarent donec Joannes qz frater minor ad eam aetatem perueniret, quê consilio eßet rationeqz firmata Nunc qz in eadem persto sententia, atqz vt hoc agat rogo .M. .D. Vrã ne omnia bona Dobrogostius poßideat, iis quê sunt in maiore Polonia sit contentus, alioqui ad minorem natu fratrem magnum eßet detrimentu[m] pr[a]eventum,, Cui rei nos pro officio meo prouidere oportet. hec est summa totius mei consilii Quod superest .M. D. Vrê prosperam valetudinem ex animo precor Cuius me amori beneuolentieqz comendo Dat

Tomicius Eps: Jacobo Paczinski Norio Vilna ad regê misso.

Etsi certo nobis persuadeamus te pro tua fide et industria negocia tibi comißa diligenter eße istic curaturu[m] admonere tamen te literis meis volumus et admonemus vt nihil opere et diligencie tue pretermittas in curandis et ex animi mei sententia expediendis hüisdem negociis meis Inter alia, volumus vt agas cu[m] domino Joanne Hosio vt duas pelliceas ex selectißimis pellibus laborari istic et pulchro ac eleganti artificio consui faciat mittere enim illas Sumo Pontifici destinauimus et proinde vellemus vt sint tales quas non pudeat nos tanto Principi misiße, sint pellicee ample et iuste longitudinis, et cum bonis ac nigris Castoribus ornate, Que cum facte et absolute fuerint, mittat eas ad nos dominus Johannes Hosius quamprimum aut ad dominu[m] Hectorem Sororiu[m] suum Dat ex Oppido meo Kielcze die xij^a Julij Anno domini

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Jo. Andree de Valentinis Sandomirien. Trocen
PPto Decano Vilnen Canco Cracc. medico Bonae
Regine Poloniae.

Rnde domine, frater in Chro charissime. Mittimus istuc Nuncium hunc et servitorem nrm vt cum Principes nostros visitat, nroque nomine reverenter salutet: tum quid constitutum sit, de tempore eorum isthinc discessus cognoscat aliquid et nobis renunciet, Neque vero facere potuimus, quin cum eundem Nuncium istuc nrm mitteremus quae nra est erga. D. V. animi propensio aliquid ad eam litterarum daremus Quod tantam banc scribendi facultatem, non esse pretermittendam duximus Neque aliud est quod hoc tempore à vobis postulamus, quam si certi quid subodorati estis, de tempore profectionis Principum, vt nobiscum id communicetis, Magnopere enim scire avemus, quae sit eorum discessui dies prestituta Bene valeat. D. Vra, nos charos habeat sibi et commendatos Dat ex Oppido

Tomicius: Joanni Epo Vilnen

Rme in Chro Pr et domine fr et amice charissime ac honorand. Mittens istuc ad Mtem Regiam hunc servum meum nolui eum dimittere vacuum literarum mearum ad vram. D. Rmam quibus visso illam et saluto, omniaque fausta ac foelicia ei precor et ex animo faveo

Rerum novarum in presencia nihil est apud nos preterque quod iniecta est nobis bona spes futurae pacis et concordie inter Reges Hungarie dissidentes, id quod faxit dominus deus

Nos hic oramus dominum deum ut Mti Regie et exercitibus eius fortunam et optatam victoriam de hoste ipsius Moscho concedere dignetur, pro gloria sue Mtis ac omnium nrm eius subditorum singulari consolacione valeat et sit foelix vra. D. Rma meqz beneuolencia sua prosequatur Dat

P. Tomicius : Paulo Epo Luccoriensi

R. ME in Chro Pater et domine, fr et amice charme ac honoran. Valde lubens audire soleo de bona valetudine prosperoqz successu rerum omnium. D. vre Rme. Cum itaqz nuper seruitor meus Vilna rediens, lras R. D. vre mihi reddidisset et vram. D. R. comoda ac inoffensa predita esse valetudine mihi exposuisset, fui mirifice ex hoc consolatus Quomiam vero vram R. D. summum amicum meum istic habeo mittens nunc qz Vilnam seruitorem meum ad Mtem Regiam in nonnullis negotiis meis amicorumqz meorum, nolui eum vacuum lrarum mearum ad vram. D. R. dimittere quibus illam viso et saluto vtqz bona ac prospera fruatur semper valetudine ex animo illi faueo et opto.

Noua hic non alia habemus in pncia nisi q iniecta est nobis bona et quasi certa spes futuream esse pacem inter Reges de Regno Hungarie dissidentes. Commendo me solito amori et beneuolencie. D. vre. Rme quam cupio esse sanam semperqz incolumem et foelicem Dat ex oppido meo Kielce die ija Julij Anno domini Mo. Do. XXXVo.

Rex

~~P. Tomiczki Eps. Regni Polo. vicecancell~~

Sbitgoni de Tarnow Castell° Radomiensi Et
R. P. Thesaurario

Mage sincere nobis dilecte. Vehementer a nobis contenderunt Legati Illris domini Joachimi Marchionis Brandeburgen generi mei charissimi, in Conventionibus atque pactis iis que nobiscum de Matrimonio filie mee natu maxie transegerunt, primum ut Nupciis Cracovie celebran honore filie mee haberemus. Ubi ambo domini Marchiones Pr et filius nos convenire cuperent. Deinde ut eas Nupcias primo quoque tempore celebraremus, quorum neutrum, etsi hic eramus multis et arduis negociis, que non facile nobis ullam respiracionem concederent, occupati, illis denegandum esse nobis visum est. Sola reliqua erat de tempore, quodnam esset ad eam rem opportunissimum, cogitacio atque deliberacio, multisque racionibus et gravibus causis inducebamur ut in hieme, sed maioribus multo atque gravioribus, quas aliquam S. tua ex nobis intelligere poterit ut hoc tempore Nupcias fieri assentiremur presertim autem quod per hoc tempus dum Exercitum habemus in hostium finibus, liberiores atque securiores sumus ab eorum incursionibus, quam per hieme. Vicit igitur hoc consilium, diximusque Nuptiis diem vigesimam nonam Augusti Mensis, ad quam ipsi quoque Cracovie affuturi sumus, hortamur itaque S. tuam atque postulamus ut et ipsa ad id tempus quam decentissimo et splendidissimo Comitatu veniat, Nupcias filie mee cohonestatura, Que res fuerit nobis grata, et S. tue totique Regno honorifica. Quod autem hactenus S. tua eam rem celavimus in causa est, quod plurimum mea dominorumque meorum referre existimavimus

ut quam maxime discessum hinc nrm clam omnibus haberemus quoad copie nre ad hostium appropinquasset. habet S. tua racionem consilii mei Que bene valeat Vilne quarta Julij Anno domini M°. D. XXXV°

Cricius. Tomicio.

RME mi domine et benefactor colenme. Transeunte hac meo Zebridowski commisi illi ut et meo nomine viseret Rmam. D. Vram, et meam debitam servitutem illi comendaret. Non habeo autem quod aliud in presens scribam, nisi quod ille de quo paulo ante scripsi, ferat iam premium Romani sui perjurij testimonij, ex illo enim Epidamno retulit morbum etati et professioni sue minime congruum quem domi publico adulterio conquirere non potuit, ita qui multa in ordinem nrm Pontificalem a quo unctionem accepit patravit, nunc a Judeo apella unctionem accipiet, fortasse feralem. Audio quod nr nouus nuptus totus ferreus venturus est, fortassis hac ratione quod ferreum est, quod amant, nam aliam non video, sed amant tamen plus aurum et argentum Comendo me gratie Vre Rme. D. Poltonie XXIX^a Julii Anno dni 1535 Joannes Dantiscus



P. Tomicius Eps Vicecancell
Prelatis canonicis Crac

Venerabiles domini, fratres in Chro charissimi. Animus quidem nobis non defuit, visendi Ecclesiam nram: vt sacris diebus iis, qui partim preterierunt, partim instant adhuc et impendent, officio istic nro fungi possemus, sed par animo facultas non suppetebat: per vires enim meas infirmas adhuc et imbecillas, nobis non licuit nro satisfacere desiderio cum et medici quiete nobis imprimis opus esse affirmant, et nos quoque qui imbecillitatis nre conscii nobis sumus, esse nobis si salui esse volumus. Medicorum huic consilio parendum intelligamus. Quare non quod ipsi volumus, sed quod suadent Medici quod virium mearum postulat infirmitas hoc tempore facere cogimur Nihil alioqui facturi libentius, nisi reliquie iste morbi nos adhuc exercerent, quam vt vobiscum vna pro eo atque officium meum postulare videtur in Ecclesia mea, temporibus his rei diuine vacaremus Quod, quo minus faciamus cum iustioribus causis impediamur, quam vel nobis vel vobis gratum sit, speramus vos boni consulturos, si nunc absumus.

Dedimus autem in mandatis Venerabili D. Benedicto Isdbiensi Canonico et Seruitori nro, vt quedam vobiscum istic communicaret Quare quecunque nro nomine vobis istic dixerit, non minorem verbis si nos ipsos ea dicentes audiretis Bene valete Deum pro nobis orate, quo depulsis omnibus iis morbi reliquiis, pro hac misericordia, illi vna vobiscum gras agere, satisque temporibus solemnibus Ceremoniis diligenter vacando, que neglecta sunt a nobis hactenus, sarciri possimus Dat

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Nicolao Bedlenski Vicario: Thome Roßnowski officiali
Sto Biel Theologie Doctori: Sto Borek D. Doctori
Canonicis Crac.

Venerabiles domini fratres in Chro charissimi. Narrarunt nobis D. Mischkowski Archidiaconus Ecclesie nre Cracoviensis et Cancellarius nr ex certis Canonicis ordinis vri se cognovisse cetus istic a nonnullis Civibus Cracoviensibus celebrari atqz unum aliquem ex eis Concionatoris in modum verba facere ad alios: pravisqz eos opinionibus imbuere Que res visa est nobis minime negligenda: itaqz Comißione data potestatem vobis fecimus, an ita res habeat vt ad nos perlatum est diligentius inquirendi Id quod vt faciatis a vobis postulamus

Preterea piorum mentes offendi ex eo plurimum accepimus: quod festis diebus, quos divinis in officiis consumptos oporteret, carnes in Macello venduntur: quibus emendis dum homines dant operam a divino cultu retrahuntur Nobis visum non est, vt authoritate nra contra Lanios vteremur: sed prestare putavimus vt ad Consules potius eam rem deferremus qui poßunt pro imperio Lanios cogere vt ea saltem hora, qua semen verbi dei spargitur a venditione Carnium supersedeant Qui si in mandatis nris exhauriendis, negligentiores fuerint ab Iure et potestate nra, presidium nobis mutuari licebit Bene ac foeliciter valete et nos in oracionibus vris commendatos habete Dat ex Kielcze XXVa Junii Anno domini Mo. Do. XXXVo

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Josto Jodoco Decio Ludouico de Wissenburgk
Consuli Crac. Zarbario Velicen. Magistro
officine Monetarie Furacissimo.

Nobilis et Famate domine, amice nr dilecte. Etsi D. Hieronimum Spiczinski examus aliogui humaniter accepturi, vt qui Senatus Cracovien. nomine, ad nos est profectus: tamen cum vris nobis esset litis commendatus, ad eam qua aliogui vsi in eum fuissemus humanitatem aliquem vra causa cumulum accedere voluimus, itaqz et leto eum atqz hilari vultu excepimus: et Senatus mandata referentem benigne audiuimus atqz quod nobis optimum videbatur ei responsum dedimus. Dolet nobis vehementer D. Capitanei Cracovien. animum esse ab vobis et ordine vro Senatorio abalienatum, nostrum consilium est vt omni studio contendatis, quo cum eo in gra esse possitis: Si vero nequit a vobis quicqz profici, quid aliud quam expectandus vobis erit foelix Regie Mtis reditus qui in propinqua expectacione esse dicitur, accepimus enim litteras quibus certiores sumus facti, proxima die Martis, eam Vilna discedere statuisse. Itaqz vbi aduenerit licebit vobis si quibus vos a domino Capitaneo iniuriis affici putatis, eas Regie Mti exponere: Non fugit nos, D. Capitaneum vbi acceperit, nos vro nobis consilio et patrocinio non deesse, grauiter id et iniquo animo laturum: cum passim de nobis queri solitus sit, quod Ciues Ruthenos et Plebeii ordinis homines, pluris faciamus quam Nobilitatem. Sed nos ii sumus, qui non tam personarum, quam equitatis cuiusqz rationem habendam existimamus. Itaqz dum hanc tuemur, si cuius ea re animus offenditur, magni non facimus. Cum hec nulli esse possit iusta causa, suam erga nos voluntatem immutandi. Bene valete. Dat. Anno domini M. D. XXXv°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Petro de Obornik Medico Consuli Crac

Egregie et famate domine amice nr dilecte Renunciatum est nobis, vos, qui tranquillitati Reipublice Cracovien pre ceteris studere debetis, atque illius rationibus pro virili vra consulere Mgcum dominum Capitaneum Cracovien contra Ciuitatem concitare, atque omni ratione contendere, vt eum illi quam infestissimum reddatis, Id quod et mirum nobis accidit, et certe valde molestum: vos neque officii vri, neque iurisiurandi Ciuitati prestiti meminisse: et quorum iurati propugnationem suscepistis eos oppugnari. Questi nobis per litteras fueratis, graui vos a Collegis vris affectos esse iniuria, vinque vobis et manus ab eis esse allatas, Nos, pro nra erga vos animi propensione dolenter id tuleramus. Sed postea certiores sumus facti, aliter rem habere, quam quemadmodum a vobis fuit perscripta, atque ea nobis causa fuit, cur huic vre querele nihil respondeximus. probare factum vestrum non potuimus: reprehendendo dolorem vrm exulcerare noluimus, Nunc quia iure suo et potestate Consules Ciuitatis contra vos vsi sunt: idcirco vos Mga domini Capitanei animum aduersus eos inflammare velle, iniquum nobis esse videtur, minimeque ferendum neque dubitamus, quin Regia quoque Mtas grauiter id et iniquo animo sit latura. Quare hortamur vos, vt ipsi vobis obtemperetis, neue aliorum vos consiliis auferri sinatis, veniat vobis in mentem officii vri, et eius quod Ciuitati dedistis iurisiurandi. Cum hospes isthic esse videamini, non eius Ciuitatis indigena: non debetis velle plus vobis licere, quam alteri cuique Ciuium, equo cum illis iure viuite, et communi vtilitati quantum

potestis prospicite. atq3 in eo potius elaborate ut omnium Pro:
cerum studia Ciuitati concilietis, quam ut eam in odiũ cuiusq
adducatis Ita et nobis futuri estis gratiores et officio vr̃o
non videbimini defuiße Valete Dat ex Kielcze
xv^a Julii Anno dñi M°. D° XXXV°

P. Tomiczki Eps Vicecancell
Nicol. Bedlenski Scolastico vica°
in spiritualibus Crac generali.

Venerabilis domine, fr̃ in Chr̃o charißime. Queruntur Cõ:
sules Ciuitatis Cracouien cum adduxerint in Judiciũ vr̃m
Danielem Plebanum in Bolemowo qui Fabro cuidã lignario
cedem atq3 aedium inflammationẽ denunciauerit, se Jus apd
vos suũ obtinere non potuisse, quod paßi sitis per Mgcũ
dominũ Capitaneũ Cracouien cum ex potestate et iurisdi:
cione vr̃a excipi. scimus vos non latere, quod in ~~celeriore~~
clerico2 meã Dioecesis causis, nemo Jus dicere potest preter nos et
eos quorũ hac in parte vicaria opera utimur, volumus
itaq3 ut huius ipsius Plebani, vel Fabri potius causam
hanc ipsi cognoscatis: et Plebanũ hunc satisdare cogatis et
cauere, quod neq3 capiti, neq3 fortunis fabri lignarii pe:
riculi sit et detrimenti quicq3 allaturus Bene valete
deũ pro nobis orate Dat ex oppido meo Kielcze
xv^a Julii Anno dñi M°. D° XXXV°

P. Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell.
Magistro Stanislao de Cracouia Theologo
Concionatori ecc. S. Marie Cracouien.

VEnerabilis domine, frater in Chro dilecte. Qui Cracouia ad nos veniunt, vno ore omnes conciones quas ad populum istic habetis commendant plurimum: quo nomine nobis gaudemus, vobis vero de dono isto dei gratulamur. Sed iidem tamen remis: siores vos nunc esse factos ferunt, quam initio fueritis: idq ob eam potissimum causam, quod dum libertate ea qua par est in hominum vitiis reprehendendis vteremini, in multorum offe: sionem incurreritis, quam dum vitare cupitis, minus nunc libere mores quorundam depravatos perstringitis, Miramur vehementer, vos qui in sacris litteris studium vrm omne consumitis: non meminisse eius loci, in quo non alium metu: ere docemur, quam eum qui et corpus et animam in gehenna mittendi potestatem habet, neqz dubitandum esse cuiqz ex longe optimi Concionatoris Chrisostomi sententia, hominem inimicum sibi capere, dum amicus sit deus. Cuius gratia non alia re citius comparatur, quam si illius, hoc est veritatis causa, cu: iusuis inimicitias libenter subeamus Quare hortamur vos, Vt forti animo, eam quam ceperatis viam insistatis, vitia non homines perstringite, ita nemo vobis iure poterit succensere nisi qui de se prius volet confiteri, et à deo mercedem fortitu: dinis huius vre accipietis, et à nobis maiorem gram ini: bitis et omnium iudicio magis probati ~~probati~~ discedetis Valete deum pro nobis orate Dat.

Supplicationes indictę. pro pace et victoria. pro Eccę tranquillitate. pro regis salute: pro regni incolumitate. pro Tomicii salute et vita longiore.

Petrus Dei gratia Craconien Epus et Regni Polonię Vicecancellarius: Vniversis et singulis tam nrę Cathedralis Cracovien quam Collegiatarum Conventualiumqz Ecclesiarum Prelatis et Canonicis Necnon Abbatibus, Prioribus, Ministris, Gwardianis, et Parrochialium Ecclesiarum rectoribus eorumqz vices gerentibus. Altaristis, Vicariis, Prebendariis, Mansionariis, ceterisqz presbiteris beneficiatis, et non beneficiatis et personis Ecclesiasticis, ac quorumuis ordinum Prelatis, fratribusqz religiosis exemptis, et non exemptis, vbilibet in nra Diocesi Craconien constitutis, nobis in Christo dilectis: Salutem in domino. Nemini vrm obscurum id esse existimamus, Serenissimum Principem et dominum, Sigismundum Dei gratia, Regem Polonię, et Magnum Ducem Lithuanię, parentem patrię nrę, et dominum clementissimum: qui pro nobis animo semper excubat, vt tanto magis ociosis et securis nobis esse liceat: superioribus huisce diebus delectum habuisse militum, et exercitum minime contemnendum conscripsisse: vt sempiternos hostes nros Moschos vlcisceretur: qui paulo post anni huius initium, socios nros Lithuanos nec opinantes adorti: excisionem, inflamationem, excursionem, depopulationem, vastitatem, tectis eorum atqz agris intulerunt: quamquam vero ita est ab armis instructus ita et ab exercitu et ab omnibus rebus bello foeliciter gerendo necessariis paratus: vt in spem nobis sit magnam veniendum, fore vt breui det penas improbus hostis tantę suę crudelitatis: tamen multo satius est, tutiusqz, diuinę gratię et misericordię, quam humanis viribus confidere: exercat²

enim eos Propheta, qui fiduciam in homine collocant, cum ea in solo deo ponenda et figenda esse videatur, multoque plus rebus etiam bellicis momenti adferre videmus, vnius viri iusti bonique deprecationem: quàm si robora lectissimorum militum, quocumque tandem illi sunt numero, manibus cum hoste decertent, Cuius rei documentum peti potest à Moyse: qui quoad expansis manibus deum orabat, vincebantur ab Israelitis Amalechite: simulatque demissis manibus orare intermisit, contrarium accidebat, vt illa filiorum Israel victoria, non pugnantium fortitudini assignata, quorum multa milia fuere: sed vnius Moysis precibus accepta lata fuerit Quare cum tantam esse orationis vim videamus, vt sola illa omnes hostium impetus facilè propulsare, et iustam dei erga nos offensionem possit placare, vobis omnibus et singulis predictis in virtute sancte obedientie et sub censuris meis districte precipiendo mandamus exemptos vero requirimus in domino et hortamur vt singulis lune Mercurii Veneris diebus supplicationes siue processiones faciatis, cum letaniis consuetis tantisper, dum in Ecclesia meá Cathedrali idem factitari intellexeritis atque eos qui curé verè sunt et fidei comissi cohortemini primum vt vitam suam et mores emendent: cuius enim cor multis est flagitiis contaminatum, eius precibus nihil à deo loci dari consuevit Deinde vt certà quo tempore supplicationes iste fient à deo petentur vos quoque in missis vestris idem facturi, primum vt pacem nobis et victoriam contra hostes largiatur: deinde vt Serenissimo Regi meó de cuius salute, et Ecclesie tranquillitas, et Regni reique publice salus pendere videtur, vitam longam, eamque incolumem concedat, postremo, vt nos quoque, non solum recreatos à morbo, verum etiam confirmatos in vita longiore, sanos atque incolumes conservare dignetur quandoquidem eò curé meé et cogitaciones referuntur omnes, in eo consumuntur vt Ecclesie meé rationibus pro virili meá semper prospiciamus, Quicunque

autem diebus istis supplicationum vnam aut alteram Dominicã orationem, cum salutacione virginis Marie oraverit: iis nos, divine misericordie et beatorum Apostolorum Petri et Pauli authoritati confidentes, quoties id fecerint, toties quadragita dies indulgenciarum de iniunctis ei penitenciis misericorditer in domino impartimur et relaxamus Et ne quis negligencie sue ignorationem pretexat, sub poena predicta mandamus vt has litteras meas pro foribus templorum affigendas prius curetis: atque vnusquisque Plebanorum, det operam vt ad vicinum Plebanum perferantur quin etiam per divini verbi precones, ea que in litteris his continentur, populo volumus explicari. ad quem vero Plebanorum postremo perlate fuerint, is aut nobis, aut Venbli domino Nicolao Bedlinski Scholastico et Viccario meo in spiritualibus Crac generali aut Officiali meo foraneo sibi vicinior reddendas eas curabit. Datum ex Oppido meo Kielcze die XVa Julii Anno domini M° . D. XXXV°

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell. Sigismundo primo Regi Polonie.

SAcra et Serenissima Mtas Regia domine clementissimi Post humilem perpetue servitutis mee et orationum comendatione Accepi litteras . S . M. vre, quibus ad quod tempus reditus eius ad nos expectandus, qui dies nuptiis dictus sit, quid me denique facere velit, copiose mihi perscribere dignata est, magno ex eo et incredibili gaudio perfusus fui, quod . S . M . vra Illmam Principem filiam suam Hedwigim Illmi Principis domini Joachimi Marchionis Brandeburgen principis Electoris filio dignam tali sponsa sponso desponderit, atque

Nuptias istas augusta sua presentia, in Regia sua Cracovien,
honestare in animum induxerit, quod illius consilium non possum
non vehementer probare, Deum precor vt Matrimonium istud
fortunet sed vellem tamen si Sacre Mtis Vre rationes ita
tulissent, vt me, et ceteros Regni Consiliarios cum de reditu
hoc suo, opinione omnium celeriore, tum precipue de Nuptiis
die constituta, aliquando ante certiores facere potuisset: sed
cum sciam S. M. Vram prudenter omnia facere et deliberate
dubium mihi non est, quin illi, vt ceterorum omnium, ita huius
quoque facti sui constet racio. Quare quamquam ager adhuc et in:
becilla sum valetudine, nihil tamen mandato S. M. Vre
domini mei ~~clementissimi~~ et benefactoris clementissimi preuer:
tendum esse puto Ita vt semper consueui iam inde ab etate
mea viridiore, honori atque atque ornamento S. M. Vre
pro parte mea virili non sum defuturus, Neque vllius mihi
rei cura est futura antiquior, quam vt desiderio et mandato
S. M. Vre quoad facultas mea tulerit, satisfaciam atque id
tanta sum animi mei cum alacritate facturus, vt in spem ve:
niam fore, vt ea ipsa re quecumque sunt in corpore meo morbi
reliquie, ee radicitus euellantur: dum et ex reddito mihi
S. M. Vre conspectu, voluptatem capiam incredibilem: et
seruitutem illi meam magna cum voluntate probare conabor
Quo mihi perspecta magis est et explorata S. M. Vre pru:
dencia singularis hoc minus dubito, quin grauissimis addu:
cta racionibus fecerit, vt in suum vsque foelicem ad Regnum
reditum, hanc honorum et dignitatum et distribucionem extra:
heret qua in re, quod se precum mearum benigna rationem ha:
bituram pollicetur, ago S. M. Vre gras inmortales, et cum
alia mihi referende gre facultas non sit, quod vnum possum
Deum optimum, Maximum, vna cum Clero meo vniuerso, et
precor, et precabor semper: vt ille pro sua diuina miseri:
cordia, S. Mti Vre, victoriam ex hostibus concedat, atque

in id usque tempus incolumitati, cum rerum omnium prospero successu largiatur, quo possit natos natorum, et qui nascentur ex illis, intueri. Cuius gratiae clementiaeque ea qua summa possum animi mei demissione, me servitutemque meam diligenter commendo. Dat.

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Sto Borek Custodi Sandomirien

Venerabilis domine, fr in Chro charissime. Fuit hic heri apud nos Cubicularius Regiae Mtis qui nobis ab eius Mte litteras reddidit, adventum suae Mtis ad nos et diem Nuptiarum Illmae filiae suae nunciantes, sicut ex exemplis ipsarum litterarum, quae vobis cum praesentibus mittimus cognoscetis. Invitat nos praeterea Mtas sua et hortatur, ut ad honestandas Illmae filiae suae Nuptias decenti apparatu adornati veniremus. In quo tametsi egritudo mea facile nos suae Mti excusare posset, ne tamen nos ulla in parte mandatis et voluntati Principis et benefactoris mei, tum demum officio meo deesse velle videamur, decrevimus istuc ante adventum Mtis suae venire, verum quia intelligimus Mtem suam advenienti Illmo domino Duci Joachimo Marchioni Brandeburgen obviam proditurum, Nam Electores Imperii etiam ab ipsa Caesarea Mte tali honore excipi in adventu solent nos pro more meo utrunque egri comitari Mtem suam decrevimus, ad quod minimus cum dignitate obeundum ut parati esse possimus, vobis committimus ut communicato consilio cum meo Bogusch pannum pro vestibus equestribus Lundensem coloris rubei clari et pulchri apud Mercatores pro Quinquaginta personis accipiatis, et insuper accipiatis pannum sive eiusdem rubei sive alterius cuiusque

Vert

vobis et Nicolao Bogusch videbitur coloris pro parandis interioribus
indumentis quas Zupice vulgo vocant pro totidem personis.
Litteras meas quas Nicolaus Salomon apud vos deposuit, mitti à
vobis per primum quem fueritis nacti istic nunctium, in manus
domini Epi Premislien ad Aulam Regiam cupimus, et postu:
lamus preterea à vobis vt res pro quibus prioribus scripsimus
hiis curribus ad nos transmitti curetis. Bene valete deum
pro nobis orate. Datum ex Oppido meo Kielcze die
xx July Anno domini M° D° XXXV°.

Paulus tercius Pontifex Max^s
Sigismundo primo regi Poloniae.

Charissime in Christo fili noster. Salutem et Apostolicam benedictionem
Credimus iam tue Sertis auditum esse, de indigna ac miserabili
nece, bone memorie Johannis Epi et Cardinalis Roffen, tu:
amque Mtem vt est omni pietate conspicua et excellens, tum
dignitate et sanctitate hominis, tum genere ipso et causa mortis
vehementer fuisse commotam. Nam sine Epalem et Cardineam
dignitatem in qua sancti Apostoli referuntur sine genus mortis
per Carnificem, seu causam veritatis et iusticie pro qua ille vir
sanctissimus occubuit, consideramus, omnia eiusmodi sunt, vt
sicut ab impiissimo profecta sunt, ita pientissimi Regis animum
et aures grauissime offendere debeant: ac si velimus Mti vre
commemorare inicia et causas quibus Henricus Anglie Rex
in tot scelera prolapsus est supervacanee quidem id faciamus cum
ea omnia publice iam omnibus nota et explorata sunt. Cum ipse
Henricus Serenissimorum Imperatoris et Regis Romanorum Mater:
teram, quam vxorem per XX annos cum dispensatione Sedis
Apostolice habuerat, et ex qua prolem susceperat, ducta in vxorem

Anna adultera, à se indignißime separasset, inde omnium malorum initium et origo extitit. dum Henricus adultera potiri nescit nisi Regina. Contempta enim duorum Regum Matertera, Regisque Catholici filia, ipsam Hannam multo humiliori atque inferiori genere, propria sua temeritate uxorem duxit. praetextu quidem masculae habendae prolis: Verum quod notum omnibus est, vesano amore correptus. Cumque haec et Sedi Apostolicae et bonis omnibus displicerent ut debebant &. Ille statim huic Romani potestatem et Primatum sub quo tot seculis Regnum Angliae fuit: Cuius etiam Reges illud Sedi Apostolicae Tributarium fecerunt, negare et diffiteri coepit. Inde quotquot improbarent ductionem adulterae, capi, vexari, carcereque et supplicio ultimo affici fecit. Atque hanc eius impietatem toto hoc triennio patienter tulit universa Christianitas. et haec Sancta Sedes Apostolica. Quae licet eum Regem feudatarium habeat, pastorali tamen clementia tolleravit haec tam indigna, et resipiscentiam ipsius Henrici indies sperando pacienter expectant. Quod quam irritum cesserit haec novissima declarant. Cum enim nos in ea Cardinalium creatione, quam proxime habuimus, ipsum Roffensem ad ornandam eius virtutem et Sanctitatem in numerum Cardinalium retulißemus, sperantes eam dignitatem quae ubique haberi solita est sacrosancta, non solum non ad perniciem, sed ad salutem et liberationem eius esse valituram, in hac re Henricus similem se eße voluit, tum sui, qui multos alios, simili ex causa necavit, tum Henrici secundi, progenitoris sui, cuius odio et persecutione beatus Martyr Thomas Epus Cantuarien. occubuit. Nec tantum hic Henricus illius impietatem retulit, verum etiam longe superavit. Ille enim unum, hic multo plures: Ille unius et particularis hic universalis Ecclesiae Iura temeravit: Ille Archiepum, hic Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem neci tradidit, Ille illum exilio extersit, Iste hunc diutißimo Carcere maceravit

Ille percussores misit: iste Carnificem. Ille violenta tantum morte iste etiam turpi supplicio, sanctum domini affecit. Ille denique purgare se Alexandro iij° conatus est: culpam in alios reiecit penitentiam sibi à Ro: Pontifice impositam humiliter suscepit: hic obstinatissimo animo factum sceleratum tuetur: non solum non ductus poenitentia, verum pernicax et rebellis, hostisque factus, non quia umquam lesus à Romana Ecclesia à qua etiam titulo defensoris fidei decoratus est, quem ipse titulum ingratissime ad offensionem fidei retorsit sed quia eam multipliciter lesit atque acerrime.

Cum igitur fili charissime Sancta Romana ac universalis Ecclesia magno vulnere, dedecore, ignominia vulnerata sit, patientiaque eius novas semper Henrici iniurias provocaverit, necessaria contraria uti una cum Venerabilibus fratribus meis S. Ro: Ecclesie Card. decrevimus ad tuam Maiestatem que cum suis progenitoribus semper iustitiam probitatem, religionem coluit, et hanc Sanctam Sedem filia observancia venerata est confugimus, tuam opem auxilium et favorem in tantis Ecclesie iniuriis implorare: teque per viscera misericordie domini mei Jesu Christi enixe obsecrantes ut via Iuris et iustitie dictum Henricum censurarum contemptorem atque in illis ultra biennium insordescentem, Henricum Scysmaticum, Adulterum notorium, publicum homicidam et Sacrilegum rebellem, et criminis lese Maiestatis multipliciter reum: propterea que dicto Regno à Iure ipso privatum declarare intendamus tu cum Principibus ceteris quorum pariter opem advocabimus executionem iustitie faveat, sicut te speramus pro optimi Principis officio, defensioneque sancte Ecclesie et affectione Catholice fidei, pro qua tot et tanta gessisti esse facturum Datum Rome apud S. Petrum sub annullo Piscatoris die xxvi Iulii Anno domini M° D° xxxv° Pontificatus mei i°

Pet. Tomicius Eps. Vicecancell
Sigismundo primo regi Polonie

Sacra et Serma Mtas Regia, domine clementissime. Post humilem perpetue servitutis mee et orationum commendationem Si per meam valetudinem mihi licitum fuißet, qua nondum levatus eße videor venire obviam. S. M. Vre, atque eam foeliciter ex Lithuania reducem ea qua par est veneratione in Regni finibus excipere, fecißem nihil libentius, neque enim dici potest, quanto videnda illius desiderio ardeam, sed quoniam infirmior est valetudo mea, quam vt longius progrediendi laborem ferre poßim: parendum ei esse potius existimavi, quam in certum periculum et discrimen adducendam. Misi itaque Venblem dominum Samuelem Maciciowski Canonicum Ecclesie mee Cracovien et S. M. Vre Secretarium et Generosum Nicolaum Boguscb atrien meum et Auliam Sacre M. Vre, vt quod ipse sui muneris obiturus, si corpore fuissem satis confirmato eo ipsi meo nomine fungerentur. S. M. Vre reditum ad Regnum incolumem gratularentur, fausta illi omnia precarentur, servitutemque meam et summum studium et observantiam ad eam deferrent Quibus vt Sacra M. Vra in ijs que dixerint fidem habere, atque eos dicentes clementer audire dignetur, maiorem in modum queso, meque servitutemque meam, qua summa poßum animi mei demißione in gratiam et clementiam, S. M. Vre commendo: Deum precari nunquam intermissurus, vt ei victoria de hostibus, vitam incolumem et diuturnam, et foeliciaßima queque largiatur Dat ex Oppido meo Kielcze XXVIJa Julii Anno domini 1.5.3.5.

Petrus Tomiczki Vicecancell
Nicolao de Sienaua Succamera°
et Capitaneo Haliciensi.

Generose domine, amice mi charis^me. Etsi per aduersam valetudinem, qua longo iam tempore grauiter conflictamur nondum domo nobis exire, et in conspectum Regiae Mtis venire licuit: egimus tamen per alios apud Mtem Regiam, vt Ciues Halicien' immunitate donarentur, quam quidem ab eo Vectigali siue tributo quod Schos appellant, ad octo annos eis impetrauimus: sed et de vectigali Vasario, quod Czopowe appellant, dimidiam partem in muniendum Oppidum vt conferrent, Mtas Regia ad sex annos eis concessit. Quae cupit vt vos obseruetis diligenter, ne pecuniae Vasarii noue collecte pars ista dimidia, in alios vsus conuertatur quam in quos a Mte Regia eis est data.

Quod nobis eo nomine gratias agitis, quod filium vestrum vna cum Nepotibus meis bonis literis instituendum curamus, id nos ex animo et libenter facimus. Commendatur nobis illius indoles, quo nomine charior etiam nobis est futurus, Neque in hac solum verum etiam in quauis alia re libenter vobis, quando per occasionem licebit gratificabimur.

Tenuis est nunc et infirma valetudo mea. etsi meliore loco, deo sit gratia, quam in Mense fuit Augusto, speramus Christo adiuuante, breui nos posse pristinam bonam valetudinem recuperare.

Laboramus hoc tempore ex penuria bonorum equorum, a vobis petimus, vt bonum ad nos gradarium aliquem mittatis pro quo vobis remunerandum curabimus, quicquid id erit, quanti vobis constiterit

P. Tomicius Eps Crac. Vicecancell
Laurentio Misscowski Castell Biecen

Generose domine, amice nr̄e charme. Ex lr̄is ad nos vr̄is certiores facti sumus quanto erga nos studio sitis et obseruātia. Statuit enim Dō Vr̄a, si obuiam Regie Mti prodituri essemus, comitatum meum presentia sua honestare. nobis vero, per vires nr̄as vehementer accisas et extenuatas, id quod maxime vellemus, ad fines Regni proficisci, vt ibi Regiam Mtem excipiamus non licet. constituimus itaqz Cracouiam nos conferre atqz in Ecclia mea, munus hoc meum obire, nihilominus mittemus aliquos ex familia mea, qui Lublini qz Regiam Mtem meo nomine excipiant Quod autem Dō Vr̄a vltro se offert ad honori meo inseruiendum magnas ei agimus grās, atqz operam sumus daturi, vt se tanto erga nos studio fuisse, quandoqz gaudeat omni beniuolencia mea vr̄am hanc in nos animi propensionem referre semper curabimus Bene ac foeliciter valeat Dō Vr̄a Dat

Tomicius Eps Crac.
Josto lodouico Jodoco Decio, Consuli Crac

Nobilis et famate domine amice charissime. Venit ad nos Ds Doctor Petrus: calamitatem in quam sua culpa incidisse videtur ita deplorauit vt animum meum, alioqui propensum ad misericordiam, vehementer flecteret: adeo vt quamuis alienum id sit à consuetudine mea vt iis patrocinemur, quorum causam non probamus, effecerit tamen, vt precibus

eius et lachrimis concedendum putaremus. Itaq postulamus à vobis plurimum vt vos q° vrō patrocinio apud dominos Cōsules ei deesse nolitis. atq rogetis eos, vt admissi erroris grām ei faciant cum videant ex animo poenitere, cumq que sunt per eum designata, morbi magis vitio quam improbitate aliqua fuerunt designata neq enim vos fugit esse eum virum bonum et ab omni turbulenta ratione remotissimum, solent autē graues aliquando corporis morbi, etiam in animos hominum sibi potestatem vendicare: atq eos ita afficere vt mente non consistant, omniq consilio et racione careant, eius rei rationē haberi à dominis Consulibus equum esse putamus, Nam, quantum nos ingenium Doctoris Petri cognoscimus, nunq hoc facinus admisisset, nisi corporis egritudo, mentis q° sanitatē illi ademisset Quare comendamus eum vobis totamq domum eius diligenter. Tanto vobis et dominis Consulibus nrām patrocinium libentius impartiemur, quanto plus ponderis comendatiōm nrām, et apud vos et apud illos habuisse intelligemus Bene valete

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Stanislao de Tomice Palat° Calissien
Pisdren Conimen Capit° fratri germano.

MAgce domine frē germane char^me. Quod subdubitare videtur D° vrā, an veniendum ei sit ad celebritatem hanc nuptiarum necne: et meum ea de re quesiit consilium. Miror equidem qui D. Vrē. in mentem venerit ea de re dubitare que sine omni dubitacione illi est facienda. Nam si aliter fecerit, et fortunarum suarum detrimentum patiatur, et in grauem Regie Mtis offensionem incurret. Itaq hortor. D. Vrām et moneo, atq oro plurimum, vt omnibus modis Regie Mtis mandato pareat, et

et ad hanc celebritatem nuptiarum veniat, quae si hoc tempore
non incidisset, esset tamen hoc fraterni officii fratrem languentem
adhuc et imbecillem visere. Caeterum quod eam praetendit cau:
sam D.^o V^ra quamobrem huc venire recuset, quod veste
nuptiali careat: veniat iis quas habet vestibus induta, quae:
si parum decore visae fuerint, facile hic emendabuntur, quae ex
dignitate utriusque nostrum sunt futurae. Quamobrem si quae D.^nis
V^rae, vel Regiae gratiae, vel suarum fortunarum, vel meae sa:
lutis cura est et ratio, remota omni excusatione suum ad
nos adventum maturare ne gravetur. Ita et apud M^tem
Regiam gr^am inibit: et rationibus suis bene prospiciet: et
languori meo magnam consolationem afferet. Opto D. V^ram
Bene valere, cuius me fraterno amori commendo. Datum
Cracoviae die vj^a Augusti Anno domini 1535

Samuel Maciewski Can^cus, putans in excipiendo rege
Tomicium ep^m gratulationem perficere non posse: verba
subscripta, regis pro ep^o excipiendi: sibiipsi paraverat.

Sed Tomicius quis languens ac debilis: oravit egregie

Sacra et Ser^ma M^tas Regia, domine clemen^me, vel la:
chrimae istae Praesulis huius mei dignissimi quas ex oculis
eius cadere vides copiose, abunde magno possunt esse argu:
mento, quantum illius absentiae tuae M^tis fuerit desiderium, tum
quantam inde et quam incredibilem voluptatem acceperit, quod
dies ei aliquando iste illuxerit, quo tam optati, tamque longo tem:
pore desiderati vultus M^tis V^rae Ser^mae conspiciendi pote:
stas ei facta est, gaudii magnitudo excussit lachrimas, lachri:
mae vocem incluserunt neque institutum orationis cursum prosequi

cum passe sunt, sed quo maiora beneficentissimi atque optimi Antistitis extant in me beneficia, hoc minus alienum ab officio meo putavi, si eius fletu interruptam orationem excepissem, atque ad exitum perduxissem, gratulatur itaque tibi, tui studiosissimus Antistes incolumem hunc tuum in patriam reditum. Vobis quoque Sigismunde secunde Rex Inclite Bona Regina Serma Isabella Princeps Illma reditum hunc ad nos optatissimum gratulatur. Te Rex magne et inclite rogat, ut se cum ista Sacerdotum Corona maiorum tuorum benignitate aucta, ut clerum universum cuius fortune de solius vel maxime salute atque incolumitate pendere videntur, ab omni vi iniuriaque defensum esse per te velis et munitum qua summa potest animi contencione te precatur, sic tibi deus in id usque tempus vitam proroget, quo possis natos natorum et qui nascentur ex illis incolumis intueri, sic vobis omnibus prospera cuncta et felicia largiatur deus Quod ab illo Presul iste cum universo Clero ditioni atque imperio tuo subiecto, pro eo atque facere ex officio suo debet assiduis precibus supplex semper contendet



Verba invitationis ad Nuptias ad Joannem regem Ungarie dicta.

Serme Rex. Regia Mtas dominus meus clementissimus Mtem Vram Regiam velut vicinum amicum et filium suum etiam atque etiam salvere et prosperis rerum successibus semper fruentem longum regnare cupit. Declaravit ante hac Regia Mtas dominus meus clementissimus Regie Mti vre compertum se habere in hoc esse Illmum dominum Joachimum iuniorem Marchionem Brandeburgen Principis Electoris filium, ut filiam ipsius Mtis charissimam. Neptem Mtis vre uxorem sibi ambiret. neque

ita multo post is ea de re insignem legationem ad ipsius Re:
giam Mtem allegauit, quę quum Vilnam proxime ante ferias
Pasche venißet, facile quę volebat impetrauit, quod ea res atque
gener ipsius Regię Mti et Consiliariis eius magnopere pro:
barentur, et quod Vrã quoque Mtas calculum suum adiecißet, resque
omnis Dominica Palmarum foeliciter acta et transacta est,
neque enim Legati domini Marchionis diutius expectare voluerunt
quod ita in mandatis accepißent ab hero suo, vt rem primo quoque
tempore conficerent. Nunc induxit animum Regia Mtas hunc
honorem habere Illmę filię suę, quam quum naturę ductu, tum
propter summam virtutem non minus amat, quam suos ipsius oculos
vt ei magnificas seque et ipsa dignas quoad angustia temporis
et bellicę expeditiones, quę nunc sunt prę manibus patien:
tur, apparet nuptias. Atque iis Nuptiis Cracouię celebrandis
dies XXIX Augusti dictus est. Id in presens vsque tempus
sedulo celauit ipsius Mtas, propterea quod quum bellum aduersus
Moschos gerendum suscepεrit non parum multum rationibus suis
offecturum, et rebus gerendis obstaturum eße putaret, si de dis:
ceßu suę Mtis è magno Ducatu Lithuanię prius rescitum
eßet, quam exercitus ipsius hostilem terram ingreßus esset, ea
de causa ne Mti quidem Vrę quicque eius rei commode ipsius
Mtas indicare potuit, quod desperaret adeo secreto indicari poße
quin complures rescirent, solet enim fama ex paruo quopiam ini:
tio breui latißime sese diffundere, atque earum fere rerum ma:
xime, quas maxime clam eße cupias. Cum ergo hoc non sine
ratione grauique et pene neceßaria causa factum sit rogat re:
gia Mtas vram Mtem primum vt equo ferat animo, sibi
tempori vt par erat de Nuptiis celebrandis indicatum non
eße. Deinde vt Mtas Vrã Illmę Neptis suę ipsius Mtis
filię charmę nuptias presentia sua ornare velit, magnum ei spe:
cimen voluntatis suę erga ipsam propensißime datura, aut si
id minus commode fieri potest vt Vrã Mtas aliquos Proceres

è consilio suo ad eas ipsas nuptias cohonestandas mittat Quorum
alterutrum Mtem Vram lubenter facturam esse Regia Mtas
confidit, pro ea qua est erga eam Mtas Vra non secus atque
erga patrem filius observantia, proque animi propensione: qua
Neptem avunculus prosequi debet. fuerit hoc ipsius Mti apprime
gratum, et Nepti Regiae Mtis Vrae honorificum et universis
sanè quam optabile / alia quae à Regia Mte in mandatis habeo
secrete Regiae Mti Vrae quandocunque videbitur referam

Ad Joannem Regem Ungariae. Secreta legatio.

Cupiebat quidem Regia Mtas dominus meus clementissimus
pro amicitia et necessitudine quae illi cum Mte Vra non minus
fere arcta quam patri cum filio intercedit, de Nuptiis Illmae filiae
suae Neptis Mtis Vrae et domini iunioris, Marchionis Bran:
debrugensis nihil inscia atque ab eo negocio exclusa Mte Vra
transigere. Itaque expectatura erat Legationem Mtis Vrae aut
per legatos suos Mtem Vram Regiam rogatura, quo fini
eam rem determinari oporteret: nisi procus dominus Joachi:
mus Marchio nullam ne minima quidem moram ferre vo:
luisset, impendio cupiens quam primum rem confectum iri. Non
latebat autem Regiam Mtem, quod non reiicienda haec esset fi:
liae suae charissimae condicio, quanquam non posthabendus Regiae
suae Mti gener, ut quem sibi plerique Christiani Principes non
postremi nominis vehementer cuperent adiungere. Sciebat item
sua Mtas, qua esset aetate filia sua utpote viro matura, co:
gitabat et illud quomodo haec comperendinatio iam antehac ali:
quoties in hoc negocio sibi cecidisset Quare coacta est ipsius
Mtas non expectata legatione Mtis Vrae neque sua ad ipsam
missa, dominum Marchionem festinantem desiderii sui compotem
facere, Quod ne Mtas Regia Vra iniquo ferat animo postulat

postulat ipsius Mtas etiam atq etiam.

Caeterum venit nuper Vilnam Mgcus dominus Jeronimus à Lasko Palatinus Syradien. Regiae Mtis subditus et consiliarius, Vrae vero Mtis servitor, petiitq à Regia Mte, perficeret commendatione et interpellatione sua apud Mtem Vram vt illi Mtas Vra eam summam pecuniae quae ipsi in Dobrozin inscripsit pro servicio quod hactenus summa fide et magno rerum suarum dispendio Mti Vrae per multos annos praestitit persolui iuberet, ac Dobrozinum sibi haberet. Ita enim nunc sibi vsu ferre.

Regnum autem esse in cuius obsequiis optima fide obeundis ipse neq reifamiliari, neq vitae suae perpercisset, ab eo se praemia suis condigna meritis accipere. Quod ni fiat, ita se exhaustum esse, vt pene ad extremum redactus sit, sitq periculum, ne semel rerum suarum naufragium indignissime faciat. Has illius viri preces quin admitteret, Regia Mtas non committendum sibi esse putauit, sperans Mtem Vram, pro sua prudentia et benignitate non grauatim postulata sua facturam, et domini Palatini Siradien meritorum, impendiorum, et periculorum rationem habituram esse.

Itaq quod ipsius Mtas, vram Mtem vltro et benigne factura existimat, id vt promptius et alacrius sua causa faciat, maiorem in modum, pro mutua necessitudine, quae ipsi cum Mte Vra intercedit, rogat. Augebit ea res hominum de gratitudine et virtute Regiae Mtis Vrae existimationem. Ipsum vero D. Palatinum reddet sibi Mtas Vra ex deuincto deuinctissimum. Porro Regia Mtas quacunq in re vicissim Vrae Mti commode et cum dignitate gratificari poterit, dabit operam, vt intelligat Mtas Vra, ipsius Mtem non alia erga vram Mtem, quam qua pater est erga filium voluntate esse.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Alberto Marchioni Duci Prussiae.

Illustris princeps, et domine, nepos noster charissime. Redditae sunt nobis litterae Ill^{ris} D. v^{rae}, quibus certiores nos facit de obitu Illustris Principis D. Ioachimi Marchionis Brandeburgen, Sacri Romani Imperij Principis Electoris. Id quod significauerat quoque nobis paulo ante per l^{ras} suas Illustris princeps Ioachimus filius eius, futurus gener noster. magnumque ex eo nunctio dolorem accepimus. Magno enim tenebamur desyderio videndi illius, quem fata nobis inuiderunt. Quo testata magis et illustris nobis fuit, singularis illius in nos beneuolentia, qua adductus, visere nos, si per fata licuisset, decreuerat: et futuras nuptias sua presentia decorare: hoc nos vehementius cupiebamus, omnem illi humanitatem, gratamque nostram et memorem voluntatem, vicissim declarare. Sed quando aliter Deo visum est, id quod illius voluntate accidit, ferimus vt debemus moderate. Verum scripsit ad nos idem Illustris gener noster: qui nobis Illustris patris sui mortem nunciauit, non turbatas iri ea re nuptias, seque nihilominus ad constitutum illis diem praesto futurum. Quare postulamus ab Illustri D. v^{ra}, vt ipsa quoque, ad nuptiis diem dictum adesse, et eas presentia sua honestare ne grauetur. Factura rem, et suo erga nos studio dignam, et nobis multo gratissimam futuram. Valeat et sit faelix Illustris D^{o}. v^{ra}. Dat. Cracoviae die xiiij Augusti. Anno domini M^{o}. D^{o}. XXXV^{to}. Regni nostri anno XXIX°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Lucae de gorca Castello Posnanien. Capito maioris
Poloniae generali.

Magnifice domine, domine et frater honorandissime. Allatum est ad nos Dominum Archiepiscopum Gnesnensem decessisse: in cuius locum non video qui possit alius dignior suffici, quam D. Plocensis Episcopus vir cum propter eruditionem singularem, tum propter multas alias praeclaras animi dotes, hac tanta dignitate dignissimus. Spero equidem Regiam Mtem eius dignitatis rationem habituram: quoniam vincitur quandoque precum importunitate: ut tanto spes nostra esset certior, faciendum putavi, ut ab Illustrissimo D. Joachimo Principe Electore et Marchione Brandeburgense opem poscerem, atque ut apud Regiam Mtem suffragio suo, quod longe maximum pondus habiturum dubium non est, adiutum eum vellet rogarem. Cum cuius Illma Dne cum nulla michi prorsus intercesserit noticia, vereor ne pudorem in me Jure possit requirere: quare primum ut excuset illi me quaeso M. D. vra, deinde ut ipsa quoque preces meas adiuvet. Una eademque opera, et me Rxmumque Plocensem Episcopum sibi devinctissimos redditura, et toti Regni huius Clero plurimum utilitatis allatura si voti nostri et desyderii compotes efficiamur. Opto Magcam D. vram in multos annos esse incolumem. Cuius me fraterno amori commendo. Dat Cracoviae XXiiij Augusti Anno domini Mo. Do. XXXVto.

Illustr. Joachimus Marchio Brandeburgen. in eius ad nuptias Cracouiam ingressu, verbis infrascriptis a Cricio Epo. regis nomine salutatus ac exceptus. in Campo ante vrbem Cracouien.

Maluisset Sacra M^tas^ Regia, Ill^me^ Princeps, maluisset profecto vt Illma D^o^. vra comitata desideratissimo patre suo ad M^tem^ suam Regiam venisset. M^tas^ enim sua Regia, cognita eius Ill^me^ D^nis^ tanta in se beneuolentia, q huc Ill^mam^ D. vram vltro comitari, et eum honorem M^ti^ sue Regiæ præstare constituerat, incredibili desiderio tenebatur, et videndi eius Ill^mam^ D. et cum illa celeberrimu hunc actum mutuo colloquio mutuoqz solatio transigendi. Sed cum diuinæ M^ti^ placuit, eius Ill^tem^ huic desiderio M^tis^ sue Regiæ præripere, cuius voluntati nec fas est, nec quisq resistare potest: ingentes agit gratias M^tas^ sua Regia Ill^me^ D^ni^ vræ, q neqz tristi hoc euentu paterno, neqz etiam sua aduersa valetudine iter suum remorata, ad præstitutum tempus venire, et eam honestate, affectum, et studium erga M^tem^ suam declarare dignata sit. Quam tantam beneuolentiam et officium Ill^mæ^ D^nis^ vre, M^tas^ sua Regia, meis quidem verbis adeo exprimi non potest, verum id ipsa M^tas^ sua Regia Ill^me^ D^ni^ vre cum omnibus aliis beneuolentiæ et affinitatis officiis, tum char^mo^ sanguinis sui pignore abunde declarabit. Et licet alia inciderit perturbatio, q Ser^ma^ sponsa Ill^me^ D. vræ aduersa valetudine correpta adhuc langueat. Tamen cum diuina benignitate iam reualescat, M^tas^ sua Regia nihil propterea eorum, quæ mutuo sunt prætermittere curabit. Ingrediatur itaqz felicibus auspiciis Illma

Dº. vra Vrbem Regiam Mtis sue, ad eum actum eamqz con:
iunctionem felz transigendam, quam diuina prouidentia pro
comuni Celsitudinum vrarum, communiumqz subditorum ac totius
Reipublicę Christiane bono statu et incremento disposuit.

Oratio nuncii Rmi Alberti Cardinalis Maguntini
in nuptiis Ioachimi Marchionis et Heduigis reginulę
Polonię: ad Sigismundum primum, regem Polonię
dicta Cracouię.

Sermę potentissimeqz Princeps: Rmus in Christo pater, ac Illmus
princeps, D. Albertus Sacrosancte Romanæ Eccę tituli sancti
Petri ad vincula præsbiter Cardinalis, Legatus natus Magun:
tinen, et Maideburgen Archiepus, et Germaniæ primas, admini:
strator Alberstatensis, ac Marchio Brandeburgen, dominus
noster clementmus.
Illustrem hunc dominum Volfgangum comitem in Bart. et Ma:
lingen: ac me: ad hanc celebrem Nuptiarum festiuitatem misit,
non modo, vt Illustrissimo Principi domino Marchioni Bran:
deburgen Ioachimo Sacri Romani Imperij Electori, nepoti
suo ex fratre charmo hoc officio gratificaretur, quanq nos ea
quoqz causa misit: sed multo magis: vt suam erga Regiam vram
Serotem, singularem beneuolentiam, præclarumqz de eius virtute
ac pietate indicium aliquomodo declararet, itaqz cum alia
nobis omnia sane diligenter, tum nihil diligentius, maiore ue

cura commisit, quam vt vbi primum data esset occasio, Regiæ Ser^ti
vre, suis verbis non modo quam reverent^me salutem diceremus, sed
etiam omnia summa studia, officia atque obsequia a se defferemus
ac polliceremur: siq Regia Ser^tas vra, ea valetudine, eaque omnibus
publicis privatisque in rebus fortuna ac fælicitate vteretur, quam
ista summa singularisque eius virtus meretur, hoc nomine Regiæ
Ser^ti vre non vulgariter gratularemur: eamque Ser^tis vræ fæli:
citatem sibi pro sua exi:mia, erga illam beneuolentia non minus
ac suam ipsius optatam ac iucundam esse testaremur.

Voluit deinde Regiæ Ser^ti vræ quædam etiam alia per nos referi,
in quibus ne Regia M^tas vra dubitare posset. en Ser^ti vræ
lras hoc nomine ab illo scriptas, quibus perlectis, rogamus vt
Regia Ser^tas vra cętera quæ restant, deinceps benigne audire
dignetur.

Ser^me Rex: cum Regiæ Ser^tis vræ, et rerum bello fortiter
atque præclare gestarum fama, et Regni in pace iuste, sapienter,
ac pie administrati gloria, præter cæteros Europe Reges ac prin:
cipes, toto terrarum orbe celebretur, ac vna omnium voce laudi:
bus in cælum feratur, dictus R^mus dominus noster, studio atque
administratione rerum atque laudum tantarum ductus vel tractus
potius, nichil iamdiu magis habuit in votis, quam vt Regiam Ser^tem
vram aliquando coram intueri, suamque erga illam voluntatem atque
obseruantiam presens declarare posset: quod quamquam, in hac tanta lo:
corum, quibus a Ser^te vra disiunctus est longinquitate, inque hijs
orbis motibus, publicisque et privatis occupationibus, antea quidem
vix sperare poterat: tamen cum superiore tempore Dei Optimi
Maximi benignitas ita tulisset, vt Regiæ M^tis vræ inclyta filia
Dna Hedwigis, Illmo principi domino Ioachimo Marchioni Bran:
deburgen, ac Sacri Romani Imperij Electori nepoti suo, fratris
loco dilectissimo, tam vræ Ser^tis quam patris ipsius claræ memoriæ
authoritate atque consensu in matrimonium desponsata esset ad eiusque
nuptias presentia sua celebrandas, ipsa quoque a fratre etiam tunc

viuente, magno studio inuitaretur: gaudens tandem sibi occasione datam consequendi eius, quod tam diu expetijsset: neqz hac ipsa locorum longinquitate, neqz difficultate itineris, neqz etiam priuatarum rerum occupatione prohiberi potuit, quominus de profectione vna cum fratre, ad Sextem vram suscipienda cogitaret, cum ecce subita atqz inexpectata fratris mors totum hoc eius consilium atqz spem interuertit, hoc enim grauissimo, atqz mæstissimo casu consequuto, cum neqz propter luctum, quem inde, vt existimari par est summum cæpit, in frequentia læticiaqz hominum, satis cum decoro se versari posse intelligat: neqz sane propter curam Reipublicæ, quæ tanto orbata patrono, eius prope vnius fide atqz authoritate niti videtur, a patria ac domo longius sibi discedendum putet, necessario consilium illud profectionis deponere, ac domi remanens, ne quid Respublica detrimenti capiat: prouidere est coactus: Quod cum ita sit, cumqz ea ipsa de causa non modo nepoti charmo ita vt cupiebat presentia sua gratificandi facultate: verum etiam cum Sexte vra congrediendi atqz familiarius colloquendi: sperata occasione destitutum esse videat, vt tamen aliquam sue vel in hijs Nuptijs gratulationis, vel erga Sacram vram Mtem, beneuolentiæ atqz obseruantiæ significationem restare cupiat: visum est ei, sicut ante dixi Illustrem hunc comitem ac me huc legare, qui et excusationem prætermissi itineris atqz officij afferemus, et Illmo nepoti eius in hoc tanto nuptiarum suarum honore: ipsius nomine obseruantia atqz assiduitate præstaremus: et vre deniqz Regiæ Serti beneuolentia læticiam, ac gratulationem suam exponeret. Gratulatur autem eius Rma amplitudo, Regiæ Sexti vræ, singularibus plane verbis: quod Deus Optimus Maximus Sexti vræ, in hoc extremo ætatis cursu, præter reliquam læticiam, quam ex rerum præclare gestarum recordatione Regniqz iuste, sancte atqz pie administrati conscientia haud dubiè non vulgarem capit: hanc quoqz ante supremum diem fœlicitatem tribuerit, vt videret filiam suam, ne quid aliud dicam, sanctissimis moribus atqz diuinis plane virtuti:

bus insignem, tam praestanti atq; insigni genero nuptam esse:
Gratulatur inquam vre Serti hanc tantam faelicitatem, vtq; ea, non
modo Serti vrae perpetuo solatio, sed ipsi quoq; Sermae filię eius
summe dignitati, gaudio atq; saluti fit, ex animo cupit atq; exoptat.
Neq; vero vre tantum Serti hoc nomine gratulatur, sed gratulatur
inclyto quoq; huic regno, cuius tranquilitati, commodis atq; ornamtis.
tanti tamq; praepotentis Principis coniunctione: non parum praesidu
comparatum esse videt: Gratulatur ipsi quoq; Nepoti suo, q Deus
immortalis eum pręter cęteros, tam fortunatum esse voluerit, vt tan:
ti Regis, tam laudatam filiam in matrimonium sit adeptus/sibi
deniq; ipsi atq; vniuersae domui Brandeburgen gratulatur: quae
pręter veteres necessitudines, hac quoq; affinitate noua, cum inclyta
Regum Poloniae stirpe coniuncta, et sua propria decora atq; ornamta,
harum etiam nuptiarum gloria atq; splendore decorata sit: Quanto
enim propius Rma eius amplitudo intuetur virtutem, prudentiam,
iustitiam ac fidem Sertis vrę: quanto magis miratur Regnum hoc
tantum, tamq; amplum, in hijs tam periculosis religionis motibus
ac dissidijs, et factionibus liberum atq; immune permansisse: et
cum in exteris alijs partibus vera religio, verusq; dei cultus, mul:
tum decreuerit, (non enim libenter dico interierit) in sola Polo:
nia indies magis ac magis creuisse atq; profecisse videatur: quanto
inquam has et alias Sertis tue laudes, magis miratur, tanto maiori
gloriae sibi ducit, sese per hanc affinitatem Sertis vrae: q antea
coniunctiorem esse factum. Neq; vero leuiter dolet, q non
presens, vt concupierat hic adesse, et cum hoc animi sui indicium, quod
nos vulgaribus verbis vix adumbrare potuimus, ipse viuae vocis,
ac vultus sui coloribus melius exprimere, atq; representare: tum de
alijs quoq; rebus vel ad publicum vel ad priuatum officium perti:
nentibus, cum Serti vra familiarius sermones conferre, seq; tanq
totum amicitię atq; fidei Sertis vrae debere atq; committere possit.
Sed quia res ac tempus non ferunt, voluit interim nostre vocis
ministerio, voluntatem, studium, atq; indicium animi sui Mti vrae

Ser^me^, quoquo modo testatum reddi, seque ac sua omnia eidem tradi atque commendari, rogans, ut Ser^tas^ vra, se in numero eorum qui ei sunt amicissimi habere, atque omnia amantissimi affinis observantissimique omnia studia, officia, atque obsequia expectare dignetur.

Oratio genialis in Thalamo habita a R^do^ patre Andrea Cricio Ep^o^ Plocensi, intra nuptiales Cœremonias Ill^me^ Hediugis Reginule Poloniæ quę nupserat Ioachimo Marchioni Brandeburgen

Nemini mirum videri debet Ill^me^ princeps, quod et Illma D^o^. vra posthabito funebrali luctu desyderatissimi parentis, tanto apparatu huc venerit: et Sacra M^tas^ Regia intermissis summis et arduis bellorum suorum negociis, ad excipiendam illam, celerius omnium opinione accurrerit: Si enim iuxta Apostolum, honorabile est ab omnibus connubium: si magnum eiusdem testimonio, Sacramentum, propter quod deserendi sunt homini, pater et mater, et adherendum vxori sue. si priuatorum hominum nuptiæ tanta ceremonia, tanta pompa, tanta frequentia et gaudio celebrari soleat, quanto nulla alia festa, nulli ludi, nulla spectacula, nulli denique humani actus celebrantur, quanto iustius, decentius, alacrius, haec ab omnibus fieri, omniaque his posthaberi conuenit, in nuptiis principum, quæ præter communem nature et legis rationem, præter priuatum huius societatis affectum, etiam maximè publica omnium salute et vtilitate conficiuntur.

Cum enim nullum sit in terris vinculum, nullus nexus, nulla coniun:

ctio certior, arctior, et stabilior, matrimonij affinitate, si quidem alia foedera, aliae societates per homines initae, facile rursus per homines resoluuntur: quos vero deus coniungit homo non separarat. Coniunctione autem principum nichil publicis priuatisque rebus salubrius, quemadmodum contra discordia ipsorum nichil perniciosius. non immerito actus iste per quem potissime Principes coniunguntur. et rebus omnibus praeponi, et publica laeticia, publicis votis, publicaque et summa omnium celebritate peragi debet.

Et quia maiores M^tis^ sue Regiae hanc dignam optimis principibus, r̄onem semper habuerunt, vt cum in omnibus alijs rebus et actibus suis, tum in contrahendis matrimonijs, omnia cum primis, ad publica commoda spectarent. Hinc tot affinitates cum Ill^mis^ Germaniae Principibus, et nominatim, cum inclyta domo Brandeburgensi dudum contractae, non solum quod haec clarissima natio vicina sit, sed etiam quod Imperij Maiestate, et sua amplitudine sit potentissima.

M^tas^ sua Regia eadem ratione, eademque maiorum suorum exemplo collocatam in matrimonium Ser^mam^ filiam suam primogenitam, prae ceteris sibi Ill^mam^ D. v̄ram generum delegit: quod eam coniunctionem non dubitet M^tas^ sua, non solum priuatis publicisque suis communiumque subditorum rebus, sed etiam vniversae Reipublice Christiane maxime profuturam. Nam vt in presens taceam, huius Ser^mae^ domus Regiae excellentiam, huiusque regni amplitudinem et potentiam, quae vel hinc cognosci potest, quod solis viribus suis sustinet assidue, et arcet ab alijs vicinis regionibus Christianis tot moles infidelium et Scismaticorum, quarum vna quaeque seorsim maximo cuique Regno sufficeret: vt item taceam, cum aliorum Regum et principum huius Regni, tum huius M^tis^ Regiae clar^ma^ gesta et victorias, quae vniverso nota sunt orbi, nemo etiam ignorat, quanta domus Ill^mae^ D^nis^ v̄rae emineat dignitate, quo nomine, qua laude, qua denique authoritate Ill^mus^ eius parens

in vniuersa pollebat Germania: quanta prudentia, quanta fide et constantia se gesserat, cum in rebus aliis, tum in hac moderna funestissima religionis tempestate, que quidem religio cum illic in multis aliis Germaniæ Principatibus et vrbibus naufragium passa sit: eam tamen hactenus eius Illma D^{o}. non solum in dicione et dominiis suis, integram illibatamque seruauit. sed etiam in publicis Conuentibus, sapientissimis consiliis et responsionibus suis defendit.

Nouerat enim eius Illma D^{o}. quod vna est religio, quæ nos a feris discernit, vna qua Dei Optimi Maximi cultus: qua fides, et iusiurandum omnium vinculum: qua leges: qua ordines, qua denique omnes Policiæ, rerumque humanarum rationes consistunt. et veluti freno quodam diriguntur: Proinde non alia magis causa monet sapiens: non transgrediendos fines antiquos, a patribus positos, quod Institutis maiorum et religione turbata, turbari et confundi necesse sit vniuersa.

M^{tas} sua Regia, quæ et ipsa cum omnibus aliis Regiis virtutibus gestisque insignibus, tum etiam pietate et religione toti orbi clarissima est, his laudibus parentis Ill^{mæ} D. vræ adducta et sperans quod in hiis vra Illma D^{o}. eius vestigia sequi curabit. eamque spem M^{tis} sue confirmat egregia indoles, egregiæ corporis et animi dotes Ill^{mæ} D^{nis} vræ, ac in omnibus rebus Principe dignis studium et disciplina, tradit illa quod felix et faustum sit, ipsam filiam suam char^{mam}, et regiam prolem, ita regiis dotibus, regiisque et sanctissimis moribus prædita et institutam, et cum illam tradit, tradit se quoque cuius sanguis est. Tradit Ser^{mum} filium suum: tradit amorem et beneuolentiam vtriusque perpetuam Tradit denique regnum: dominia, et omnes facultates suas, ad omnia coniunctionis et affinitatis officia semper præstanda.

Tradit autem illam, non in seruitutem et famulatum, sed in eam societatem, in eam coniunctionem, qua vt dixi, nichil in terris

arctius coniunctiusq[ue] reperiri potest. Quae enim arctior societas:
q[uam] duos esse in carne vna? et cum, teste Apostolo Nemo carnem sua[m]
odio habet, nemo despicit, postulat M[tas] sua Regia, vt Ill[ma] D[o].
vra habita rone huius tante vnionis et vinculi coniugalis, tante[que]
M[tis] sue in se beneuolentiae: primum ipsam Ill[mam] coniugem suam
ita seruet et foueat, vt generis eius sublimitas, virtutesq[ue], et egregii
ipsius mores exposcunt.
Deinde vt habito hoc tanto apud se coniunctionis et beneuolentiae
M[tis] sue pignore, vicissim erga M[tem] suam Regiam, et Ser[mum] eius
filium, ac totam domum Regiam M[tis] sue: deniq[ue] erga Regnum et
dominia M[tum] suarum eam beneuolentiam, eam fidem, et officia
exhibeat, quae ab optimo principe, optimoq[ue] affine praestari conuenit.
Sic enim et publicis priuatisq[ue] rebus q[uam] optime consulet, et debito
affinitatis, conceptaeq[ue] omnium de se expectationi satisfaciet.

Quod reliquum est precamur nos vniuersi, vt Ill[mi] D[nis] hoc connubium
Deus optimus Maximus fortunet et promoueat, non solum ad mu-
tuum solatium, mutuamq[ue] vrarum Celsitudinum propagationem,
sed etiam ad huius regni et comunium Dominiorum, totiusq[ue] Reip[ublicae]
Christianae salutem et incrementum.

FERDINANDUS Diuina fauente Clementia Romanorum Rex
semper Augustus ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae
Croatiae, Sclauoniae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux

Austriæ etc. Comes Tyrolis etc. Recognoscimus tenore presentium.
Quod nos Oratores Joannis Comitis Scepusien. presentium ostensores.
quorum nomina et cognomina hic pro sufficienter expressis habemus.
et haberi volumus. de nostro pleno, et amplissimo saluo Conductu
affidauimus, et assecurauimus, sicut affidamus et assecuramus per
præsentes. Ita quod sub harum vigore, et sub verbo nostro Regio.
fideque publica, quam eis per has litteras nostras damus et promittimus.
quandocunque post harum emanationem eis placuerit cum personis
viginti quinque vel citta. ad Regnum Poloniæ, Ciuitatemque Craco:
uiensem, et Curiam Ser.mi Principis domini Sigismundi Regis
Poloniæ, Magniducis Lithwaniæ, ac Russiæ Prussiæque, fratris
et sorori nostri char.mi, pro honestan. nuptiis Ser.mæ dominæ Re:
ginulæ Hedwigis Consanguineæ nostræ char.mæ, infra duorum
mensium spacium a data præsentium computan. per Regnum
nostrum Hungariæ, aliaque dominia nostra quæcunque libere et absque
omni impedimento ire et accedere, et ibidem celebrationi Nuptiarum
huiusmodi interesse, eisque confectis vel infectis ad loca sibi secura
vna cum omni familia sua, seu personis prædictis, ac rebus suis
salui et incolumes redire valeant et possint. Promitten. etiam per
presentes, quod nec per nos, nec aliquem alium, aliqua vis violentia, litis
factio. ac Juris strepitus, durante hoc nostro Saluo Conductu eisdem
Oratoribus, vel alicui ex suis inferetur. Sed quod sub hoc nostro Saluo
Conductu securi et salui esse debeant et possint. Item si accideret
quod aliquis eorum sebuit saluo Conductui nostro non conformiter
gereret. extunc eisdem oratoribus, vel alicui eorum nihil periculi
litis factionis. et Juris strepitus facturi sumus. Ille tamen qui
hunc nostrum Saluum Conductum infringet, iuxta demeritum
puniatur. Præterea si sub hoc saluo Conductu ipsos Oratores
vel aliquem ex suis aduersa valetudine correptum diutius quam præsens
Saluus Conductus noster durabit, decumbere contingeret. promittimus
illum sub eadem fide et verbo nostro securum vsque quo conualuerit.
Mandantes idcirco et præcipientes vniuersis et singulis generatim

nostris, cuiuscunqz status gradus, aut ordinis officialibus, et subditis tam spiritualibus q secularibus in Regno Hungariae et Confinibus Poloniae, ac alias ubilibet constitutis, sub indignatione nra grauissia et sub ammissione Capitis et omnium bonorum suorum, quatenus praefatos oratores, per totum tempus quo haec profectio ipsorum durabit et ad loca sibi secura redibunt, illesos et indemnes ire et redire permittant, eisqz et suis in nullo prorsus impedimentum, grauamen, aut molestiam aliquam inferant seu inferre praesumant. In quantum poenas praedictas voluerit euitare. Harum testimonio lrarum sigilli nostri impraessione munitarum. Dat in Ciuitate nra Vienna die Xa Mensis Augusti. Anno domini Mo. Do. XXXVto Regnorum nostrorum Romani quinto, Aliorum vero nono

Ad mandatum Sacrae
Regiae Mtis proprium.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Capitaneis et exercitibus in Vngaria
Regis Ferdinandi.

Spectabiles, Magnifici, Generosi, et Nobiles sincere et grate nobis dilecti. Superioribus hisce diebus, venerunt ad nos Oratores a Serenmo Rege Joanne ad cohonestandas filiae nostrae nuptias missi accepta publica fide, siue saluo Conductu, a Serenmo potentissimoqz Romanorum + Rege Ferdinando. Equidem nichil dubitamus, quin hae publicae fidei litterae, sint apud Stes. vras

+ Hungariae et Bohemiae etc

pro eo atq; habere debent, magnum pondus habiturae: tamen quo gratiores nobis hospites isti fuerunt et Oratores Regii, hoc nos tenere minus potuimus, quin ipsi quoq; salutem fortunasq; eorum, S. vris q diligentissime commendaremus. A quibus magnopere postulamus, vt quod aliqui facturae erant, ex iussu et mandato Sermi Regis sui, id ad nostra quoq; postulata cumulatius aliquanto et prolixius faciant. Neq; solum a vi cuiusuis atq; iniuria sartos tectos eos conseruent, tutoq; et secure per ditione Sermi Regis sui transire eos permittant et permitti faciant. sed aliquid etiam nostra causa humanitatis et beneuolentiae eis impertiant, deposita ad paucos dies omni inimicitiarum memoria. Nihil poterint hoc tempore Stes vrae gratius nobis facere: omniq; gratia et beneuolentia nostra Regia S. vris, et vniuersis et singulis, id per omnem occasionem curabimus referendum: grataq; semper recordatione, hanc illorum humanitatem prosequemur.

Petrus Tomicius eps Crac. Vicecancell.
Franco de Frangepanib. Archiepo Colocen.

Rme in Christo pater et domine, domine et maior honorandissime. Abiecisse iam prorsus mei memoriam videtur Rma Do. vra, quae tam longo temporis interuallo, nullas ad me dedit litteras. Michi mei diuturnioris silentij ratio constitit: nam et facultas et materia scribendi michi defuit. et sesquianno iam fere grauissis morbis conflictatus, necdum ab illis sum recreatus, vt si valetudinis meae rationem habere voluissem, ne nunc quidem scribendi laborem hunc capere debuerim. Sed michi antiquior fuit cura conseruandae et augendae mutuae nostrae amicitiae, q

vt meæ valetudini in presentia inseruirem. Itaqz, quo studio sum
erga Rmam D. vram, tenere me non potui, quin has ad illam
litteras darem, quibus et de valetudine eius certior fierem, et testa:
tum vna Rmæ D. vræ facerem, non solum non esse diminutum
quicq de meo summo studio, erga Rmam D. vram, sed aliquam
etiam, si quæ modo fieri potuit, accessionem esse factam.
Opto Rmam D. vram diu incolumem esse et felicem. Cuius fauori
beneuolentiæqz me commendo. Dat.

Tomicius Eps
Stephano Broderico Epo Quinqueeclen et
Sirmiensi.

Rme in Christo pater et domine, frater et amice charissime et
honorande. Binas accepi superioribus mensibus Rme D. vræ
litteras: in vnis cædem Gritti non iniquo animo Turcarum Impera:
torem tulisse michi significauerat: in alteris de spe futuræ concor:
diæ, nonnulla scripserat, in vtrisqz nescio quid a me prioribus litte:
ris se postulasse meminit, illæ enim redditæ michi non sunt, atqz
vt id curæ michi sit, rogat. Binis istis litteris, binis ipse quoqz re:
spondi: atqz ex Rma D. vra certior fieri cupiebam, quid illud
est, quod per me sibi confici vellet, nichil enim me facturum liben:
tius, quam vt explerem desyderium Rme D. vræ. Sed ex eo tempore
nichil accepi litterarum: neqz scire potui, num Rmæ D. vræ
redditæ sint binæ istæ meæ. Valdeqz sum admiratus, quod cum
hoc tempore certi hominis potestas R. D. vræ facta sit, cui
recte dare posset, nichil ad me tamen litterarum dederit.
Si me scire fas est, cuperem cognoscere ex Rma D. vra de
pacificatione ista inter Reges quid actum sit: nunquid spes

adhuc aliqua subsit. Deum precor, vt in eam mentem Reges istos impellat, michil vt pace et concordia prius habeant et antiquiub. Opto R. D. vram ex animi sentencia valere q diutissime. Cuius fraterno amori beneuolentiæqz me diligenter commendo. Dat. Craconiæ die iij Septembris. Anno domini M°. D°. XXXVto.

Petrus Tomiczki Epus Crac. Vicecancell
Vngaro

Magnifice domine, Amice charissime et honorande. Longo temporis interuallo, ad Magcam D. vram nullas dedi litteras, in causa fuit raritas eorum, quibus eas recte dare potuissem. Nam si certorum hominum potestas mihi fuisset, nunq commisissem, vt meum in scribendo officium, a Magca D. vra merito desyderari potuisset. Nunc hanc michi facultatem datam esse gaudeo: neqz eam michi prætermittendam esse putaui: quin viserem litteris meis Magcam D. vram, deqz valetudine, et rerum illius statu certior fierem, neqz enim minus illi prospera et felicia precor atqz opto omnia, q michi ipsi euenire.

Cum ad nos ex Hungaria rediissent, Magnifici Domini Andreas Comes a Thanczin Castellanus Craconiensis, Ioannes Comes a Tharnow Palatinus Russiæ: narrauerunt michi, se Varadini cum essent, præstantissimum quoddam vini genus bibisse: quod et sapore esset gratissimo, et non modo noxium non esset, verum etiam inprimis salubre bibentibub. Nunc valetudinis meę ratio, tale vini genus desyderat. Quare magnopere quæso vt duo

michi vasa eius curet, alterum albi, alterum rubei, vtriusqz boni et selecti: quae vbi fuerint opera M. D. vrae in Sandecz Oppidum in confinibus regni Hungariae situm perducta, inde ego ad me ea perducenda et aduehenda curabo. et Insuper et vinum et vecturam eius, Vladario meo Sandecensi parata et prompta pecunia solui faciam.

Feci aliquoties periculum, si qua ratione vini istius Varadiensis compos fieri possem, sed cum infesta essent itinera latrociniis, nihil proficere potui, semperqz spe mea sum frustratus. Sed Magcam D. vram, pro sua prudentia et authoritate facile rationem inituram spero, qua in hac mea necessitate, praesenti desyderio postulationiqz meae satisfaciat. Meo vero haec erit animo semper cura infixa, vt quocunqz possim obsequio meo vicissim Magcam D. vram mihi demerear: gratamqz illi et memorem praestem voluntatem.

Scripsi ad Sacram Mtem Regiam. Magcam D. vram plurimum oro, det operam vt clementer et benigne respondere mihi dignetur. Opto Magcam D. vram diu esse incolumem et faelicem. Cuius fauori me beneuolentiaeqz commendo. Dat. Cracouiae die iiij Septembris. Anno domini M°. D°. XXXVto



Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancellarius
Ioanni regi Vngarie. Croatie. Dalmatie. Slauo. etc.

Sacra Maiestas Regia. Domine clementissime. Post seruitutis et orationum mearum commendationem. Redditae michi sunt litterae Sacrae Mtis vrae, quae michi multo gratissimae fuerunt. Sed et oratores illius, ea quae in mandatis acceperant, michi retulerunt.

quos ego grato animo audiui: Non est clam S. M.tem vram, q sem:
per fuerim illius partium studiosus, neqz curæ quicq, diligen:
tiæ et laboris prætermisserim, quo possem, ea præstare omnia,
quæ ex vsu S. M. vræ futura suspicarer. Ne nunc quicq, de
pristino meo studio quicq remittam. atqz in eo summa cura
elaborabo, vt fidem meam atqz obseruantiam, magis atqz magis
indies S. M.ti vræ probem.

Quantum apud Serenissimum Regem et dominum meum, quantu
apud omnes Regni huius ordines gratia et authoritate valebo,
dabo operam vt id omne S. M.ti vræ valuisse videar. ad cuius
nutum voluntatemqz semper me libens conuertam. Cui supplico
vt de me hoc sibi persuadeat, quod de seruo fidelissimo obsequen:
tissimoqz. Non fallam expectationem S. M. vræ de me.
Cui qua summa possum animi mei demissione, me seruitutemqz
meam commendo. Deum precor, vt S. M.ti vræ, et prosperam
valetudinem, eamqz diuturnam, et fausta et felicia concedat
omnia. Dat

Magnifice domine, amice charissime et honorande. Ex litteris
Mag.cæ D. vræ abunde intelleximus, quæ sit Voiewodę Vala:
chiæ postulatio. Sed Regiæ M.ti visum non est, vt eius voluntati
satisfaceret. Iam enim multa dedit documenta, fluxæ suę fidei,
atqz ita omnes existimamus, nichil ei esse credendum, a quo to:
ties decepti sumus. Sed hæc ex responso Regiæ M.tis vberius
D. vra Mag.ca cognoscet.

Nuptiæ Illustrissimæ filiæ Regiæ Mtis iam confectæ sunt. et quidem splendide magnoqz cum apparatu, quemadmodum ab aliis esse scriptum ad Magcam D. vram nichil dubito. quæ res me quoqz facit breuiorem. Commendo me amori beneuolentiæqz Magcæ Dnis vræ. quam in multos annos feliciter valere cupio. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni de Tarnow Palatino Russie
Andree de gorca Castello Calissien
exercitus Ducibus.

Magnifici, syncere nobis dilecti. Accepimus optatissimum Nunctium. Dei beneficio, ductu atqz auspiciis Stw vrarum, robore militum nostrorum, expugnatam esse et euersam arcem Starodub, quæ et loci natura, munita et valido militum præsidio firmata fuisse dicitur. Hoc nunctio, vehementer exhilarati fuimus: Sed mirari tamen satis non possumus, quod a S. vris nichil ea de re litterarum acceperimus, quas tamen in singulas horas expectamus. Operam hanc tum a S. vestris, tum a militibus nostris nobis præstitam, omni gratia nostra et munificentia referemus.
Tuæ Sti Dne Castellane Calisiensis, et militibus stipendia sub ea facientibus, in Mogilow attribui pecuniam iussimus, pro eo quod reliquum est secundi Quartalis, quam inter eos diuidat, atqz ita cum eis conueniat, et paciscat, vt vltra secundum Quartale, medio Quartali adhuc militent.
Hoc ipsum a tua quoqz Ste Magnifice palatine Russiæ fieri optamus, vt qui sub eius signis merent, eos adducat, vt vltra secundum Quartale, medio Quartali velint perseuerare, nos et illis stipendium curabimus numerandum, et præterea cum tuæ Sti, tum omnibus iis, qui hoc in bello strenuam operam nauauerit, non sumus liberalitate munificentiaqz nostra Regia defuturi.

futurum est, vt vos omnes, viros isthic vos præbuisse, fidemqz et alacritatem in seruiendo nobis probasse minime poeniteat.

Sigismundus. Rex Polonie
Ioanni de Tarnow Palatº Russie exercitum
Imperatori generali

Magnifice, sincere nobis dilecte. Meminimus nos ante paucos dies Sti tue scribere, magno fuisse nos gaudio delibutos, cum allatum ad nos esset, Dei gratia et benignitate, ductu et auspiciis S. tuæ, robore et fortitudine militum nostrorum expugnatam esse et euersam arcem Starodub. In eisdem lris, hoc quoqz nos adiunxisse memoria tenemus: sentenciam et voluntatem nostram esse, vt agat cum militibus S. tua, sub illa Duce stipendia facientibus, vt ad medium vsqz tertii quartalis durent in militia, et mercedem à nobis laboribus suis debitam accepturi, et magnam præterea sibi gratiam nostram cumulaturi. Hæc itaqz quanq scripta esse à nobis ad S. tuam non sumus obliti, tamen quia multa cadunt inter calicem supremaqz labra, nedum inter id tempus quo longum iter ad exercitum isthuc nostrum emetiendu est, ne casu aliquo litteræ iste nostræ S. tue redditæ non sint, eadem illa quæ antea scripsimus, iteranda esse duximus et repetenda. vt tanto diligentius mandata ista nostra possint a S. tua exhauriri

Nos quoqz propediem in Lithuaniam cogitamus. Iam enim nuptiæ, quarum causa huc veneramus, ex animi nostri sentencia confectæ sunt. Cætera vero negocia Regni nostri, in aliud tempus reyciemus. Bene valeat S. tua. Dat.

Sigismundus primus Rex Polo.
Andree de gorca Castell.o Calissien
exercitus auxiliarii e Polonia missi
Capitaneo.

Mag.ce, syncere nobis dilecte. Non sumus nos quidem obliti, scripsis-se nos S. tue, ante paucos dies: cum quanta lætitia fuerimus elati, accepto optatissimo nuncio, de expugnata et euersa arce Starodub, tum quæ nostra sit de continuanda militia sententia. Volumus enim, sub pellibus isthic milites nostros adhuc durare, et in militia perseuerare, vsque ad partem dimidiam tertii quartalis. Itaque cum ea parte exercitus, cui S. tua præest, ita conueniat: vt quandoquidem curauimus eis iam peccuniam numerandam, pro toto secundo quartali, ante dimidium tertii quartalis ab armis ne discedant, stipendio suo per nos non fraudabuntur: præterea, positum etiam erit vltra id premium apud nos eorum virtuti, futurumque est vt gaudeant olim, se in gratiam nostram duros militiæ labores non detrectasse. Ideo autem ista eadem repetenda putauimus, quod propter itineris longinquitatem et pericula, metuebamus, ne aut intercipi litteræ nostræ, aut alio quopiam casu non reddi possent.

Quemadmodum autem celerius opinione omnium huc venimus: ita celerius opinione omnium in Lithuaniam redibimus.

Contractus matrimonialis inter Io. Ducem Mousterburgen. et inter virginem Christinam de SSidlovecz.

Petrus Deigratia Episcopus Cracouien. et Regni Poloniæ Vicecancellarius, ad infrascriptum negocium, et contractum matrimonij inter Illustrem Principem, Dominum Ioannem, filium Illmi. Principis Domini Caroli Ducis Mensterbergen. et Capitanei vtriusqz Slesiæ, ac Illustrem virginem Cristinam de Schidlowiecz, filiam Illustris et Spectabilis domini Christophori de Schidlowiecz, Castellani Cracouiensis, et Regni Poloniæ Cancellarii, per Magcum Dominum Ioannem Comitem de Tharnow, Palatinum Russiæ, eiusdem virginis Cristinæ, tutorem precipuum, vt primum mandatarius deputatus, et Zophia de thargovisko Castellana Crac. eiusdem Illustris virginis Cristinæ mater, et tutrix ex parte et nomine eiusdem virginis. Et Georgius Abbas Cameneu. Valerius Scipio, Ioannes Guthshalcr, et Baltazar Moszenicz Subditi et Consiliarii, prædicti Illmi principis, domini Ducis Caroli, et sue Illris filij, prædicti dni ducis Ioannis Oratores et nuncij, ad idem negocium et tractatum matrimonii conficiendum, cum pleno mandato missi et designati, ex parte et nomine, eiusd Illmi domini Ducis Caroli, et sue Illtis filij, domini Ducis Ioannis etc. Manifestum facimus tenore pntium, quibus expedit vniuersis, quia simul conuenientes, et super matrimonio, inter easd Illres personas, Dominum Ioannem filium Illmi dni Ducis Caroli, et virginem Cristinam de Schidlowiecz contrahendo iuxta Commissionem vtrinqz nobis datam tractantes, vnanimi voto et consensu mutuo in desponsionem virginib et connubiu

dictarum Illustrium personarum, facile consensimus. Perpenden tamen quia summa dotis, quae de bonis morte praedicti Magci domini Cristophori de Schidlowiecz, derelictus, ad sortem eius virginis concernentibus, solui debet, nominari et constitui in certa estimatione, ad presens non potuit, ob absentiam Illustris et Magci domini Joannis Comitis de Tharnowo etc. qua non nominata, nec constituta, etiam inscriptio dotalicii, seu donationis, propter nuptias, constitui et promitti certo non potuit. Quamuis nomine praedicti Illmi principis Dni Ducis Caroli etc. offerebatur, omnis securitas, de dotalicio seu donatione propter nuptias inscribenda, in bonis sue Illtis Ducalibus liberis, nemini obnoxiis. duplum summae dotis et vltra valentibus, ac etiam in euentum mortis Illustris Domini Ducis Joannis si priusque virgo Cristina ex hac vita decederet, etiam offerebatur. Illustrissimum dominum Ducem Carolum etc. inscribere velle eidem virgini Cristinae, Castrum Olshnicen vt in ea arce pro dignitate Ducali, honorificam et quietam residentiam haberet, ac item subiectionem nobilium, territorii Berustaten, qui simul cum Castro Olshnicen, eidem virgini Cristinae ad tempora vite eius extrema fierent obnoxii. Quae quidem conditiones tametsi, ex parte virginis Cristinae grato animo fuerunt audite, Sed cum suspensa, dotis nominatione, non videretur commodum. absente Magnifico domino Joanne Comite de Tharnowo, illas suscipere, In hanc sentenciam deuenimus et mutuo consensimus. Quia vczt Illustris virgo Cristina de Schidlowiecz, dari debet in coniugem, Illustri principi domino Joanni filio Illmi principis, Domini Ducis Caroli, Ipseque Illustris princeps, dominus Joannes, dux etc, filius Illmi domini ducis Caroli etc. accipere debet in coniugem, praedictam Illustrem virginem Christinam de Schidlowiecz, Condicionibus tamen infrascriptis praecedentibus, et adimpletis, Quia Illustris et Magcus dominus Joannes Comes de Tharnowo etc, post suum ab hac expeditione et seruicio bellico in quo ad praesens agit, ad Regnum Poloniae et sua bona, foelicem reditum, Significare debebit, per

nunctium suum vel l[itte]ras Ill[ustrissi]mo Principi domino Duci Carolo de suo reditu, et cum sua Ill[ustrissi]ma D[ominatio]ne convenire debebit per nunctios vel ipsemet, si libuerit, ad locum certum, et concordare debebunt ad inuicem, de summa dotis, de bonis mobilibus et immobilibus, morte Illustris domini Christofori de Schidlowiecz derelictis, et ad sortem eiusdem Illustris virginis Christinæ concernentibus, cum ea ipsa virgine Cristina soluenda, tum etiam de aliis condicionibus et articulis, in futuro matrimonij contractu, proponendis, Necnon de reformatione, seu inscriptione dotalicii seu donationis propter Nuptias, in bonis Ducalibus liberis, et nemini obnoxiis, quæ ad summam dotis et dotalicii, sustinendam, respondebunt, Et quæ Illustri domino Comiti de Tharnow sufficientia esse, videbuntur facienda. Quod dum factum fuerit, tumdemum, matrimonium, inter præfatum Ill[ustrissi]mum D. Ducem Joannem, et Illustrem virginem Cristinam, perfici et consumari debebit, loco et tempore, de quo inter Ill[ustrissi]mum D. Ducem Carolum etc. et Illustrem D. Comitem de Tharnow etc. conuenerit. De quibus omnibus firmiter tenendis, et adimplendis. Vtrinque nomine et authoritate nobis concessa, vt supra consensimus, fideque bona et legali promisimus, quia omnia sorcientur debitum effectum, saluis Condicionibus, vt supra. In fidem autem et testimonium omnium et singulorum præmissorum, presentes l[itte]ras sigillis nostris obsignari, et communiri iussimus. Actum et Dat[um] Crac[oviae] die sabbato festi sancti Augustini Anno domini M°. D°. XXXV[t]o.

513r

Consiliarii Regni Polonie
Solimano Turcarum Cesari

Serenissime ac potentissime Imperator ac domine, domine obseruandissime Officiosissimam obsequiorum nostrorum commendationem. Accepimus litteras Maiestatis vestrae, singularis gratiae in nos et beneuolentiae plenas, quibus nos certiores facit, nunciatum sibi, Serenissimum Regem et dominum, parentem patriae nostrae, atque vna Serenissimum filium eius Regem iam designatum, ex corporum suorum diuersoriis, quod procul Deus omen auertat, aeternam illam in domum discessisse, atque in viuis esse desiisse, significatque se id dolenter ferre, cum propter multas Serenissimi Regis nostri virtutes eximias, et vere Regias animi dotes, tum propter beneuolentiam et amicitiam singularem, quae vrae Maiestati cum illius Maiestate et intercessit semper, et intercedit adhuc, magisque vt speramus indies confirmabitur: voltque Maiestas vra, etiam sublato e terris Rege nostro, firmam et stabilem nobiscum amicitiam permanere: faedusque cum illius Maiestate ictum, cum gente nostra conseruare. Hortatur deinde nos, vt in demortuorum Regum, locum, aliquem eorum necessarium sufficiamus, aut saltem corporis nostri quempiam Regem deligamus. Illud vero pedibus et manibus obnixe conemur, ne quis alienus praecipue vero qui erga Maiestatem vram hostili esset animo, Regnum occupare possit. Si quis vero vim nobis et arma intentauerit, promittit Maiestas vra, se nobis firma missuram auxilia, quibus cuiusuis hostis nostri impetum facile propulsare possimus:
Serenissime ac potentissime Imperator, Deo immortali, immortales agimus gratias, qui pro sua diuina clementia erga nos et miseri:

cordia Serenissimis Regibus nostris, et patri et filio, non so:
lum lucis huius vsuram non eripuit, sed etiam prospera et
incolumi valetudine eorum Mtes frui permittit. Id quod vt
proprium illis esse velit et diuturnum, ab eodem immortali
Deo dies noctesqz precari nunq intermittemus.
Caeterum q Mtas vra vltro ad nos tantam gratiam detulit
et beneuolentiam, cum extinctos esse Reges nostros, falso ex
rumore didicisset, in magni id a Mte vra beneficii loco accipimus,
q tam perspicua signa dederit, quali in nos animo futura esset,
si quid de Serenissimis Regibus nostris, quod Deus omen obru:
at, factum fuisset. Maius Mtis vrae in tuendis et conseruandis
nobis studium agnouimus, q vel optare nedum sperare ausi fuis:
semus. Itaqz dabimus operam, vt gratos nos tanti beneficii et
memores esse cognoscat. Neqz erat quod vereretur Mtas vra,
si quid, vt falso illi fuit renunctiatum, Serenissimis Regibus
nostris humanitus accidisset, ne Regni gubernacula ad aliquē
hostem Mtis vrae deferremus: Ea est enim obseruantia nostra
erga Mtem vram, quiduis vt potius facturi essemus, q vt
bello cum illa aliquo nos implicari pateremur.
Sed vt antea scripsimus, est quod Deo Optimo Maximo ma:
gnas agamus gratias, non solum Serenissimum Regem nostrū
superstitem habemus et incolumem, sed et heredem Regni Regem
iam designatum, vt bona spes habeat animos nostros, quoad vita
nobis omnibus suppeditauerit, nunq nobis Christo adiuuante
vllam fore necessitatem, de alio quoq Rege deligendo cogitandi.

Q in bello contra Persarum Regem faeliciter Mti vrae cecide:
runt omnia, vehementer illi gratulamur, et parem semper
faelicitatem precamur. Optamusqz Mtem vram in multos annos
incolumem viuere.

Consiliarii Polonie
Abraimo Bassæ.

Illustris et Magnifice Domine, Domine et amice noster charissime ac honorande. Redditæ sunt nobis Illtris vræ litteræ, in quibus allatum fuisse scribit, ad Serenissimum Imperatorem suum, Sermos Reges nostros, et patrem et filium, ex hac vtrumqz vita migrasse. fœdus tamen cum illis ictum, firmum nihilominus etiam nobiscu fore promittit: modo ne quem Regem deligamus, qui hostis esset Sermi Imperatoris. Si quis autem, per vim Regnum occupare conaretur, Imperatoris sui nomine promittit Illtas vra, non de: futuras nobis copias, firmaqz auxilia, quibus vim cuiusqz et im: petum facile possimus propulsare. Illustris et Magnifice Domine, Deo sit gratia, longe aliter res habet, quam vani homines ad Sermu Imperatorem detulerunt. Quod proprium illorum capitibus Deus esse velit et diuturnum, firmus est et incolumis vterqz Sere: nissimus Rex noster. Nichilominus Illti vræ magnas habemus gratias, quæ cum audiret morte Regum, Regni huius rationes perturbatas, ea ad nos scripserit, ex quibus ingentem accepimus consolationem. Facile enim inde intelleximus, si quid, quod procul Deus omnen auertat, eiusmodi accidisset, quale de Re: gibus nostris nonnulli confingere sunt ausi: quantum nobis in singulari Serenissimi Imperatoris gratia, vestræqz Illtis beneuo: lentia erga nos, fuerit spei et fiduciæ collocandum. Itaqz vicissim ad Illtem vram studia nostra deferimus: nosqz grata illi et memorem voluntatem, semper præstaturos pollicemur. Neqz erat, quod suspicaretur Illtas vra, si quid eiusmodi factum esset, quod illorum capiti eueniat, qui falsum hunc ru:

morem dissipauerunt, fore vt ad alienum quempiam, praecipue vero hostem Sermi Imperatoris, Regni gubernacula detulisse: mus: confirmatior est nostra cum illius Mte amicitia, quam vt vlla ratione ad id faciendum adduci a quoquam potuissemus.

Virtuti Illustritatis vrae gratulamur, per quam tot de Sermi Imperatoris sui hoste victorias reportauit. Perpetuam hanc illi faelicitatem esse optamus. Cui etiam incolumem valetudine, atque eam incolumem praecamur.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Solimano Soltano Caesari Turcarum.

Serenissime ac potentissime princeps et domine, amice et vicine nr charme. Cum ex Magno Ducatu nro Lithwaniae, ita negociis nostris postulantibus, Cracouiam essem reuersi, offendimus ibi nunctium Mtis vrae, qui ad Senatores et consiliarios Regni nostri litteras attulit Mtis vrae, quibus illis significat, allatum ad se fuisse, de nra, et eius qui est animae nostrae dimidium filii nostri morte. Neque obscura signa dat magni cuiusdam doloris, quem ex hoc tam tristi nunctio acceperit: et subinde nostri cum crebra testificatione summi amoris in nos sui, in primis honorificam facit mentionem. Vltro etiam se facturam offert, vt initam nobiscum et cum filio nostro amicitiam, sartam tectam conseruet: Deinde hortatur Senatores et Consiliarios Regni nostri, subditosque nostros omnes, quandoquidem de presidio statioque vitae nos decedere deus iussit, vt ne patiantur alienum quempiam, hostem praecipue Mtis vrae in Regni possessionem

inuadere: sed aut necessarium et affinem nostrum aliquem, aut si is defecisset, sui potius corporis, q peregrinum aliquem, Regem sibi deligerent: per quem vero stetisset, quo minus id eis facere liceret, contra eum Mtas vra omnes copias et facultates suas pollicetur eis et defert. Hæ cum nobis lræ lectæ essent et recitate, ingentem ex eo cepimus voluptatem, q vivi Dei beneficio, atqz incolumes cognouimus, quid nobis de amicitia Mtis vræ, si quid humanitus nobis accidisset, promittere possemus. Quotus quisqz enim est, qui ad extremum vsqz vite amici diem, firmam et stabilem seruet amicitiam? nedum vt reperire quenq facile liceat, qui mortuo amico, non liberum sibi esse putet et solutum institutam cum eo amicitiam deponere: cum pauci sint, qui ad officiu id suum pertinere arbitrentur, vt eos quoqz ne deserant, cum quibus aliquid fuit amico mortuo. At vestra Mtas etiam si de nostro filiiqz nostri obitu falsum acceperat nunctium, quem tamen verum esse putabat, nihilominus eam in subditos nostros beneuolentiam ostendit, vt nullum in illa amicissimi beneuolentissimiqz Principis officium desiderare potuerint. Quo nomine Mti vræ magnam habemus gratiam, atqz illi vicissim omne studium nostrum beneuolentiamqz deferimus: tantoqz diligentius inducias cum Mte vra, et earum singula Capita obseruaturos pollicemur. quanto testata magis et explorata nobis est, fides illius et amor erga nos, subditosqz nostros singularis.

De victoriis quas ex hostibus suis Mtas vra retulit, plurimum illi gratulamur. Atqz vt cum primis vltima contexat optamus, vt in dicionem suam, atqz ad regiam, suam Constantinopolim, multis triumphis decorata. salua et incolumis perueniat: atqz ita incolumis et felix complures duret in annos. Augusti

Anno domini Mo. Do. XXXVto.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Ibraim Basse

Illustris et Magnifice domine, amice sincere nobis dilecte.
Lecte nobis sunt lrae Illtis tue ad omnes Regni nri ordines scriptae, quibus, eos facit certiores, rumorem isthic apud vos esse, sparsum, nos, vna cum pignore nostro charissimo naturae concessisse, neqz obscure fert dolorem quendam non mediocrem, quem casus iste nr ei attulerit, grataqz cum recordatione, atqz cum primis honorifica mentione nri memoriam prosequitur, subditosqz nostros, Sermi potentissimiqz Imperatoris et domini sui, amici nostri singularis, verbis, diligenter monet, ne quem alienum Regiam sedem sibi vendicare patiantur, sed aut ex ijs quempiam qui nos necessitudine attingat, aut saltem sui corporis aliquem et non peregrinum deligant, ad quem Regni gubernacula deferant, si quis autem impedimento eis fuerit, quo minus in eligendo Rege Iure suo et ptate vti eis liceat, et contra voluntatem eorum per vim Rex eorum esse affectet, Scribit Illtas tua a Sumo et potentissimo Imperatore suo negocium esse datum, Sandziaco, Acandie, vt praesto sit subditis nostris, atqz cum omnibus copijs suis, ad eum hostem propulsandum veniat, qui vim eis aliquam affere paret, multaqz eis cum de Imperatorib sui, tum de sua beneuolentia benigne admodum et prolixe pollicetur. Nos magnas deo agimus gratias, qui nos in viuis adhuc et incolumes existentes cognosce voluit, si quid de nobis factum esset, quales et quantos essemus amicos habituri, quibus subditorum nrorum rationes quas etiam post mortem nram, qui nr est erga illos amor, adiutas vellemus, non minori propemodu

q nobis ipsis curæ futuræ essent, Itaqz gratior q credi queat nobis accidit, ista Sermi Potentissimiqz Imperatoris, tum et Illtis tuę, tam propensa voluntas erga nos subditosqz nostros. Cupimusqz vicissim, cum illius Mti, tum tuæ Illti per omnem occasionem quacunqz re poterimus gratificari.

De victoriis, quas Sermus Imperator felici ductu et auspiciis Illtis tue ex hoste suo tulit, plurimum Illti tue gratulamur, atqz eundem perpetuo fortunæ cursum optamus. Dat Cracoviæ die Septemb. Anno domini M° D° XXXVto

Sigis

Tomicius. Vicecancell

Ioanni Ocieski nuctio ad Turcu designato.

Generose domine. Amice charissime. Propter pictoris moram et tarditatem in pingendo, celerius q nunc lras presentes vobis mittere non potuimus, mittimus tamen illas integras, et in ordinem compositas, quas vos, cum diligentia perferetis et cum in loco eritis, euoluetis illas, et sacculos religabitis, cutes ex sigillis deponetis, postea vero mundas, et chartis exutas, sacculis imponetis, et primu offeretis primas, sicuti desuper videbitis in illis descriptum, quæ si acceptabuntur, de aliis mentionem non facietis, si vero ille quas prius offeretis reijcerentur. Secundas offeretis. Primæ continent fœdus etiam cum filio Imperatoris. Secundæ tantum ad vitam Cæsaris, non nominato filio eius, fœdus habent. Primæ denigz latiorem in Marginibus pictoram habent. Secundæ arctiorem, quod vos si diligenter aduertetis, facile conspicietis, et nihil errabitis.

Mittimus etiam vobis instructionem fidei, passus, aliasqz necessa:

rias lras, bene valeat et faelix sitis, ad nosqz vt optamus cito incolumis redeatis.

A d Imbraim Bassam: post dictam a rege Salutem: nuncius Ocieski dicet.

Maiestas domini mei, ex multis aliis amicis officiis, perspectam quidem habuit Illtis vrae propensam erga se voluntatem, in hoc tamen negocio, quod cum Valacho hoste suo in presens habet, operam Illtis vrae singularem sua Mtas est experta. Nunctius enim Mtis sue, qui proxime a Mte Cesarea rediit, retulit Illtem vram summo studio et beneuolentia, apud Cesaream Mtem Mti sue adfuisse, pro qua beneuolentia plurimas agit et habet Illti vrae gratias, Illamqz rogat, vt eodem affectu et amore, quo cepit negocia et Iusticiam Mtis sue tutari velit, Valachus enim hostis Mtis sue in proposito suo obfirmatus, non cessat bello et iniuriis Mtem suam prouocare, et confaederationem atqz affinitatem cum Voieuoda Transalpino contrahere velle propterea dicitur, vt ab illo auxilia aduersus Mtem regiam consequatur. In quo ne quid faederibus inter Mtem suam et Caesaream Mtem initis detrahatur, et ne etiam Voievoda Multamen dare audeat aliquod subsidium Voievode Valachiae contra Mtem suam, postulat Mtas sua ab Illte vra, vt id apud Cesaream Mtem prouidere, resqz et negocia Mtis sue, in tutela et patrocinio suo commendata habere velit: quod vicissim Mtas sua omni beneuolentia et mutua gratificatione referre Illti vrae semper curabit.

Et quando etiam Mtas domini mei facta est certior Voievoda

Transalpinum, seu Multanien. Mtis Sue Cesaree tributarium, affinitatem cum Voiewoda Valachiæ contraxisse et auxilia illi contra Mtem suam promisisse mandauit michi Mtas sua, vt hec illius consilia et institutum Mti vræ Cæsareæ declararem et simul ab illa peterem, prouidere velit, ne quid contra fœdera, quæ inter Mtem vram et Mtem domini mei recepta sunt, a tributario Mtis vræ Cæsareæ Voiewoda Multanien committatur.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Alberto Marchioni Brandeburgen. duci
in Prussia.

Illme Princeps et domine. domine clemenme. Post seruitutis meæ et oracionum mearum commendationem. Quo spectata michi magis est et probata gratia et beneuolentia singularis in me Illme D. vræ, hoc minus dubito, quin ita vt scribit prosperam valetudinem ex animo michi precetur. Quoquidem nomine ingentes ago Illme D. vræ gratias, et fore confido, vt vtriusque nostrum desiderio Christus annuat. Videtur aliquanto meliore loco iam esse valetudo mea quam fuit, cum in Neapoli ... presens adesset Illma D. vra, Sed hæc in Dei manu sunt, qui eos in clementia sua et misericordia spem omnem positam habent, et defixam, nunquam destituere consueuit. Cuius beneficio, vbi fuero vt spero ex grauibus istis morbis recreatus, dabo operam, vt ex me confirmato fructum aliquem Illma D. vra capere possit. Omne studium meum illi dicabo: si qua potestas data michi fuerit ei inseruiendi, eam ita cupide et libenter arripiam, vt eum diem imprimis hilarem sim sumpturus, quo se occasio aliqua obtulerit, aliquo seruitutis meæ genere vberiorem illius gratiam michi demerendi.

Do. Ioannes a Verden, iam olim in paucis michi charus est, multa enim

constant eius in me non volgaria officia: ferreus vt essem futurus, nisi eum quem tam suauiter in me effusum esse video. mutua beneuolen^a^ prosequerer.

Itaqz cum antea semper eum amaui plurimum, tum hac Ill^mae^ D. vrae commendatione ad pristinum meum amorem ingens cumulus accessit. Magnam autem ex eo voluptatem capio, q meum iudicium iudicio Ill^mae^ D^nis^ vrae video comprobari. Semper enim talem esse. Do. Ioannem a Werden iudicaui, qualis ab illa describitur. Neqz prudens occasionem vllam ornandi illius et adiuuandi prætermisi. Nunc quoqz si rationem aliquam inuenire possem, qua hoc quod illius nomine postulat Illma D^o^. vra apud Regiam M^tem^ impetrari posset, nihil est quod facere vellem libentius. Nam et Ill^mae^ D^nis^ vrae desiderio lubens pro eo atqz debeo satisfacerem: et illum virum bonu, bene de me meritum, valde cuperem adiutum, vt voti sui compos effici posset. Sed ego qui sensum Regiae M^tis^ tenere michi iam videor, difficile esse video, hoc quod volumus obtinere. Si per aduersam valetudinem meam liceret domo michi egredi, et cum Regia M^te^ coram colloqui: vtcunqz sciam nichil eam facere magis inuitam, q vt bonorum suorum hereditatem alicui concedat, aut Iure feudi ea possidere permittat. precipue cum per constitutiones quoqz Regni hoc ei facere non liceat, nisi de consensu et voluntate omnium Regni Ordinum: perit litarer tamen animum illius, utqz non facerem. Sed quando Deus præcisam esse michi voluit hoc tempore Regiam M^tem^ videndi facultatem, necessario michi supersedendum, atqz in id tempus totum hoc negocium reijciendum est, quo me afflictum et castigatum in gratiam suam recipere, et qua tam longo tempore carui, pristinam illam bonam valetudinem restituere michi Deus dignabitur. Cuius vbi compos illius benignitate et misericordia factus fuero, equidem nullum non mouebo lapidem, vt mandata Ill. D. vrae exhauriam, et si fieri possit, bono illi viro, quod petit confectum dem. Quo et Illma D. vra cognoscat, quanto studio, quantaqz cum animi mei alacritate, morem illi gerere, atqz

inseruire cupiam: et dominus quoqz Ioannes a Werden intelligat se apud gratum et memorem officia sua collocasse. Quod superest Deum precor vt Illmam D. vram cuius ego singularem in me gratiam cognosco et beneuolentiam, multos in annos sanam, incolumem et faelicem conseruet, cuius me, tot argumentis perspecte, michi gratiae q possum officiosissime commendo. Dat. Cracoviae Septemb. Anno domini M°. D°. XXXVto.

Petrus Tomiczki Crac. Vicecancell
Ioannes Choienski Premislien. Epi

Alberto Marchioni Duci Prussie.

Illme. Princeps et domine, domine colendissime. Post seruitutis nostrae et orationum commendationem. Accepimus lras Ill. D. vrae, quibus certiores nos facit, haberi iterum in Germania delectum militum, et esse periculum, ne quid Cruciferi hostile moliantur, atqz in terras aut Sacrae Regiae Mtis, aut Ill. D. vrae necopinato impetum faciant. Significat autem, propemodum se facturam fuisse vt nichil eiusmodi nobis indicaret, q videret id genus indicia, contemni a nobis et pro nichilo duci. Satis mirari non possumus, qui venerit in mentem Ill. D. vrae, haec aut de Sacra Mte Regia, aut de Consiliariis illius suspicari. Neqz enim tenemus memoria, parui aliquando esse existimata, ea quae ad Sacram Regiam Mtem per Ill. D. vram delata quandoqz fuere de conatibus istorum Cruciferorum: de quibus refutandis et reprimendis, si quando peperissent id quod parturiunt, semper fuit et est S. Mtas Regia anxia et solicita. Atqz inter multas curas, quibus grauiter

distinetur, hæc est certe non postrema, qua de tuendis et conser:
uandis terris Prussiæ angitur: tam ijs quæ S. Mtis eius q ijs
Illme D. vræ imperio ditioniqz subsunt. Quin et in Comicijs
istis quæ proxime Albingi edixit, non alia de re consilium iniri
iussit, q de propulsando hostium impetu, si quis de repente ex:
titisset. vt nos adhuc videre non possimus, quæ data sint, a
Sacra Regia Mte illius contemptus signa. Quare Ill D.
vram rogamus, vt hanc, aut de Mte Regia, aut de Consiliarijs
illius suspicionem ex animo deponat. tantum abest, vt parui pendan:
tur hæc indicia illius, vt satis etiam omnes laudare non possimus,
prudentiam illius, qua quæ possint aliquando euenire, multo ante
prospicit, hostium consilia præcipit, atqz ea omnibus vestigijs inda:
gata, ad Sacram Regiam Mtem perfert. Hoc institutum suum
vt teneat, atqz in eo perstet, summo studio hortamur atqz oramus.
Pertinebit hoc ad communem et Sacræ Regiæ Mtis, et vre Ill D.
vtilitatem.

Quæ scribit ad nos Ill. D. vra, de conscripto nouo exercitu, tum
etiam de Moschorum consilio, ea per nos Sacræ Regiæ Mti
significata fuere. quæ gratissimo animo accepit, tantam istam
Illmæ D. vræ prouidentiam et vigilantiam. omnesqz curas et
cogitationes suas in eo consumit, vt rationem aliquam reperiat,
qua hostium conatibus obuiam venire possit. Probatur autem illi in:
primis consilium Ill. D. vræ, vt per litteras ab Illmo genero
suo D. Ioachimo Marchione Brandeburgensi petat, quo ille
expiscetur, qui nuper est exercitus conflatus, et in Holsatiam
ducitur, quo consilio atqz in quem vsum eò ducatur. Quod si
exploratum habuerit Ill D. eius copias istas aut contra Sacra
Mtem Regiam, aut contra Illmam D. vram esse comparatas:
rogabit Mtas Regia, vt eorum conatus, pro virili sua retun:
dere conetur. Atqz in hanc sententiam scribi iam ad Illmum
generum suum litteras iussit. Nobis etiam mandauit, vt verbis
eius Ill D. vram hortaremur, vt quemadmodum cœpit, pergat

in communibus et M^tis eius, et proprijs etiam suis negocijs, solita sua diligentia et vigilantia uti. Optamus Ill. D. vram ex animi sui sententia, quam diutissime valere. Cuius solitae gratiae beneuolentiaeque ex animo nos commendamus. Dat Cracouiae die XXVj Septembris. Anno domini M^o. D^o. XXXV^to.

Legatio a Sigismundo rege Polonie ad Ferdinandum Romanorum Vngarie Bohemie Regem: data Stanislao Tarloni Can^co Crac. Secretario regio



SEr^me Princeps: Quum non ignoret Ser^mus Rex Poloniae dominus meus clementissimus, pacem, concordiam, et mutuam beneuolentiam Christianis omnibus, precipue sacris litteris commendari, in eam semper cogitationem summo incubit studio, vt cum omnibus vicinis suis, quantum ex ipso est, pacem et amicitiam colat, inprimis tamen cum his, qui sue M^ti aliqua sanguinis necessitudine coniuncti sunt, in quibus M^tas vra Regia non postremas, ne dicam primas obtinet. Videt enim ipsius M^tas tam arctum sibi cum vra M^te coniunctionis vinculum intercedere, vt vix arctius esse possit, itaque prouidet diligenter, ne qua parte ea necessitudo aliqua animorum disiunctione, quod omen Deus auertat, laedatur, labefactetur ve.

Sed sunt quidam improbi ac effrenes homines, qui vel insigni

improbitate vel compendii spe adducti, id vnum studio habent, quo pacto mutuam concordiam et beneuolentiam, inter subditos vrae Mtis, ac domini mei clementmi, turbent, moueant, atqz dissipent. Quorum peruersis Consiliis cum tempori Sermus Rex et dominus meus obuiam eundum esse censeret, superioribus aliquot annis postulauit Mtem vram, optatumqz tulit, vtrinqz vt designarentur arbitri seu Commissarii, qui omnes subditorum et vestrae et sue Mtis controuersias audirent, disceptarent, et componerent, verum ea res tum optato successu caruit, propterea qd Commissariis summa atqz vniuersa potestas eius rei transigende perficiendeqz non erat permissa. Hij vero qui rei postulabantur obstinato animo rem componi detrectabant.

Non intermisit tamen Regia Mtas dominus meus clementmus inire rationes, quibus hæc dissidiorum seminaria penitus, primo quoqz tempore tollerentur. Egit apud Mtem vestram per legatū suum anno ab hinc altero aut tercio, vt arbitris siue Commissariis vtrinqz designandis, summa totius rei pro arbitrio suo exequo et bono componendæ potestas permitteretur. In quam sententiam non grauatim vra Mtas concessit, Sed tamen neqz hoc pacto ea res optatum finem consequuta est.

Quid in causa fuerit, dicam, si prius illud dixero, quod Georgius Berka, vnus ex his qui alienis saginantur malis, ac turbanda hominum inter ipsos pace, et concordia, sua comparat commoda, cum haberet non nichil causæ, id quod Mti vræ constat, adversus Generosum Martinum Sborowski. pocillatorem Domini mei clementmi, nunqͣ ab ipso Sermo Rege dn̄o meo iusticiam sibi administrari, sicuti par fuit, petiuit, sed mox Regiæ Mti ipsius, et subditis, atqz dominiis eius, bellum ac hostilitatem indixit, et multis magnisqz incommodis atqz damnis ipsius Mtis subditos affecit.

Is igitur in hoc proxime peracto congressu Commissariorum pariter cum altero hoste domini mei clementmi, Misska,

eruxe restitit, ne ad expectatum exitum res adduceretur, Primum enim hij freti publica fide, negauerunt se ad vllam rem inuitis debere adigi. Confirmarunt hanc eorum sententiam Commissarij Mtis vræ, Negauerunt enim sibi licere quidq, ne iure quidem, aduersus ipsos vel agere vel pronunctiare.

Deinde habere hij feruntur inter ipsos Commissarios Mtis vræ insignes fautores, qui ipsos palam apud se receptant, fouent, et adiuuant, quorum præsidio tuti, nichil æqui neqz postulant, neqz concedunt, sed omnia turbant, inficiunt, et ne quo pacto pax et concordia coalescat summopere student.

AD hæc negant Commissarij vræ Mtis se aduersus eos qui nullas habeant possessiones sententiam ferre posse, Id quod perabsurdum esse videtur. Quasi vero non magis in promptu sit aduersus egenos et inopes iudicata exequi, quam aduersus diuites: quasiqz non maior sit vbiqz egenorum numerus: deniqz quasi non hij procliuiores sint ad improba huiusmodi facinora: quo ægestatem suam subleuent, quibus optabiliora semper sunt hominum inter ipsos dissidia quam pax, concordia, et mutua beneuolentia. Sic alitur et confirmatur improborum effrenis audacia.

Eo quoqz multum facessitur negocij, quod Commissarij vræ Mtis Conuentus istos, non nisi in Slesia celebrari volunt, adstruentes, id Ius eumqz morem esse antiquitus, quum longe aliter habere, aliterqz obseruare constet, nimirum, vt si de Polonis ministranda esset Iusticia, in Polonia id fieret, si de Slesitanis, in Slesia, Ius enim est vt actor forum rei sequatur, Hic absurdum est et odiosum Regnis hominibus in Slesiam, vt rei agantur et peragantur proficisci.

Postremo illud vel maximo fuit impedimento ad res componendas, quod ijdem Commissarij vræ Mtis asserunt Ius esse, Nescit tamen Sermus Rex et dns meus, vbi hoc sit Ius, vt quum dissensiones amica tractatione componuntur, nulla ratio habeatur eorum damnorum, quibus quis iniuriam acceptam vltus est, hostilitate denunciata

Sed etiam si ea longe excedant rationem iniuriæ, nichilo tamen minus iniuriam acceptam ab eo qui dedit sarciri et instaurari oportere, Hoc si Ius est, magna omnibus ad improbitatem et ad turbandam publicam, pacem et tranquillitatem fenestra apperiretur. Sequentur omnes cum impunitate coniunctum lucrum, Neqz quicq obstiterit, quominus omnia bellis et tumultibus, quod procul Deus arceat, sursum ac deorsum misceantur. Sed non sperat Regia Mtas Mtem vram Ius istud pestilentissimum ratum et firmum habituram esse. Hys ergo de causis congressus ille re infecta dissolutus est.

Nunc appetit tempus quo iterum ijdem Commissarij, ijsdem de rebus Conuenturi sunt, Sed neqz ibi Regia Mtas dominus meus clementmus aliquod actum iri existimat, qd sue Mtis hostes et alijs rebus quas supra enumeraui, et publica fide, quem saluum Conductum vocant a Iure et Iurisdicione Commissariorum tuti, nichil eque sua sponte facturi sunt, Ita fiet vt frustra futura sint tot ac tanta impendia frustraqz vtrisqz Consiliarijs negocium facessatur, imo vt inde permultum animi atqz audaciæ turbulentis hominibus, ad improbitatem et res turbandas accedat, quod ne fiat, ne ue hoc malum longius serpat, Regia Mtas dominus meus clementissimus summa cura et celeri consilio prouisum iri cupit.

Quapropter allegauit me nunc ad Regiam Maiestatem vram Postulatum atqz oratum pro necessitudine mutua, aliquam vt inueniat viam, qua istę controuersiæ et dissensiones subditorum vræ et sue Maiestatis, inter ipsos hactenus excitate, Tandem aliquando sopiantur, et publica pax atqz tranquillitas vtriusqz dicionibus restituatur, vt quemadmodum, inter Mtes vras est summa et sanguinis et voluntatis coniunctio, sic inter subditos earum, antiqua beneuolentia, nouis fœderibus, mutuisqz commercijs, atqz officijs confirmetur, fuerit hoc ex dignitate Mtum vrarum, et vniuersi christiani nominis, ac ex vsu subiectarum vobis dicionum.

Quare vero ratione Maiestas vra suorum licentiam compescere instituerit, eaq et dominus meus clementissimus in suos subditos usurum se esse promittit.

Ut autem facilius vra Maiestas eius rei ratione rationẽ inire possit, attuli Maiestati vræ scripta domini mei clementissimi in quibus vra M^tas perspiciet, qui sint Serenissimi Regis mei hostes, et quanta damna ipsius Maiestatis subditis dederint, deinde quomodo se ipsius Maiestas aduersus hostes M^tis vræ gesserit, ne quis forte vræ M^ti longe aliud persuaserit. Semper enim in hoc fuit ipsius M^tas ac deinceps futura est, vt ea quoad commode fieri potest, facere cupiat, quæ M^ti vræ grata et arctissima hac necessitudine digna esse sciat.

Quod si consultum videbitur, vt M^tas vra hostes Serenissimi Regis et domini mei editionibus suis omnibus proscribat, et grauibus pœnis sanciat, ne quis eos apud se neq clam, neq palam receptare et adiuuare ausit, Deinde vt edicta promulget atq proponat. Non solum vt liberum sit subditis domini mei hostes suos in dominiis M^tis vræ perquirere, Verum etiam vt præfecti et Magistratus vræ M^tis eos diligenter adiuuent, quo facilius istos publicæ pacis et concordiæ turbatores comprehendant, et iustis suppliciis afficiant, hoc inquam si consultum videbitur vræ M^ti, summa animi promptitudine dominus quoq meus idem Consilium amplectetur, omniaq eadem aduersus hostes Regiæ M^tis vræ, summa fide in dicionibus suis exequetur, dabitq operam sedulo, vt quæ mutuam suam cum M^te vra necessitudinem aut ledere, aut labefactare possent. Omnia prorsus tollat, et quam ipse cum vra M^te amicitiam colit, eandem et subditi ipsius et vræ M^tis inter se eadem voluntate colant.

Appendix Legationis ad Regem Ferdinandum missæ.

Quanto teneatur studio pacis colendę tuendæq Mtas Regia dns meus clementissimus, omnibus perspicuum esse credo, sic enim sancte cum omnibus vicinis suis, sed his præsertim, quos aliquo vel propinquitatis vel affinitatis nomine sibi coniunctos habet, beneuolentiam et amicitiam colit, vt non solum maximopere caueat ne qua sit ex ipso vel subditis ipsius offensionis occasio, verum illorum iniurias equiori q par esset ferat animo, atq hanc voluntatem si inquemq alium, certe erga vram Mtem et subditos eius declarat maxime, propter arctissimam, quæ ipsi cum Mte vra intercedit necessitudinem. Cuius nunc rei Mti vræ aliquot documenta ipsius Regiæ Mtis nomine dabo.

Primum omnium Sigismundum Caufrongk, ante ac his aliquot annis, cupientem sese recipi, et in album Aulicorum adscribi, non solum non recepit, verum etiam dominiis suis excedere iussit, nullam aliam ob causam q q accepisset illum esse hostem vræ Mtis, atq id prius q vllam ea de re significationem a vra Mte accepisset.

Deinde Paulum Valeczki, et cum eo nonnullos alios quos vestra Mtas e dominiis suis proscripsit, solum exilii locum petentes, ac negantes se quicq aduersus vram Mtem aut ipsius subditos machinaturos esse, repulit, ac dicionibus suis illis interdixit, et paruerunt mox illi mandatis, neq vllus ex eis in Regno Regiæ Mtis substitit, excepto vno Opelsiczkum, quem tantisper sustinet q diu vræ Mti

videbitur. Atq; id partim quod exploratum habeat illum nolle Mtem
vram offendi, sed potius gratiam implorare: partim ne eiectum de:
sperata salute, et reuocatione, quae hactenus in animum non induxit
moliri cogat: de quo rogauit ipsius Mtas, vt eum vra Mtas
remissa noxa in gratiam suam reciperet. Quodsi tamen vestra
Mtas animum sic obfirmauit suum, vt illi nec veniam dare, nec
receptum in dominiis Regiae Mtis esse velit, mos geretur Mti vrae.

De Restel, qui Rmo Do. Epo Vratislauiensi bellum indixit,
ante complures annos dedit mandata Regia Mtas ad praefectos
suos, vt famulis domini Episcopi suppetias ferrent ad peruesti:
gandum, sicubi eum latitare comperissent. Comprehensum vt
aut illis dederent, aut ipsi extremo afficerent supplicio/ praefecit
hoc inter alios nuper Magnificus dominus Petrus Kmitha de
Vissnicze Marschalcus Regni Poloniae et Praefectus Cracouiensis,
cum Regia Mtas esset in Lithuania, famulis enim domini Epi:
scopi suos adiunxit, quo facilius in his locis, in quibus delitescere
putabatur, comprehenderetur, sed nusquam inueniri potuit.
Nuper etiam postulante domino Epo mandauit denuo Regia
Mtas vt diligenter perquiratur.

Iam nuper comprehensi sunt aliquot ex factione Sigismundi Cau:
fungk, a Satellitibus praefecti Cracouiensis, et Capitali suppli:
cio plexi, non ob aliud nisi quod in subditos vrae Mtis in Slesia
latrocinia exercuissent, nam Regiae Mtis subditos nullo incomodo
affecerunt.

Porro aduersus Gorasdowskie, et quosdam alios qui ausi sunt Slesi:
tanorum hostes receptare, iussit iure agi, et conuictos patriis
legibus puniri.

De aliis hostibus vrae Mtis aut ipsius subditorum, si qui sint, ni:
chil habet compertum Mtas Regia, si quos esse sciret, procul
dubio non tolleraret.

Habet Mtas vra qualem se Sermus Rex meus, erga Mtem

vestram, et illius subditos gerat, quod si contra, omnes iniurias, quibus se ipsius Mtis subditi a vestre Mtis subditis Slesitanis affici queruntur, percensere pergam, et tempus et verba me defecerit, sed ex innumeris pauca in medium afferam, exquibus vra Mtas facile de aliis coniecturam capiet

Ante actis aliquot annis latronculi quidam exusserunt praedia Generosi domini Hieronymi Rosdraschewski Castellani Rogosnensis, et subditi Regie Mtis, perpetrato facinore, in Slesiam se se receperunt, quos ille insequutus, in oppido Elssa seu Olessnicza Dni Ducis Caroli Monesterbergensis, cepit, et cum iusticiam administrandam flagitaret, nunquam obtinere potuit, nisi carnificem cum famulis mitteret, Atque ibi tum damnati quidem sunt capitali poena latrones illi: sed cum ad supplicium ducerentur, exilierunt quidam ex insidiis, et carnificem quidem occiderunt, famulos consauciauerunt, nocentes vero exeptos dimiserunt. De qua iniuria subditus ille Regius, questus coram domino Duce, et Regiae Mtis litteris adiutus, hactenus tamen Iusticiam consequi non potuit Extrahitur negocium data opera, quo is defatigatus postulando, et magnis exhaustus impendiis, re non impetrata desistat, ne damna damnis accumulet.

Praeterea Georgius Berka Generoso Martino Gidzielski subdito Regiae Mtis, per Slesiam iter facienti, in pago Rossilt nobilis Gasparis Haus, in Ducatu Legnicen, vim attulit, captum enim, et mille florenis, quos bobus venditis acceperat spoliatum, in arcem Skala prope oppidum Nachod in Bohemia sitam, quae Hinconi Schetla subest, deportauit, atque ibi non paucum tempus in vinculis habuit

Idem Berka anno proxime praeter lapso, cum non contemnenda complicum suorum manu, facta in Poloniam, non expectata incursione, duorum nobilium domos et praedia agressus, suppellectilem omnem, quam satis multam reperit, asportauit, quinetia

templum depredatus est, nec diminissimo saltem Eucharistiæ sacramento pepercit, sed eo indecenter effuso, vasculum abstulit, hanc prædam palam in Slesia cum suis partitus, tamen hactenus impune illic versatur, receptatur, et magnorum hominum presidio fretus, atrociora molitur, nulla iusta de causa, sed extrema improbitate et cupiditate adductus. Quod autem is iustam causa non habeat, hinc potest Mtas vra colligere. Vltro offerebat Regia Mtas dominus meus Clementissimus se ipsi iusticiam de subdito suo administrare velle, atque vt tuto Ius suum si quod haberet persequi posset, cauebat illi lris publicæ fidei, verum is vel iusticiæ sue diffisus, vel prædæ captus dulcedine, Iure posthabito hostem se Regie Mtis subditis profiteri cæpit.

Post hunc Missha infimæ sortis homuncio, cùm litem haberet, cum quodam Ciue Cracouiensi, de triginta florenis Renensibus, ratus nactum se esse occasionem, per quam sine magno labore, ab omni Magistratuum Iurisdicione liber, egestati sue consuleret, omisso Iure, non postulata iusticia, neque a Regia Mte, neque ab officialibus eius, prædonicam exercere, collectaque nequissimorum hominum colluuiæ in mercatores Regios, per Slesiam proficiscentes, degrassari cæpit, multaque et magna subditis Regiæ Mtis damna dedit quin et in Poloniam transgressus, aliquod prædia exussit. et tamen his actis impune viuit in Slesia.

Iam nuper cum Comicia Commissariorum vtrinque allegatorum celebraventur Glogouiæ, id quod prius etiam vestræ Mti significatum est: Ioannes Slegiel, qui rebus suis nequiter decoctis et dilapidatis, rapto viuere cogitur, nullam habens iustam querelam aduersus Regiam Mtem, vel subditos ipsius, bellum Regno Poloniæ indixit, collectaque aliquanta e sui ordinis hominibus Slesitanis manu, in Mercatores Regiæ Mtis, non procul a Glogouia, Slesiæ fines transgressus, impetum fecit, ac prædam omnem quam ex his cæpit,

quinqz millium florenorum plus minusue æstimatam, in Slesiam ad arcem Sczaniecz Palam omnibus importauit, et apud eius Arcis Dominos Sczanieczkie dictos, deposuit.

Et quod magis mirandum venit, complures e Glogoviensi illo con: gressu profecti, palam omnibus, Ioanni Slegiel nauarunt operam, ac mox a præda reuersi quasi re bene gesta, gloriati sunt, affirman se quicquid fecissent, saluo honore suo fecisse, q amicus ipsorum Slegiel hostem se Regno Poloniæ ex professo gereret.

Multo plura huiuscemodi egregia, si diis placet facinora, in sub: ditos Regiæ Mtis patrantur a scelestissimis: quibusqz, quibus non solum, tutus est receptus in Slesia, verum etiam procerum patrocinio et præsidio fretis, augentur animi, augentur vires, augentur sodalitates, ad maiora indies agredienda, vnde quid sit expectand, nisi tempori prouidetur, cum possit Mtas vra perspicere, ego nolo ominari.

Sunt item aliæ penæ innumeræ, quibus Regiæ Mtis homines iniquissime premuntur a Slesitanis, nec vnq Ius suum per illos obtinere possunt, id quod abunde multis argumentis ac testimoniis docent,

Sed inprimis hoc fit a Ducibus, qui cum non sinant in istis Commissa: riorum Comitiis aduersum subditos suos quicq agi, iusticiæ admi: strandæ prouinciam ipsi in se recipientes, nemini tamen vnq iusticiam administrant, id quod multis exemplis comprobari posset.

Quin iam nouam, seu legem, seu consuetudinem comenti sunt, qua externis omnibus, viam ad Ius suum iudicio persequendum, per: cluderent, namqz Actores externos satisdare, sed non nisi per indigenas, immo vero etiam ex equestri ordine fideiussores de non deserendo iudicio. Cogunt, etiam si quis neget se apud Iu: dices litem intensurum esse. Quod si sponsores, quis non habeat,

vti fere fit, vt nemo vel ausit, vel velit, pro hospite et ignoto aduersus ciuem et familiarem, fideiubere, nemo non magis bene velit qualicunqz vicino, cum quo comunem dominum, comunes leges, et quotidianam consuetudinem habeat, q vel iustissimo hospiti.

Si quis ergo sponsores non habeat indicta causa in Carcerem con: ijcitur, nec inde rursus dimittitur, nisi noua ista lege det fideiussores, quod non sit iniuriam suam vlturus, ita praeterq p miseri homines dum de obtinendo Iure suo laborant, magnis afficiuntur iniurijs, Regia quoqz Mtas multum tedij molestiaeqz deuorat illis liberandis. Sic fit vt plerique homines quantamcunqz iniuriam ferre malint, q persequendo Ius suum, mala malis accumulare. Vnde sic sunt subditorum Regiae Mtis animi irritati et exacerbati, vt non videan: tur diutius ferre posse, verendumqz est, ne hic ignis magnum ali: quod ac vtrisqz perniciosum incendium exsuscitet, quod non facile deinceps restingui possit.

Rogat itaqz vestram Mtem dominus meus clementissimus, pro necessitudine mutua, quae sanguinis coniunctione multo ante con: stituta, affinitatis etiam vinculo accedente confirmata est, vt hijs principijs, si haec adhuc principia dicenda sunt, obstare velit, inue: niatqz rationem, qua controuersiae atqz dissensiones istae inter subdi: tos vestrarum Mtum, et exorte sopiantur tollanturqz, et noue ne pullulent, sed vt antiqua illorum inter ipsos foedera, concordia, mutua beneuolentia, et officijs vltro citroqz praestandis confirmen: tur stabilianturqz, quando per arbitros communes, toties iam frustra delegatos, confici res ea non potest. Quam vero viam vra Mtas ad compescendam suorum improbitatem et licentiam, tam effrenem instituet, eandem et ipsius Regia Mtas dominus meus clementmus ingredietur, neqz committet, vt per se stetisse videatur, quominus omnes offensionum stirpes, radicitus euellantur. Hoc si idem vra Mtas eadem cura atqz diligentia perfecerit, magno ea res vtrisqz. subditis quidem bono, principibus vero ornamento. ac vniuerso orbi Christiano voluptati fuerit.

558

Nobilitatio Mathie Baccalarii ex monachali oppidulo Jeszow oriundi

Duabus rebus Rempublicam contineri, sapientissimi viri memoriae
prodiderunt: praemio et paena. Neqz enim ad tuendum et conseruan:
dum Reipublicae statum, satis esse videtur, si in eos qui dignum
aliquid animaduersione designauerunt, documentum statuatur,
ne qui talem eorum amentiam velint imitari; nisi vt in improbos
et facinorosos paenarum, ita in praestanti aliqua virtute praeditos,
praemiorum edantur exempla, alioqui si nullus meritorum cuiusqz
delectus habeatur, atqz idem ignauis praemium sit positum atqz
inertibus quod ijs qui sunt animis ad virtutem erectis, et ad
omnes bene audiendi partes excitatis: quiqz ea sola re summo
studio elaborauerunt, vt animi bonis, quae sola laudem merentur,
caeteros mortales anteirent: iacere virtutum studia necesse est, ubi
virtuti alimentum suum honos defuerit, cum non alia re ma:
gis, quam gloriae et honoris cupiditate, ad bene de hominibus merendum
homines incitentur. neqz frustra quis laborem capere voluerit,
si nichilo se plus inde fructus laturum speret, ijs qui ocio vitam
suam et ignauia traduxerint. Viderunt id prisci illi mortales:
atqz ideo, vt tanto ardentiore virtutum studio caeteros inflamarent:
si quem eximia quapiam virtute praestantem cognouissent, eum
nobilem et esse et haberi voluerunt: atqz imagines ei concesserunt
ad memoriam posteritatemqz prodendam: quae postea sunt insignia
appellata, ob eam fortasse causam, quod quibus essent id genus
imagines concesse, in earum beneficio, prae caeteris essent insignes,
magisqz conspicui. Magnaqz fuit haec multis mortalibus, ad

præclare agendum, et bene de Republica merendum illecebra.
Itaq3 nos Sigismundus. Laudabile hoc maiorum institutum, imita:
ri cupientes: cum et ipsi cognouissemus, et ex Thesaurario siue quæ:
store Regni nostri accepissemus, Mathiam de Seszowo summa fide
vigilantiaq3 in custodiendo thesauro nostro, vices quæstoris nostri
Domini sui obiuisse: et in reliquis vite bene institute rationibus
laudatum et eximium virum se vbiq3 locorum præstitisse. fecimus
non inuiti, vt postulante Rmo Dño Mathia Drevicio Dei gratia
Archiepo Gnesnensi, et Generoso Bernardo Maczieiowski Castell
Czechovien, eiusq3 filio Venerabili Samuele Maczieiowski, Gnesn
et Cracouien Canonico Secretario nro, deniq3 et aliis plurimis
eius gentis Nobilibus viris, quo per nos ei liceret insignia atq3
imagines familiæ sue Vitelliorum illi conferre, hanc ei potestatem
permitteremus, Atq3 ex hoc tempore eum nobilem pronuncia:
mus: et ita ab omnibus haberi volumus, vt quæ mediis hisce
litteris insignia sunt depicta, ea perpetuis temporibus æui fore
intelligant, probent et affirment: et vt omnium Iurium, Pri:
uilegiorum, officiorum, dignitatum, immunitatum, libertatum, quibus
cum in Regno nostro, tum vbiq3 gentium, nobiles fruuntur, ipse
quoq3 particeps sit: atq3 ad omnes dignitates et officia, ad quæ
non nisi nobilibus aspirare licet, ipse quoq3 idoneus iudicetur.
Quodsi quis contra voluntatem hanc nostram venire ausus fuerit,
præterquam q in grauissimam offensionem nostram incurret,
etiam quinquaginta marcis auri puri multabitur. quarum
pars dimidia fisco nostro Regio. Reliqua pars ignominia
notato cedet.

Expectatiua ad Burgrabiatu Cracc
pro Pietrowski

Sigismundus Primus, Rex polo

SIgnificamus etc. Q Generosus Nicolaus Piotrowski, Sermis et parenti et germanis nostris fratribus. seruiendo, ita fidem suam et diligentiam probauit: vt Serenissimus Alexander Rex virtuti illius atqz integritati singulari, fructum esse censuerit tribuendum: atqz ei diplomate suo cauerit; vt primum vacare contingeret Burgrabium Castri nostri Cracouiensis, siue per cessum, siue per decessum alicuius, ei se officium id et non alteri collaturum. Cum autem Sermus frater iste noster ex hac vita decessisset, et nos ad Regnu huius nostri gubernacula vocati essemus, in nostram quoqz fidem et clientelam se contulit: atqz ita se gessit, vt eum ob excellentem probitatem, qua praeditus est, Illustrissimae filiae nostrae Hedwigis Curiae Magistrum designauerimus. Quo in officio cum esset, magis in dies atqz magis spectata fuit eius integritas et probata. Qua nos impulsi, Donationem Sermi fratris nostri Alexandri, confirmandam esse duximus, et praesentibus confirmamus. Atqz diplomate hoc nostro primu Burgrabiatum Castri nostri Cracouiensis qui vacauerit, ei conferimus. Quamobrem vobis Magnificis et Generosis Petro Kmitha de Wissnicze Castellano Sandomiriensi, Marschalco Regni nostri ac Cracouiensi, Scepusiensi, Praemisliensi, Colensi, etc Capitaneo. Seuerino Boner de Balice Castellano Zarnouiensi, Suppario et magno procuratori nostro Cracouiensi, modernis et aliis pro tempore existentibus, Mandamus, atqz id omnino obseruari a vobis volumus, simulatqz vacauerit,

Castri nostri Cracomiensis Burgrabiatus, siue per cessum, siue per decessum alicuius Burgrabiorum, vt vos pro tempore existens Capitaneus, ad illum Burgrabiatum Nicolaum ipsum Piotrowski intromittatis et introducatis. Vos vero Supparii, date operam, vt vectigalia siue redditus qui ex antiquo more et instituto Bur: grabiis debentur, ei quolibet trimestri spacio, siue ad singula qua: tuor tempora numeretis, et numerari faciatis. Quoties aliquid ei numerandum curaueritis, toties ab eo syngrapham accepturi, qua quod numeratum sibi fuerit, acceptum vobis ferat, quas quidem syngraphas, nos successoresque nostri, cum in ratione referenda, calculoque subducendo prolatæ a vobis fuerint, perinde habebimus ac si nostro sub nomine scriptæ, et signo nostro essent obsignatæ. Aliter pro gratia nostra non facturi: Quo maior autem diplomati huic nostro fides et authoritas habeatur, manu nostra illud sub: scribendum, et signo nostro curauimus muniendum. Dat. Crac.

Posnamien
Palatinatus datus Lucæ de gorca

SIgnificamus tenore presentium generaliter quibus expedit vniuersis. Tanta constare in nos Regnumque nostrum merita Magnifici Lucæ de Gorka, Castellani Posnamien et maioris Poloniæ Capitanei, vt nulli tam vberes fructus ei a nobis tribui possint, quin longe sit vberiores et ampliores meritus. Nam et antea, iam inde a plurimis annis, non solum fidem nobis suam et diligentiam probauit, sed et hoc inprimis semper studuit, vt quanto maximo posset et nobis et Regno nostro splendori esset ac ornamento, hoc vero tempore, cum Illustrimam filiam nostram Hedwigim, Illustrimo

Domino Ioachimo Marchioni Brandeburgensi Principi Electori collocassemus, non alius quam ille fideliorem nobis operam praestitit, maiore cum nostro Regniquae nostri splendore et dignitate. Adeo nullis unquam sumptibus pepercit, sicubi decori nobis et ornamento esse potuit, eoque fuit et est erga nos Regnumque nostrum animo, ut non facultates modo suas omnes liberaliter effusurus, sed vitam etiam suam et sanguinem, si quando usus fuisset, pro salute nostra et dignitate, libenter fuerit et sit profusurus, dum omnia contemnenda, et pro nichilo putat esse ducenda, prae ut se nobis, fidelemque suam servitutem probet. Ad hoc illius erga nos studium singulare, accedit quod prudentiae consiliique magnitudine, non facile cuiquam concedit, multisque aliis praeclaris et eximiis est virtutibus ornatus, quas omnes enumerare longum esset. Quoniam vero virtuti cuiusque et meritis, et est et esse debet apud nos praemium positum: facere non potuimus, quin huius quoque tantas virtutes, tantaque in nos Regnumque nostrum merita, aliqua liberalitate nostra prosequeremur, ut quasi viam praescriberemus aliis, quam sibi ad gratiam nostram conciliandam, ad honores assequendos munire debeant. Quare non laudis modo fructum, quem meretur, libenter ei impertimur: verum etiam oblata nunc nobis, augendi illius et honestandi occasione, summa cum animi nostri alacritate eam arripuimus, cumque Magnificus Stanislaus Coszielezki Palatinus Posnanien, superioribus his temporibus e vita excesserit, in eum demortui locum eum sufficimus, atque Palatinatum Posnaniensem meritis eius postulantibus vel flagitantibus potius, ... dandum ei et conferendum duximus, ac de certa scientia et gratia Regia nostra, damus, conferimus et concedimus tenore presentium mediante, per ipsum Lucam Castellanum praefatum Palatinatum Posnanien cum omnibus et singulis fructibus, proventibus, Iuribus, pertinentiis, praerogativis, et obventionibus universis ad ipsum palatinatum de Iure vel consuetudine spectantibus, nullis penitus exceptis, tenendum,

habendum. possidendum. Quocirca vobis omnibus subditis nostris cuiuscunqz gradus, status et condicionis existentibus, totum facimus id presentibus. Mandantes, quatinus ipsum Lucam pro vero et legitti: mo Palatino Posnanien habeatis, eiqz de omnibus et singulis dicti Palatinatus introitibus et redditibus vniuersis respondeatis, et per eos quorum interest et interexit responderi faciatis. Pro gratia nostra secus facere non ausuri. Harum quibus sigillum nrm est appensu testimonio lrarum Dat. etc.

Prouisio honoris ac famæ Josti Iodoci Decii de male gesta officina Monetaria accusati.

Significamus. Quo tempore in terras nostras Prussiæ fuimus pro: fecti anno a Christo nato. 1526: atqz in Ciuitate nra Gdanensi de Repca constituenda quæ non solum inclinata iam esse. verumetia præcipitasse videbatur, vna cum et Regni nostri et terrarum illarum Prussiæ consiliariis consilium inimus, cum alia nos Reipcæ terrarum illarum volnera sanasse, tum ad erariam quoqz siue Monetariam rationem animum adiecisse: ex cuius varietate, cum ad Rempub. multa incommoda peruenire accepissemus, de nrorum Consiliariorum, et Ill. Dni Alberti Ducis in Prussia, nepotis nostri charmi consilio et voluntate decreuimus, vt interdicto vsu veterum nummorum et monetarum, noui nummi et monetæ cuderentur eiusmodi, quæ Regni nostri nummis et monetis prorsus et grano et pondere similes essent, neqz in Prussiæ modo terris, verumeciam in toto Regno nostro recipi possent et approba: ri, Simile decretum factum est in Mariemburgen Comiciis quæ habita sunt anno 1528. ad diem diuo Stanislao sacrum

in mense Maio, quod fuit postea post Serᵐⁱ filii nostri felicem Coronationem, iterum in Comitiis Cracouiensibus, et nro et omnium Ordinum Regni suffragiis comprobatum et confirmatum. Quare cum consilium id tantopere cunctis probari vidissemus. quoniam spectata nobis fuit et probata fides atqz industria Nobilis Josti Ludouici Decii Secretarii nostri, totum hoc negotium ærarium siue monetarium, curæ illius commisimus. cui ex iussu et mandato nro in hunc vsqz annum pfuit. Contigit autem anno superiore, cum Piotrkouiæ Comitia, nobis in Lithuania existentibus, haberentur, vt persuadere quidam Consiliarii, et nuncii terrarum, rationem istam monetariam. per eos quorum curæ eam commiseramus, aliter gestam esse et administratam, q per nos Decretum fuit et institutum: Suntqz ad nos ex omnium Ordinum consensu nuncii missi in Lithuaniam, qui nobis supplicarent, vt officinas monetarias claudi iuberemus, atqz iis qui eis præfuissent. vt se sisterent, rationemqz gesti et administrati muneris sui redderent, mãdare dignaremur. Quanq vero persuasum habemus, prouinciam istam Monetariam recte esse ab illis bonaqz cum fide administratam. quemadmodum ex ratione cum illis putata et subducta facile cuiuis liquere potest: tamen tante omnium voluntati cedendum putauimus. Neqz solum cudendis nummis eis interdiximus, verumetiam vt rationem redderent administrati officii sui coram nobis et omnibus Regni Ordinibus voluimus, vt planum omnibus fieret, quo quis studio erga nos quaqz fide fuisset. Et eos qui insimulati sunt, si extra omnem noxiam esse comperissemus, gratia nostra et beneficentia vberiore prosequeremur: Ceterum cum ad locandam nuptum Serᵐᵃᵐ filiam nram celerius omnium opinione huc venissemus, atqz ita postulantibus arduis negotiis Magni Ducatus nostri Lithuaniæ, reditum illuc nostrum maturassemus, facere non potuimus, quin propter magnas necessitates Reipub. impendentes, Comitia Piotrkowiæ ad diem Diuæ Catherinæ sacrum edic[er]emus. Quibus cum nos idem Jostus interesse non posse videret. supplex a nobis petiit, vt ante discessum nrum

569

hoc onus deponere sibi liceret. Nam et se et alios qui eodem fun:
cti essent officio, ad reddendam eorum, quae recte fecissent ratioñ
paratos iam esse et expeditos. Nos. cum ita postulatum a nobis esse
memoria teneremus, vt in Comicijs, p̄ntibus et nobis, et omnibus
Regni ordinibus, ratio ab eo exigeretur: petitioni illius satisfacere
non potuimus. Sed cum perspectam habeamus fidem eius integrita:
temq;, noluimus propter absentiam nostram, in aliquas eum angustias
perduci: atq; eum qui nobis neq; alteri cuiq; seruiuisset, non oportere
putauimus, nisi p̄ntibus nobis, seruitutis sue rationem cuiq; reddere.
Quare authoritate nostra Regia, motu proprio, in alia Regni Comicia
totam causam hanc et negocium reijcimus: quocunq; tandem tempore
ea habebuntur: modo vt nos presentes eis adesse, atq; cum Consiliarijs
nostris causam hanc ipsi audire et cognoscere possimus: Decernentes
ita vt p̄ntibus decernimus, q̄ neq; reiectio haec ex mera auctoritate
nr̄a facta, neq; dilationes et obtrectationes quibus in odium omniu
Ordinum eum nonnulli adducere sint conati, eo neq; p̄nte, neq;
audiente praefato Nobili Josto, aut alijs, qui eodem officio sunt functi,
eorumve liberis et posteris. aliquod sunt famae illius et existimationi
detrimentum illature. Sed eum atq; alios omnes ab omni aut impe:
ticione cuiusuis. aut praua suspicione in id vsq; tempus vacuos et libe:
ros esse volumus, et auctoritate nr̄a Regia decernimus. quo per nos ipsos
causa haec cognita fuerat et disceptata. In cuius rei testimonium
et manu nostra nomen nostrum subscripsimus, et sigillum nostrum
appendendum curauimus. Crac die prima Octobris
Anno Domini. M°. D°. XXXVto.

Sigismundus Rex Polo.
Ioanni Regi Hungariæ

Ser.me princeps et domine, amice et consanguinee noster charissime. Supplicauit nobis Georgius Viczthumb, vt M.tem v.ram rogaremus, quo stipendio per eam sibi debito, fraudare eum nolit. Ita enim nobis narrauit, non modo se multos annos fideliter et diligenter M.ti v.ræ seruiuisse, sed et certam peccuniæ summam illi credidisse. Quod si ita res habet, videtur nobis iusticiæ et æquitati M.tis v.ræ consentaneum, quæ virtus vna est maxime Regia: vt quem ita rebus M.tis v.ræ postulantibus, neq peccuniæ pepercisse, spiritum etiam suu præ salute M.tis v.ræ vilem habuisse cognouit, eum si minus liberalitate sua prosequi velit, saltem debito stipendio, et credita peccunia, non putet se fraudandum. Quare M.tem v.ram plurimum rogamus, vt et æquitati et præcibus nostris hoc det: atq hunc qui commendationem nostram, magnum apud M.tem v.ram pondus habituram sibi persuasit, spe sua et opinione frustrari non patiatur. Rem et nobis gratam, et excelsa virtute sua dignam factura. Deus et fœlicitatem M.ti v.ræ, et longam ac diuturnam incolumitatem concedat. Cuius me fraterno amori beneuolentiæq commendo Dat Cracouiæ

...

571

567

Ill. principes, affines nostri charissimi. Quod quae a vris Ill. D. postulaverimus, tanto studio confecerunt, qui nobis Regnoque et dominiis nostris inimicicias et periculum denunciare ausi sunt, finibus ditionis sue arcendos curaverunt, omnique regione potestati sue subiecte interdixerunt, magnas Ill. D. vris et agimus et habemus gratias. Quod si usus aliquando evenerit, ut vel simili, vel quocunque alio officii genere, parem illis gratiam referre possimus, cupide id et libenter faciemus. Cum haec autem benevolentia Ill. D. vrarum grata nobis acciderit, quod praedones, finibus Imperii sui prohibuerunt tum illud multo gratissimum, quod unum ex illis captum in vincula coniecerunt, et quecunque ille, cum questionibus subijceretur confessus est, ea nobis descripta miserunt, plurimum ea scire nostra interfuit. Egimusque statim cum Illustrissimo genero nostro, Domino Ioachimo Marchione Brandeburgense, ut quemadmodum Ill. D. vrae postulaverunt, in terris suis Comicia ediceret, ut primum eas attigisset, ad quae et nos et Ill. Dnes vrae Nuncios mittere possent, qui et de iniurijs quererentur, quaeque vi sunt per latrones erepta, ea iure repeterent. Recepit se quae vellemus facturum, et ius cuique suum tributurum, ubi de die Comitiorum ad nos scripserit, faciemus Ill. D. vras illico certiores. Quae quod Illustrissime filiae nostrae matrimonium istud foeliciter evenire cupiunt, faustaque nobis praecantur omnia, facile intelligimus id ex abundantia quadam amoris erga nos Ill. D. vrarum proficisci, atque eis hoc quoque nomine magnas agimus gratias. Esse isthic de finibus et iniurijs controversiam, inviti accepimus. Nam

// predonesque

quę est inter nos, et Ill. D. vras animorum coniunctio, ac his etiam neces-
situdinis vinculis copulata firmataqz, eadem inter subditos et nostros
et Ill. D. vrarum esse cuperemus. Erit itaqz nobis curæ vt primo
quoqz tempore sedetur hæc controuersia. Maio mense proxime futuro
mittemus Commissarios nostros ad fines terminandos, atqz omnia facie-
mus, quæ non solum ad retinendam, verumetiam ad augendam amicitiam
pertinere videbuntur.

Quod Nobilem Georgium Cracaw attinet, Commissarios nostros consti-
tuemus, qui de appellatione illius cognoscant. Quicquid erit Iuri et
æquitati consentaneum, id a nobis nullo negocio obtinebit.
Cæterum concessisse nos illi villas, de quibus scribunt Ill. D. vræ
memoria non tenemus: hoc quidem meminimus protulisse cum ante
annos aliquot, lras donationis, sed eas cum adulteratas esse comperisse-
mus, nos antiquasse omnemqz illis authoritatem detraxisse. Cupimus
Ill. D. vras bene valere et feliciter rem gerere. Dat. Crac.
die Septembris Anno domini M°. D°. XXXV^to

Sigismundus Rex Polonię
Senatui Norembergensi

Spectabiles et famati, sincere nobis dilecti. Accepimus lras vras,
quibus de duplici incommodo queримini, quod Conradus Rudt ciuis
vester in Regno nostro accepit. atqz id a nobis ei sarciri petitis.
Nos hij sumus qui in terris dicionis atqz imperij nri sartum tectumque omnib
a quouis incommodo cupimus conseruare: Sed si omnes omnium casus
nobis præstandi, si quod quisqz mali sua culpa sibi contraxit, id
nobis erit sartiendum, nimis magnum minimeqz ferend. ceruicibus
nostris onus sustinebimus. Scitis ipsi et legibus cautum, et

moribus id esse receptum, si quis professus apud publicanum non sit, eum in comissi causam cadere, dominiumq rei vectigalis principi acquiri, cum ea in causa ciuis vester fuerit, non videmus, cur de sua potius temeritate non queratur q de publicani nostri acerbitate Sed idem postea ciuis vr in regno nro a predonibus spoliatus et omnibus prope fortunis suis est euersus. Si quo tempore loca in quibus periculu metuebat, preterierat, a praefectis Arcium nostrorum saluum vt vocant conductum sibi dari petiisset, nichilominus tum quoqz in eandem fraudem incidisset, esset tamen causa cur a nobis damnum hoc sibi resarciri postularet: nunc cum et hoc ab illo factum non sit, et quam accepit calamitatem, ea sit illi per alienos non per nostros homines importata, ipsi considerate et perpendite: quo iure satisfieri sibi a nobis postulet, pro eo damno in quod sua incidit imprudentia dolet nobis illius miseri calamitas: sed nos omnes omnium casus p stare nec possumus nec debemus. Dat Cracouiae Septembris Anno domini M°. D°. XXXv^to^.

Edictum aduersus Anabaptistas alimnde pulsos: ad Poloniã tenden

Vniuersis et singulis, dignitariis et officialibus, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, tenutariis, Burgrabiis et quorumuis locorum Praefectis, Nobilibus ac Ciuitatum et Oppidorum, tam nostrorum, q etiam quorumcunqz subditorum nostrorum Spiritualium, et Secularium Proconsulibus et consulibus ac communitatibus, ceterisqz subditis nostris cuiuscunqz status et condicionis existen. in Regno, Ducatibus, dominiisqz nostris vbilibet existentibus, sincere et fidelibꝫ

dilectis, gratiam nostram Regiam. Magnifici, Generosi, Nobiles et famati, sincere et fideles dilecte. Exorta est ante paucos annos impia et nefaria anabaptistarum secta, quos ita omnes detestantur, vt nemo sit Christianorum principum, qui eos ab Imperio et ditione sua non arceret, neqz iniuria, cum nulla sit pestis æque metuenda, q̄ ea qua monstra ista potius q̄ homines passim genus humanum inficere conantur. Itaqz cum propt vesanam eorum rabiem, nemo eos in ditione sua ferre velit, quærere passim loca dicuntur, vbi cum vxoribus et liberis suis vitam suam sustentare possint. Quare mandamus vobis vniuersis et singulis, præsertim vobis capitaneis Castrorum, Ciuitatum et Oppidorum nostrorum, quæ sunt aut in finibus Regni nostri, aut in terris Prussiæ, vt si qui ex hoc impio hominum genere ad eas Ciuitates, aut Oppida, quibus vos præesse voluimus, casu aliquo delati fuerit, eis et aqua et igni interdicatis neqz vlla ratione quicq̄ eis comune cum nostris hominibus esse patiamini. Nos enim hij sumus quibus antiqua fide et religione nichil prius est et antiquius, in qua etiam subditos nostros omnes esse et continere volumus, quibus ab Anabaptistis istis magnum periculum immineret, vbi fines Regni nostri aut terrarum Prussiæ ingredi eis liceret, cum: qua ipsi correpti sunt contagione: ea: quibus cum commertium eis est: eos inficere aut virus eis suum afflare dicantur. Quamobrem nisi in grauem offensionem nr̄am incurrere velitis, iterum atqz iterum seuere vobis mandamus, edicimus, et imperamus, vt eos tanq̄ pestem maximam procul a finibus Regni nr̄i et terrarum Prussiæ arceatis. Pro gratia nostra Regia aliter non facturi. Dat Cracouiæ feria secunda die festo Translationis S. Stanislai Anno domini M.° D.° XXXV^to^.
Regni vero nr̄i anno XXIX°

Ad mandatum Regie
Maiestatis proprium.

Edictum aduersus Praedones

Sigismundus Rex Pol

Vniversis & singulis, dignitariis et Officialibus, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis, Burgrabiis, et quorumuis locorum Praefectis, Nobilibus, ac Ciuitatum et Oppidorum tam nostrorum quam etiam quorumcunque subditorum nostrorum Spiritualium & Secularium Proconsulibus et Consulibus, ac communitatibus, caeterisque subditis nostris, cuiuscunque status et condicionis existentibus, in Regno Ducatibus, dominiisque nostris vbilibet existentibus, sincere et fidelibus dilectis, gratiam nostram Regiam. Magnifici, Generosi, Nobiles, et famati, sincere et fideles dilecti. Tametsi iampridem vobis omnibus, presertim vero Capitaneis satis compertum minimeque incognitum esse existimemus nos publico edicto strictissime vetuisse, ne aliquos diffidatores, publicosque grassatores, aut alios homines quoscunque externos, et ignotos, quocunque facinore, excessu, vel comminationibus, atque inimicitiarum denunctiationibus, aut alia quauis suspicione notatos, in Capitaneatibus, Ciuitatibus, Oppidis, Villis, Curiis, aliisque bonis et locis vestris subsistere et morari, illisque receptum prebere permitteretis, minimeque preberetis. sed procul extra fines Regni, quoad in vobis sit, omni ad hoc nauata opera, illos discedere cogeretis, ne quouis modo vel praetextu, vis vel iniuria, aut aliquid damni, tam nostris, quam etiam vicinorum Principum subditis, publice vel occulte, ab illis irrogari possit, Tamen quia magna expostulatione et querela, cum Serenissimi Principis et domini Romanorum et Bohemiae Regis, tum etiam Illustrium dominorum Principum et Ducum Slesiae, affinium et vicinorum confaederatorumque nostrorum charissimoru

facti sumus certiores, ac admoniti, quendam Ressel. Reueren in Christo patris, domini Iacobi Episcopi Wratislavien, diffidatorem, et quosdam alios, Regni Bohemiæ, et terrarum vtriusq Slesiæ, a publi: cos: hostes, propter eorum excessus, extorres factos, et bannitos, in Regno nostro, ab eorum forsan socijs, et complicibus foueri, contra rationem fœderum et pactorum, mutuo inter nos, et præfatum Regnum Bohemiæ ac ducatus Slesiæ initorum, qui Ressel et alij prædicti, banniti et proscripti, nedum damna plurima in Re: gno Bohemiæ et terris Slesiæ, hostiliter et prædonum more, inferunt, sed etiam illic quos possunt Nobiles, et alios homines, captiuant, et in Regnum nostrum (vt fertur) asportant et abducunt, magnas pecuniæ summas, pro illis liberandis extorquentes. Non possumus tantam licentiam et contumaciam, huiusmodi edicto nostro contra: venientium subditorum nostrorum non molestissimo et indignantissi: mo animo ferre, cogitatione reuoluentes, si hæc licentia prædonum et receptatorum, per impunitatem et conniuentiam, altius radices egerit, illam magnam rerum et communis tranquillitatis pertur: bationem esse parituram. Cum itaq expediens sit reipublicæ. ne mala remaneant impunita, et confœderatorum intersit, mu: tuam rerum et actionum suarum curam habere, nos, pro officio nostro operam et authoritatem nostram ad hoc intendere volentes. ne vel subditi nostri, vel præfati Serenissimi Regis Romanorum, ac Slesiæ Ducum, aliquo damno vel incommodo per eosdem grassa: tores, de inopinato afficiantur. Mandamus iterum vobis Capitaneis et alijs officialibus prædictis, cæterisq subditis nostris seuere præcipientes, vt omni solertia ad hoc sitis intenti, ne vel ipsi Ressel præfato, aut alijs quibuslibet grassatoribus, dominiorum prædictorum diffidatoribus et hostibus, eorumq complicibus, in Capitaneatibus, alijsq locis vestris quibusuis, receptum, fauorem, consiliumq et auxilium, quouis modo, colore vel prætextu præbeatis. sed illos, tanq e Regno nostro proscriptos habeatis, et in quocunq loco deprehendi poterint, simul cum eorum receptatoribus huic edicto

nostro non obtemperantibus, detineatis, et in vincula carceremque fortem coniectos, ad nostram instructionem, diligenti custodia conservetis. Et dum nomine memorati Reueren in Christo patris domini Episcopi Wratislauien, vel aliorum Principum praedictorum quorum interest, per eorum familiares aut officiales fueritis requisiti, ipsis, de capiendo praedicto Kessel, et aliis grassatoribus, consilio et auxilio vestro irrecuse adsitis, iusticiam, quam iuxta eorum excessus et facinora, ac legum sanctionem, sibi fieri de illis postulauerit, eisdem ministraturi. Vos Capitanei sub ammissionis Capitaneatuum, et paenis, in negligentes Capitaneos statutis. Vos vero alii, sub grauissima indignatione nostra, et paenis ex arbitrio nostro vobis infligendis, secus facere non ausuri. Volumus autem et mandamus, presens edictum nostrum, per publicas preconum et ministerialium denunctiationes, in Ciuitatibus, Oppidis, foris, et aliis locis publicis ad vniversorum noticiam perferri, pro gratia nostra. Dat Cracoviae ipso die sancti Mathei Apostoli et Euangelistae. Anno Domini M°. D°. XXXV^to^. Regni nostri anno XXIX°

Creden^a^ ad Pruthenos

Vniuersis et singulis Praelatis, Proceribus, Consiliariis, officialibus, et nobilibus, qui ad Comitia haec Elbingensia conuenerunt, syncere et fidelibus nobis dilectis. Salutem et gratiam Regiam. Mittimus in caetum S. vrarum Venerabilem Paulum Plothowski, Praepositum et Canonicum Ecclesiae Varmiensis, Secretarium nostrum, Ei dedimus negocium, vt quae terris istis Prussiae necessitates impendent, eas, atque vna sententiam et voluntatem de iis nostram S. vris explicaret. Quare hortamur illas, vt non solum fidem dictis

eius habeant, verumetiam ea quae per eum dedimus mandata summa fide et diligentia curent exhaurienda. atqz ita rationibq Reipublicae terrarum istarw prouideant, vt nichil ab illis praeter: mittatur, quod ad salutem et tranquillitatem eius pertinere videri possit. Et officio suo satisfacturae. et a nobis magnam ea re gratiam initurae. Quae bene valeant. Dat

PEtrus Dei gratia, Cracouiensis Episcopus, Regni Poloniae Vice: cancellarius: Significamus ~~quibus~~ expedit vniuersis: praecipue vero Venerabilibus dominis, Praeposito, Decano, Archidiacono, et Canonicis Ecclia Collegiatae Diuae Margaretae in Sandecz, vel illi, aut illis, ad: quem, aut ad quos Canonicorum in eadq Ecca Collegiata Sandecensi, de Iure, vel consuetudine, coniunctim vel diuisim receptio spectat et pertinet. Quod cum magna semper constiterint in nos officia Venerabilis D. Nicolai Bidlinski, Scholastici Cracouiensis et nostri in Spiritualibus Vicarii generalis, qui etiam eo ipso tempore, quo nondum ad Pontificium honorem ascenderamus, summo semper fuit erga nos studio, et quantum honore processimus, tantum etiam suam in nos obseruantiam auxit: vbi vero Dei beneficio, fauoreqz Maiesta: tis Regiae, Cracouiensi fuimus Epatu aucti et honestati, impositu sibi Vicarii munus, et cum laude sua, et cum dignitate nostra gessit. Nos hijs meritis eius adducti, vt eorum fructum ferret aliquem, seque tanto tamqz constanti erga nos studio atqz obser: uantia fuisse laetari posset, atqz eodem in nos studio esse perseueraret, neqz de eo quicq remitteret, Canonicum Ecclia

Collegiatae Sandecen Diocesis nostrae eum creauimus et creamus in Dei nomine per praesentes: proqz fundo et prouentibus eiusdem Canonicatus ita per nos creati Decimas omnis grani in villis Karcza et Numastkowicze, in Claue Sandecensi constitutis, et ad mensam nostram Epalem spectantibus, de consensu et voluntate Venerabilium Dominorum praelatorum, Canonicorum, totiusqz Capituli Cracouiensis, fratrum nostrorum, eidem D. Nicolao Canonico recens creato dedimus, donauimus, et assignauimus, damusqz presentibus donamus et assignamus. ad vitam duntaxat illius tenendas, habendas, vendendas, possidendas, et in eos quos volet vsus conuertendas. Ea tamen lege, vt cum Canonicus iste recens a nobis creatus, e uita excesserit, causam dicere nemo audeat, quin ece ipse Decimae, ad mensam nostram Episcopalem reuertantur. Ipsumqz Dominum Nicolaum Canonicum, ad Canonicatu istum Sandecensem sic recens per nos creatum instituimus et inuestiuimus, deqz hoc Canonicatu et decimis, quoad ei vita suppeditauerit prouidimus, et presentibus inuestimus et prouidemus in Dei nomine, administrationum Spiritualium, et Regimen temporalium ei committen.

Petrus Tomicius Eps Vicecancell
Sigismundo primo Regi Polonie

Magnum me beneficium a Sacra Mte vra accepisse fateor, quae fratri meo clementer et benigne Palatinatum Calissien concedere est dignata: sed multo maius id esse iudico, qp meas et absentis, et egroti preces non esse putauerit aspernandas. Amplum id michi et honorificu esse puto: qp immortali beneficio Sacrae Mtis vrae dni mei clementmi fratrem meum in tanta dignitate esse video collocatum: sed multo id amplius et honorificentius michi esse existimo, qp video eum quem

antea semper habuerunt, preces meas adhuc apud Mtem vram locum habere: qp video nihil esse de singulari gratia et clementia in me S. Mtis vrae diminutum. Ea est vna res quae me vehementer reficit et recreat: neqz tanti michi est vlla dignitas, quanti sola gratia S. Mtis vrae, quam cum firmam in me et constantem esse video, incredibilem ex eo voluptatem capio. Equidem dedi semper operam pro virili mea, vt gratiam michi et clementiam S. Mtis vrae cum fideli et diligenti seruitute mea demererі possem: sed maior est gratia, maior beneficentia S. M. vrae, q aut fuerint aut esse possint merita vlla mea. Deum precor, vt ille pro me S. Mti vrae dno et benefactori meo clementissimo gratiam referat: quandoquidem ego ne cogitande qdem illi par sum, nedum referende. Quidquid michi deus vitae volet esse reliquum, id omne ita collocabo. nil vt prius et antiquius michi sit futurum q vt ad nutum voluntatemqz S. Mtis vrae me conuertere possim. Christum, vna cum vniuerso clero meo supplex obtestabor, vt Sacrae Mti vrae ex animi sentencia succedere faciat omnia

Nichil adhuc S. Mtas vra de domo michi respondere dignata est, Supplico Sacrae Mti, cum aliis, et magnis et multis beneficiis ornare me vltra meritum etiam meum voluerit, vt hoc quoqz praestare michi ne grauetur: quod cum aliis esse minus videri possit, ego tamen inter maxima id essem numeraturus. Sacraeqz Mti vrae longe plurimum eo nomine debiturus. Cui me dominо et benefactori meo clementmo ex animo suppliciter commendo. Deum precari nunq intermittam vt victoriam omnemqz faelicitatem et prosperam valetudinem in multos annos S. Mti vrae largiatur. Dat Crac die prima Octobris. Anno domini M°. D°. XXXVto.

Petrus Tomiczki Eps Craccouien.
Et Regni Polonie Vicecancellarius.

Sigismundo primo Regi Polonie

1

Sacra et Serma Maiestas Regia, et domine, domine clementissime.
Post humilem perpetue servitutis meę et orationum commendationem.
Cum antea semper, tum superioribus hisce diebus, tanta fuit, tamque in:
credibilis in me benignitas S. Mtis vrę, vt plura ab illa petere, pudo:
re deterrear, ne abuti bonitate illius videar, Itaque non facile cuiusque
precibus adduci potuissem, vt iterum Sacram Mtem vram rogando
obtunderem, nisi ab eo essem incitatus, cui, vel propter virtutem sin:
gularem, vel propter doctrinam non vulgarem, vel propter merita, cum
in Sacram Mtem vram, tum in meipsum, negare non potui. Is est
Venerabilis Samuel Maczicowski, Canonicus Ecclesiae meę Cra:
couiensis, S. M. vrę Secretarius: quem cum ego propter dotes
illius eximias, auctum per me voluerim et honestatum omnibus
ornamentis, quae a me sunt in illum profecta, ita vsum esse animad:
uerti, vt ea ad eorum locorum, in quibus honore aliquo Ecclesiastico
fungebatur, ornamentum conferret. Neque ea quae meo consequutus
est beneficio, aut in voluptates libidinesque effudit, aut ita sordide
congessit et asseruauit, vt nulli cuique esset vsui: sed quicunque locus,
quaecunque ei possessio contigisset, ita eam excoluit et ornauit, vt prope
oblitus commodorum suorum, solius posteritatis rationibus prospexisse
videretur: Quare non solum nunquam illi me benigne fecisse poenituit,
verum etiam de eo magis atque magis indies augendo, semper fui solli:
citus. Et quo tempore ad S. M. vram Vilnam eum miseram, vere
isto superiore, admonueram eum, vt quoniam bona Pabijanice possi:
deret, daret operam, quo vicinum illis Plebanatum Piotrkouiensem

obtinere posset: atq3 illius Iuspatronatus apud Sacram Mtem vram impetraret. Ipse autem, cum Vilnæ apud Sacram Mtem vram esset, cętera fere omnia, de quibus missus per me fuit, ex sententia mea confecit et impetrauit: suas vero res quo minus ageret, pudore quodam et verecundia impediebatur. Cum vero S. Mtas vra Cracouiæ fuisset paululum commorata, et ego, et ille, graui vterq3 morbo ita conflictati sumus, vt nobis a Sacra Mte vra Iuspatronatus istud petere in mentem non venerit. Itaq3 nunc adeo, cum esset a morbo suo recreatus, reduxit michi in memoriam, meq3 rogauit, vt de Iure patronatus isto Plebanatus Piotrkowiensis apud S. Mtem vram impetrãdo essem solicitus. Supplico itaq3 S. M. vræ, vt cum pro singulari gratia in me sua et clementia, aliis meis multis precibus locum dare dignata est, has quoq3, quas esse videt iustissimas, ne velit repudiare. Scriptas iam habet et paratas Iurispatronatus litteras D. Bernardus Maczieowski pater eius, in cuius manus misi, aliud non restat, quam vt eis subscribere S. M. vra dignetur. Id quod vt faciat, etiam atq3 etiam vehementer rogo. Et me alioqui deuinctissimum, deuinctiorem sibi redditura: et totam istam familiam ita obstrictura, vt nullũ vnq̃ mancipium æque fuerit in domini sui potestate, atq3 tota domus ista in Sacræ Mtis vræ potestate semper est futura. Cui deus diuturnam incolumitatem, et rerum omnium prosperitatem concedat. Commendo me seruitutemq3 meam supplicit gratiæ S. Mtis vræ

Dat

P. Tomicius eps Vicecancell.
Bone Regine Polonie.

Sacra Reginalis Mtas et domina domina clementissima. Post ser:
uitutis meę et orationum commendationem. Quod Sacrae Mtis vrae
authoritate factum sit, vt Rmus dns Electus Plocen Canonicatu
Cracouiensi cessurum se receperit, ex eo duplicem cepi voluptatem.
primum, quod fore confido, vt cum antea, nonnichil esse videretur im:
mutata voluntas erga me Sacrae Mtis vrae, ea iam plane reconcilie:
tur, cum causa omnis et occasio erit sublata. quae posset alienare
a me, animum Sacrae Mtis vrae, cui, tantum abest, vt ego vlla
in re aduersari velim, vt ad nutum etiam illius me conuertere cupiam.
Deinde vero, cum sim pacis et quietis amantissimus, neque sit vlla res, quae
michi molesta, atque si Canonici Ecclię meę, aut inter se, aut cum
aliis litigent, et Iudicio contendant: Plurimum gaudeo fore iam in
Ecclesia mea, pacem, concordiam et tranquillitatem. Nunc Sacram
Mtem vram magnopere queso, vt, cum illius gratia et beneficio
singulari D. Fęlix Naropinski in Ecclesia mea Cracouiensi Cano:
nicatum sit assequuturus, mandare ei dignetur per lras suas, vt
mittat Instrumenta procuratoria ad procuratores in Vrbem, quos
ego nominabo, qui eius nomine omni Iure, causa, et lite cedant, quae
se contra meum propinquum Stanislaum Pilezki, in Canonicatu
Ecclesiae meę Cracouien, quem ille obtinet, habere pretendit, quem
iam istius Canonicatus nomine, in Iudicium vocauit. Istas autem
lras suas, queso vt ad me, per hunc meum Nundtium et Seruitorem
velit mittere, ego ad Dnm Felicem Naropinski, eas curabo perfe:
rendas, quandoquidem eius frater, dominus Ioannes hoc tempore

ab hac vrbe abest, Ne vero ad alias itineris difficultates, hęc quoqz accedat scribendi difficultas, mitto ad Sacram Mtem vram subscriptas iam et paratas ad illum lras, quas vbi manu sua subscribere dignata fuerit, et eas obsignari iusserit, confectum erit negocium. Quanq prius hoc erit apud Rmum dum Electum Ploczen, efficiendum, vt ille quoqz mittat, Instrumentum et mandatu ad cedendum Canonicatu suo Cracouiensi, in manibus meis dno Felici Naropinski, Quod quidem mandatum, per Seruitorem hunc meum, ad me mitti velit, multum enim ad rem pertinere videtur, ne qua huic negocio mora afferatur, nam, cum hoc tempore, certorum hominum potestas michi sit, cuperem per eos ista Instrumenta in Vrbem mittere, maiorem in modum peto Sacram Mtem vram, vt pro authoritate sua Reginali, et celeriter, et diligenter, ista curet conficienda. Debebo ego hoc nomine Sacrę Mti vrę plurimum, debebunt hij quoqz, quibus illius beneficio, et fortunarum, et honoris accessione cum tranquillitate frui licebit, Deum omnes precabimur, vt Sacrę Mti vrę prosperam valetudinem, eamqz diuturnam et fęlicia cuncta largiatur. Cuius me gratię supplicit commendo. Dat Cracouię sexta Octobris. Anno domini Mo. Do. XXXVto.

Erasmus Roterodamus.
Sigismundo Regi Polonie.

Vt calamum in manus sumpsi Sigismunde Rex, huius ętatis Principum insigne decus, multa protinus occurebant, quę deterrerent a scribendo. Inprimis enim parum mei pudoris videbatur, si tantillus homuncio, tantum heroa, si ignotus, si vltro, si nullo pene argumto

compellarem, et vt ex veterum annalibus tradit Plinius Tullo Hostilio male cessisse, quod Iouem euocasset, ita non semper tutum fuit appellasse summos orbis monarchas, quos oportet adire non solum in tempore. verumetiam religiose. Ad hec vix pium videbatur principem tot tam grauibus Reipublicæ negocijs, sed inprimis sarcien-dæ Regum concordiæ intentum, litteris non necessarijs appellare. Verum has omnes remoras facile discussit, vel insignis ista naturæ tuæ bonitas, qua meo quidem animo, non minor es, q ipsa Regni magnitudine, vel ardor quidam in te meus, ac singularis quædam virtutum tuarum admiratio, quam non solum ex famæ clarissima buccina, verumetiam ex ornatissimi viri Ioannis a Lasco tum colloquio, tum litteris concepi. Nunq enim dum hic ageret, illi Sigismundus rex non erat in ore, nec aliud crepant illius ad nos Epistolæ, q Sigismundi laudes vel harum orbis tempestatum tedium, et ingens tranquillitatis desiderium, quod nos tam lenta spe discrutiat, nimium expertos, non esse vanam fabulam, qua Homerus depinxit Aten, et pedibus et oculis celerem: litas contra lusciosas et claudas. Lubens et alacer Simeon ille senex emigrabat è vita, posteaq vidisset Christum domini, Videor et ipse michi æquo animo relicturus hunc mundum, si dei benignitate Principumq Consilijs, publicus hic rerum tumultus sedaretur. Ad hoc negocium tam pium, tamq diuinum, quoniam audio maiestatem tuam summa prudentia, pariq studio conniti, tanto vehementius instigauit animus, vt auderem currentem, quod aiunt incitare. Quamq tua pietas diuinitus vt opinor afflata, non eget vllis hominum stimulis. Solet autem deus, plerumq in rebus deploratis velut ex machina, subito proferre quempiam singulari virtute præditum, qui res vndiq turbatas reducat in tranquillitatem. Sic Romanis eo redactis, vt auro salutem redimerent, repente exortus est Camillus. Rursus eorundem rebus ad extremam desperationem spectantibus, extitit Scipio Aphrisicanus. Sic Hebreis intolerabili diutinaq seruitute pressis apud Egiptios, productus

est Moses: Sic periclitanti Susannæ præter omnium expectationem extitit Daniel, innocentiæ vindex, ac maliciosi facinoris coargutor, Atque vtinam mea vota rata faxit Deus Opt. Max. vtinam hanc bonam spem velit non esse vanam. Titillat enim animum meum nescio quid læti ominis, deum tandem, ira versa in misericordiam, te designasse Rex sanctissime, qui tantas rerum vndas tua pietate, tua prudentia, tua authoritate componas. Hanc spem auget nobis, quod in alio nemine perspicimus tot dotes, ad tantum negocium conficiendum necessarias. Nam vt ommittam regni vires, ne commemorem tot res arduas, velut aspirante Deo, fœlicissime gestas quibus nuper accessit inclyta de Scythis victoria, tria potissimum requiri videntur: in eo qui tantos rerum humanarum motus sit compositurus, pietas, excelsus animus, et prudentia. Pietatis nomen duo complectitur, amorem patriæ et studium religionis. In vtroque genere summa tua laus eluxit. Siquidem in Regni tui commodis procurandis, seruandis, augendis, ornandis et constabiliendis, tanta vigilantia, studio curaque semper es vsus, vt præter ætatis rationem nullum vnquam laborem defugeris, qui vel iuuenem deterrere potuisset. Olim optime de Republica meritis, deferebatur hic titulus, pater patriæ, et habebat is titulus aliquid regis aut Imperatoris nomine magnificentius. Huius inscriptionis honorem tua maiestas multis nominibus promeretur ac possidet, multo gloriosius impressum mentibus hominum, quam si columnis aut statuis esset expressus. Porro non minorem tibi curam esse Christianæ religionis, declarat totius vitæ tuæ integritas, ad hæc templa diuorum ingenti munificentia structa, locupletata, ornataque, Postremo Prussia, quoniam hæresi corrumpi cæperat, in potestatem accepta. Tali animo non possunt non vehementer displicere hæc Principum tanta dissidia. Qui si tantum inter sese conflictarentur, esset tamen bellum, non dicam ciuile, sed plane parricidiale. Plato ciuile bellum esse putat, quod Græci gerunt aduersus Græcos. At Christianus Christiano propius iunctus est, quam ciuis

cini, quam frater fratri. Nunc hæc monarcharum inter ipsos confli:
ctatio Turcæ viam aperuit, vt primum Rhodum, nuper etiam
Vngariam inuaderet, fuitque nimium felix crudelitas, altius etiam ad
nos penetratura, nisi concordia iunctis vmbonibus obstiterimus.
Quem Christiani pectoris hominem non ista discrucient! Verum
his etiam atrocius est, quod dum principes inter se dissidijs tumultu:
antur, funditus perit religio Christiana, laxatis etiam rerum
compagibus, confusoque publici status ordine, vt qui parere debebant,
postulent imperare maioribus. Nec hic simplex discrimen est, vtraque
pars vt habet quædam non aspernanda, ita mixti sunt etiam illis,
qui sub ~~Ecclesiæ~~ vexillis militare videntur, quos apparet victoriam
Christo debitam ad se rapturos, nisi summorum Principum authoritas,
et illorum insanos tumultus coherceat, et horum rapinam prohibeat.
Ita fieri poterit. vt ex hoc amaro pharmaco, quo torquetur mundus,
aliquid bonæ sanitatis consequatur, ac victoria cedat non hominibus
sed Ecclesiæ Principi Christo, cui debetur omnis gloria, qui for:
tassis ideo passus est has rerum humanarum procellas incidere, vt
quosdam mundanæ prosperitatis abundantia velut ebrios, ad Chri:
stianæ mentis sobrietatem expergefaceret. Huius animi dicitur
et Cæsar Carolus, vt ex litteris eorum qui sunt illi proximi cognoui.
His de rebus plura literis committere, nec satis tutum arbitror, nec
necesse, quandoquidem singularis tua prudentia nouit quid signi:
ficem. Hactenus de pietate. Animi vero celsitudo non tam
elucet in fortiter gerendis bellis, aut proferendis regni finibus, quam
in his contemnendis, quæ nemo contemnit, nisi vere sublimi sit animo.
Quisque superior est eo quod potest negligere, quoties id suadet
vtilitas Reipub. Quem ira aut vindictæ cupiditas ad bellum
vrget, is inferior est affectu suo. Quem ambitio prolicit ad pugnam,
inferior est eo quod ambit. Cæterum qui publicam vtilitatem
anteponit his rebus omnibus, is demum vere sublimi excelsoque est
animo. In necessarijs bellis, quæ multa cum valachis, Tartaris.
Moschis, Prussijsque non minus fæliciter quam fortiter gessisti,

plane regiam animi celsitudinem declarasti, sed longe sublimioris animi sunt argumenta, quod cum Moschis toties debellatis inducias habere, quam armis regionem opulentissimam, in ditionem tuam redigere maluisti, quum id esset in procliui, quumque huc procerum cohortatio prouocaret, quodque quoniam odio Scijsmatici nominis pacem nonnulli negarent coire posse, non grauatus sis induciarum petere prorogationem. Nec tua refert, quam in partem vulgus hoc tuum factum interpretetur. Prior est apud te publica Regni tui tranquillitas, et Christiani sanguinis parsimonia, quam vel armis paranda tantæ ditionis accessio, vel vulgi de te existimatio. Nam vt eleganter dixit ille, verum regium est, hoc est, excelsissimi cuiusdam animi, male audire quum bene feceris. Nec te puduit a Turcis pacem petere, libenter etiam cum Scijthis fœdus initurus, nisi færæ potius quam homines non desinerent sceleratis incursionibus vexare ditionem tuam, quorum efferam et intractabilem immanitatem a tuorum fortunis ac ceruibus depellere pietas est verius quam bellum, et si bellum est, eius est generis, vt quoniam vitari nullo modo potest, non absque nefario scelere prætermitteretur. Ad hæc quum tibi toties aduersus Prussios bellanti fœliciter ceciderit Martis alea, tamen amore pacis, maluisti Prussiæ Duci nonnullam eius prouinciæ portionem concedere, quam totam armis, quod tibi facillimum erat, tuo subiugare Imperio. Eiusdem Celsitudinis erat et illud, quum Germaniæ principes decem millia peditum, duo equitum milia misissent Duci suppetias aduersus Polonos, non passus es tuos longe numero superiore (erant enim equitum sexaginta milia) cum paucioribus congredi, tantum octingentis tuorum hoc negocij datum, vt qua proficiscerentur Germani milites, commeatum aut præciperent, aut interciperent. Ita factum est, vt et illi famæ moniti domum se reciperent, et tu sanguinis humani iacturam vitaris. Quid ego nunc commemorem, quod post Christiernum Regem ditione pulsum, vltro delata Noruegiæ Suetiæque regna constanter recusasti, ne tuis hac occasione belli

materiam accerseres, Non sunt vetera quæ narro, sed illud recen:
tius, quod nuper extincto Bohemiæ Vngariæque rege, qui tibi fuit
ex fratre nepos, quum ad te successio propinquitatis etiam iure pertinere
videretur, adeo non ambisti, vt missis oratoribus admonueris illos,
eum sibi Regem asciscerent, quem suæ Regioni maximè profuturum
iudicarent, te tua sorte contentum esse. Nec his contentus, simul
vt intellexeras res inter Ferdinandum et Ioannem Vngariæ regem,
ad arma spectare, misso Cancellario tuo Spectabili ac Magnifico
Christophoro a Schidlowiecz Castellano et Capitaneo Cracouiensi,
quem virum habes vnum omnium et prudentissimum et integerrimum.
effecisti ne prius bellum susciperetur quam omnibus tentatis quæ bellum
possent excludere. Hæc arguunt animum vere sublimem, et omnibus
hominum rebus excelsiorem. Quanquam ex hisdem iam arbitror perspici
singularem quandam tuam prudentiam, quam in te tum ætas, tum plu:
rimarum rerum vsus absoluit. Dulce quidem bellum inexpertis, sed
ille per tenebras ac procul cernit, qui pacem iniquam anteponit æquo
bello. Quod si principes, tuum exemplum sequuti, contemptis priuatis
affectibus, velut è sublimi quadam specula deflecterent oculos ad
pietatem, hoc est ad Christi gloriam, et gregis Christiani salutem,
priusque ducerent publicam orbis tranquillitatem, quam nescioquæ pri:
uata commoda, quæ et crebro fallunt, et vt non fallant, nimio emun:
tur, primum ipsi concordia iuncti, multo fælicius ac magnificentius
regnarent, et Turcam facile depellerent a Christianorum ceruici:
bus, et hoc exitiabile dissidium Ecclesiæ, bonis rationibus componerent.
Nunc vereor ne sint, qui pietatis inopia, publicum malum, conentur
in suum priuatum bonum vertere, aut ob animum veræ celsitudinis
expertem, non possint publicæ tranquillitatis studio, quicquam de suo
iure concedere, aut ob rerum imperitiam, malint bellum quam pacem,
quum bellum nunquam sit suscipiendum nisi quum citra crimen impie:
tatis vitari non potest. Quod si Principes hæc synceris et Christianis
agerent animis, adesset ipse Christus consiliorum ac fæderum
prosperator, daretque rebus lætiorem euentum, quam ipsi queant optare.

Nunc vt pleraque bella vel ira, vel ambitio, vel alius quispiam priuatus affectus suadet potius, quam pietatis aut Reipublicæ respectus, ita fœdera videmus infirma temporariaque, quodque grauius sæpenumero seminarium prebet bellis. Illud optare magis possum quam sperare, quod tamen arbitror ad conseruandas Principum amicitias, et rerum publicarum tranquillitatem cum primis facere, si Principibus persuaderi possit, vt ditiones procul dissitas recusent. Quantum enim calamitatum inuexit Gallis, toties petitum ac repetitum Mediolanum? Quid esset eo regno florentius, si Neapolim, si Logobardiam, si Insubriam olim neglexissent? vt naues quædam maiores sunt, quam vt gubernari possint, ita difficillimum est ditionem vltra modum latam fæliciter administrare. Id vero multo difficilius est, si ditionis portiones longis interuallis distractæ sint. Iam augendæ ditionis cupiditas finem non habet, vt nonnullis tale quiddam vsu venire videatur, quale solet ijs quibus studium est sacerdotia sacerdotiis accumulare. Quicquid enim emolumenti ex mediocribus corraserunt, hoc in maius aliquod absumunt, ac multorum fructus vna Episcopi dignitas absorbet. et huius quoque prouentibus emitur Archiepiscopi titulus. Demum Cardinalitii nominis gloria, quot dignitatum, quot Abbatiarum census deuorat? Hæc nimirum sunt argumenta parum sublimis animi, nullum posse pati se maiorem. Ille demum magnus excelsusque est, qui nec inferiores fastidit, nec superioribus inuidet, hoc agens non vt quam latissimæ regnet, quod scelerats etiam aliquando dedit fortuna, sed vt quod sortitus est regni quam optime administret, verum quoniam nunc successio regnorum partim affinitate, partim cognatione transit ab aliis ad alios, optare, vt dixi, facilius est quod arbitror optimum, quam sperare. Iam nec pium est, nec animi mei, quem Christus totius Ecclesiæ suæ præsidem esse voluit, eius authoritati quicquam detrahere, tamen si verum fateri volumus, et ipse felicius ageret, et summi Principes minus frequenter huiusmodi bellis inter se conflictarentur, si bona ipsius pace persuasus cum nullo monarcha fœdus iniret, sed ex æquo se patrem præstaret omnibus. Nunc ex huiusmodi

fœderibus toties ictis, rescissis, repetitis, relictis, quantam vidimus
ac videmus exoriri materiam vel excitandi bella vel alendi.
Quid hic attinet exempla ex annalibus repetere, quum his annis vigin:
ti, tam multa conspexerimus oculis nostris. Sed ego iamdudum abu:
tens tua lenitate Rex Inuictissime. septa quod aiunt, transilio.
Itaq; desinam, hoc ardentissimis votis comprecans, vt Deus nostri
misertus, tuis sanctissimis conatibus det exitum. ista pietate, ista ani:
mi celsitudine, ista prudentia dignum, Tuamq; Reginam Bonam
Optimo Regi iunctam, diu fœlicem seruet, et Regno et Reip: Christi:
anæ. Dat Basileæ Id. Maij: Anno domini M°. D°. XXVII°

Sigismundus primus Rex Poloniæ Erasmo Roterodamo



Redditæ sunt nobis lræ tuæ Erasme doctissime. kalen Junijs scriptæ,
ex quibus facile perspeximus te vere eum esse qui diceris, hoc est
virum præter summam erudicionem ac prudentiam, tum integerrimum,
tum publicæ tranquillitatis, concordiæq; Christianæ studiosissimum.
quod et si nobis dubium nunq̄ fuit, vehementer tn̄ apud nos confir:
mauit eam de te opinionem Ep̄la hæc tua, in qua plane agnoscimus
animum istum tuum vere Christianum, nec dubitamus quin vbiq; sis
tui similis seu ludicra tractes seu seria. Imprimis vero tibi grās
agimus non vulgares, q̄ nos tali ornaueris elogio, quale veremur
vt in nos tam plene q̄ tu videri vis competat, Nam etsi nobis maxīe
cordi est, vt et Rempublicam Christianam adeo inclinatam pro virili
nostra iuuemus, et regna nostra tranquilla, atq; ab illa plusq̄
Lutherana lue, qua nunc sursum ac deorsum fertur Germania,
incontaminata seruemus, tamen quod hactenus id nobis fele

cesserit, deo potius acceptum ferimus, quam ut inde nobis laudem aliquam
aut arrogemus aut petamus, immo etiam hoc ardentioribus votis
domini misericordiam imploramus, ut quemadmodum nos Regnaque
nostra hactenus integra illesaque seruauit, ita adhuc seruet in po:
sterum, quousque illius visum fuerit voluntati, alioqui nobis frustra
facturi videmur omnia, nisi ille cœpta nostra fortunet. Non potest
autem hoc tuum erga nos officium nobis non esse gratissimum, qui cum
semper alioqui magnifice de te senserimus, tum vero hac humanitate
tua prouocati, tanto etiam libentius tibi si quomodo possimus grati:
ficabimur, quanto tu nos litteris tuis fecisti apud omnes homines com:
mendatiores, quod equidem præstare possemus multo cumulatius,
si forte adduci possis, ut te huc ad nos conferas, sed cum ex tui
studiosis intelleximus frustra idem tentasse alios principes, qui magnis
hactenus tum precibus, tum premiis te sibi adiungere cupiebant,
veremur ne, nobis frustra sumeretur hæc opera. Ut tamen interim
habeas aliquod nostre erga te beneuolentiæ gratiæque argumentum,
mittimus tibi dono centum aureos quos in presens grato animo
suscipias, deinceps uberiorem ex nobis fructum beneuolentiæ et
fauoris nostri habiturus. Vale.

Erasmus Roterodamus.
Sigismundo primo Regi Polo[niae]

SAlutem. In tot sudoribus quos præter valetudinis atque ætatis sortem
sustinemus, in tot molestiis ac tediis quibus hinc atque hinc tundimur,
non mediocre solatium nobis attulit tue Maiestatis Epistola Sigismunde
Rex cumprimis Inclite, tota spirans, et admirabilem quandam hu:
manitatem, et haud mediocrem erga nos fauorem. Etenim ut autho:

re Salomone, Indignatio Regis nunctii mortis, ita secundum eiusdem
sentenciam, In hilaritate vultus Regis, vita. tum vultum hilarem
ac beneuolum tuę michi literę exhibuerunt. Quanquam autem in me
nequaquam agnosco dotes, quę tuo erga me fauori respondeant, tamen
vt ingenue fatear, iuuat interim laudari a Rege laudatissimo, meeque
qualisqualis est industriæ stimulos addi. Et quidem michi videbar abun:
de magnum officii mei fructum recepturus, si tua Maiestas boni consu:
luisset audaciam nostram, nunc eam video felicissime cessisse, quippe
per quam factum est, vt istam vere regiam tum humanitatem, tum pieta:
tem, quas multorum predicatione cognoveram, experimento comperim,
humanitatem quidem, qui tam amanter sentias de Erasmo, tamque graui
testimonio nostram mediocritatem ornare dignatus sis, idque testimonium
non modo literis amantissime scriptis, verumetiam amplissimo munere
proditum et confirmatum esse volueris. Pietatem vero, quod omnem Regni
tui fœlicitatem, nec viribus, nec consiliis tuis arroges, sed diuinæ tri:
buas bonitati. Quis vocem tam piam, tam Christianam, non exosculetur
a tanti Regis pectore profectam? Vere scripsit Salomon, Cor Regis
in manu dei est, et quocumque voluerit inclinabit illud. Sed ea demum
vera laus bonorum Regum est, si ipsi vicissim inclinent cor suum deo
regum omnium Regi. semper ab illius voltu pendentes. sine cuius
auspiciis nichil efficit hominum conatus, et omnes actiones suas ita
componentes, vt qui sciant meminerintque sese quidquid gerunt, coram
illius oculis gerere, qui Iudex est non minus Regum quam plebeiorum.
Verum ista Christiana tua modestia Rex Inclite, non perdis laudes
tuas, sed eas pocius facis tibi proprias, perditurus nisi agnosceres cui
debeatur omnis gloria. Nichil vero prosperum, nichil fœlix dici
potest, quod non fortunarit ille totius felicitatis author. Optimis
auibus. secundissimis auspiciis geritur, quidquid ad illius geritur
præscriptum, qui dixit, Per me Reges regnant, et Legum conditores
iusta decernunt. Per me Principes imperant, et potentes decernunt
iusticiam. Dixit autem hoc æterna sapientia qui est filius dei.
Quid autem præscribit sapientia Regibus? Misericordia inquit

et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus eius. Misericordiam præstat in sublevandis oppreßis. Veritatem in integrè iudicando. Clementiam in temperanda legum severitate. Ea prima Regum est functio, quam etiam iureiurando solent profiteri quum Principatui inaugurantur, opitulari viduis. succurrere pupillis. et ab omnibus per iniuriam oppressis vim depellere. Veritas autem duas habet comites, sapientiam et constantiam. Sapientia illuminat oculos quibus perspicitur quid rectum sit, quid secus, quid utile reipublicae quid contra. Constancia præstat, ut animus omnibus superior cupiditatibus, nec ira, nec amore, nec odio, dimoveatur ab honesto. Clementia necessariam severitatem lenitate temperat. Lex enim æqua præscribit omnibus, At non omnibus omnia congruunt. Hæc publici Iuris moderatio quam æquitatem vocant, a pectore Regio, vel ut ab oraculo petitur: Siquidem recte dictum est a Sapientibus viris. Regem esse vivam legem. Lex paucilogua est, at infinite sunt rerum et personarum circumstanciæ. In hijs igitur Rex pro lege loquitur, nec aliud tamen pronunctians quam Lex ipsa diceret, si nobis ad omnia respondere possit. Clementia est, non statim bellum suscipere quum data est belli causa, sed nullam rationem intentatam relinquere, si res absque bello componi queat et interdum consultius est dissimulare iniuria quam armis persequi. Clementia est, si bellum nulla ratione vitari possit, ita gerere, ut et quam minimo sanguinis humani dispendio fiat, et quam celerrime finiatur. Hanc sapientiam que secum omnia bona defert orabat Salomon, ut suo throno semper assisteret fidissima certissimaque consiliaria. Tale quiddam, et a veteribus quasi per nebulam visu est. Legimus enim Egiptios literis Hieroglyphicis, ita solere regis imaginem exprimere, ut sceptro adderent oculum. sceptro rectum, integrum, et inflexum animum indicantes, oculo prudentiam que commonstrat; quid honestum, quid contra. Easdem virtutes alijs simbolis commendabant, summo sceptri fastigio imponentes Aquilam, imo hyppopotamum Aquila perspicientiam ac humilium rerum contemptum significante, hippopotamo, ratione compressa.

iram ac feritatem. Est enim hoc animal indomitum ac ferum.
Nec enim potest rectitudo consistere, nisi adsit animus vere sublimis
ac perspicax superior omnibus humanis affectibus qui rationi solent
obstrepere. Hae dotes cum in te reluceant Sigismunde Rex inuicte
ita demum vere tuae sunt, si eas, vt facis deo transcribas, unde fluit
quidquid in nobis est boni. In corporalibus bonis nostrum esse desinit,
quod alteri transcripsimus. In animi bonis contra fit. Vere no:
strum incipit esse, quod deo tribuimus. Sed longius feror quam Epistolae
modus patitur. Superest orare Christum Optimum maximum,
vt haec sua dona tueatur in te, semperque nouis successionibus augeat.
cunctisque Principibus eandem mentem inspiret, vt illis inter se
concordibus et caelestis sapientiae consilio, quae reip: salutifera quaeque
Christo placita sunt decernentibus, tandem haec rerum humanarum
tempestas aliquando vertatur in tranquillitatem. Fauorem quem
praeter meum meritum, tam benigniter offert tua clementia, lu:
bens amplector, habeoque gratiam quantam possum maximam.
Quid autem vicissim pollicear non inuenio, nisi animum memorem
et gratum, et si quid ab infimo mancipio Regi potentissimo praestari
potest obsequii. Do. Jesus bene fortunet omnia tua Consilia. Dat
Basileae v. Cal. Septembris. Anno domini M°. D° XXviij°

Erasmus Rotherodamus
Petro Tomicio Epo Craccouien
Regni Polo Vicecancellario

S. P. Ornatissime Presul, accipies vicissim a me, non perinde
magnis splendidisque, sed tamen grauissimis negociis obruto verius
quam occupato, Epistolam λακωνικοτερον. Audaciam qua sustinui
celsitudinem tuam meis scriptis lacessere. Antonini magis obsecundas
hortatibus quam meo ductus ingenio, feliciter cessisse maiorem in mod

gaudeo. Nam brevis licet Epistola tua, et vt tu vocas laconica, prolixam quandam in me beneuolentiam spirat, qua me cum primis felicem putarem. si quid agnoscerem in me meritorum, quod tam pii, tam eruditi, tam eximii presulis, tam propenso in me studio responderet. Certe adnitar efficere, ne penes ingratum, si minus dignu istum fauorem collocasse videaris. Sed quemadmodum Epistola tua michi deliniauit animi tui simulacrum. ita Andreas Zebredoviensis, iuuenis tali genere dignus, qui nunc Græcis Latinisq litteris strennue militans, domestica consuetudine sua michi magno solatio est, atq etiam ornamento, ita te totum michi crebris depinxit, expressitq colloquiis, vt si coram adessem non multo plus conspecturus essem opinor. Faxit Christus Opt. maximus, vt ecclesiæ dei tales multi contingant Episcopi. Sperare liceret, huic turbulentissime rerum humanarum tempestati, successuram aliquando serenitatem, essetq quod orbi Christiano gratulemur, quemadmodum nunc Poloniæ Regno gratulamur, magno quidem illi sed vni. Equidem tales heroas venerari soleo, etiam si nichil officii priuatim in me contulissent. Nunc quem affectum tibi debeam intelligo, qui istam singularem tuam in me beneuolentiam, non sat habueris Epistola testificari, sed aureo quoq pignore testatam esse volueris. Itaq sollicitus dispicio, quonam argumento possim aliquam non ingrati pectoris significationem dare, quanq scio tuam generositatem amore mutuo contentam esse. Reddidit michi cognatus tuus Andreas tue Celsitudinis nomine ducatos Hungaricos sexaginta, non aga accuratius gratias, referre malim. Dominus te sospitet ac prosperet in omnibus, suspiciende presul. Dat. Basileæ. pridie Cal. Septembris. Anno Domini M°. D°. XXVIII°.

Petrus Tomiczki Eps Cracc.
Regni Poloniæ Vicecancell.

Erasmo Roterodamo

S. P. Etsi michi iam dudum ante, cum ex tuis perdoctis lucubrationibus, tum etiam ex Antonini medici relatione et notus eras, et charissimus, nunc tamen litteris tuis vltro in amicitiam tuam pronocatus, tanto te impensius amare cepi, quo nullis meis de te meritis, sed sola humanitate tua adductus, non grauatus sis inter tot labores, et vigilias tuas incomparabiles, non minus eleganter, q humaniter ad me scribere. Vnde quantum tibi debeam, quanti hanc tuam amicitiam faciam, non non facile dixerim. Accipe igitur Erasme doctissime, hoc a me homine occupatissimo, Laconicum quidem, sed integerrimi animi erga te mei responsum. Nempe, eum esse me, et futurum semper, qui nulli in te amando, et tuam istam erudicionem suspiciendo, cedat, quiq3 fælicitatis loco habeat, si qua in re gratificari tibi possit, tu modo ea beneuolentia, qua cæpisti, me complecti non desinas, et munusculum hoc, quod tibi mittimus in pignus et testimonium amoris nostri mutui, grato accipias animo. De Antonini tui aduersa valetudine equidem molestum est scribere, id malim, vt ex aliis cognoscas. Vale optime, vir eruditissime, et sis fælix. Dat. ex Conuentu generali Piotrkouien.

Erasmus Roterodamus
Petro Tomicio Epo Crac
Regni Polonie Vicecancell

S. P. Accepi Celsitudinis tuę lras, vigesimo die Aprili scriptas, ex quibus intelligo, nec postremas lras meas, nec Senecam fuisse redditum. Nunc tamen id factum opinor. Nam duobus commisi, alteri in nundinis Francfordiensibus, alteri per Viennam isthuc profecturo. Dici vix possit, quantopere me tibi devinxeris ista singulari benignitate qua nostro Antonino in sua miserabili calamitate constanter adfuisti Reponat tibi mercedem, qui multo cum fœnore pensat omnia benefacta piorum omnium. Quo magis confido tuum istum in me favorem fore perpetuum. Ego grati hominis laudem non postulo, abunde est, si tuo iudicio videor ingratitudinis notam effugisse. Agnatus tuus sub hiemem proximam adijt Lutetiam, me nec suadente nec dissuadente. Quamq ille iam per aurigam sarcinulas emiserat, priusq me consuleret, Tametsi iamdiu divinabam illum aut hoc, aut simile quippiam moliri. Ea res ad morum civilitatem nonnichil contulerit. Nam et regem salutavit, et cum eruditis compluribus congressus est. Cum hyrundine revolavit ad nos, pristina mecum usurus consuetudine, verum quum hic magni rerum motus viderentur imminere, & forte nactus esset commodum itineris comitem, qui cum apud me mensam habuerat comunem Venetiam proficisci maluit. Nec dubito quin eo pervenerit incolumis. Opto ut quod ille maluit, sit ipsi fœlicius. Quod per me præstari potuit nunq erat ei defuturum. Nos mense Aprili toti commigravimus Friburgum Brisgoę oppidum ditionis Ferdinandicæ. Eo tum presens rerum status compulit, tum inclyti Regis Ferdinandi voluntas invitavit. Fœlicius cecidit mutasse nidum,

ꝗ expectaram, et hoc cælum experior meo corpusculo multo amicius.
Et arbitror me hic aliquanto tutius agere, nisi si qua bellorum procella
subito exorta permisceat omnia, quod ego misere metuo. Iam rumor
est Tigurinos esse in armis, et ea pars Heluetiorum quæ pristinam
religionem mutare non volt, dicitur iniisse foedus cum Rege Ferdinando.
Quid ais eximie vir? Ego ne possim meum in te mutare animum?
Tum vero sim homo feris omnibus efferatior. Mutabo, sed in melius
si queam, Opto tuam Celsitudinem ꝗ diutissime incolumem, tum isti
Regno, tum Ecclesiæ Christianæ. Dat. Friburgi Brisgoæ Sexto
Id. Jun. Anno domini M°. D° xxix°.

Georgius qui litteras vras pertulit, isthic vt audio, iactat se esse famulum Erasmi, vt extorqueat nūmos, et huc reuersus a me petit. Ita mens est, vt si forte occurrerem in via, ego vix agnoscerem. ille non dignaretur aperire caput. Nichil eo procacius. Non inuideo illi vram benignitatem: hoc tamen non passus sum vos diutius nescire.

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell
Ioanni Sichardo

S. P. Accepi lrãs tuas Sicharde char^me^, Accepi et opus labore tuo a situ eductum, et michi dicatum, pro quo adeo præstanti munere, et tua ista erga me ignotum propensione animi, quas tibi gratias vel agam, vel referam, prorsus nescio. Verum hoc tibi de me persuadeas velim. quod si qua vnꝗ occasio sese obtulerit michi gratificandi et commodandi Sichardo meo, me id facturum tam

libenter, quod maxime, per summas occupationes meas, non vacat in presens plura scribere. verum mitto tibi munusculum qualecumque in presens, grati erga te mei animi argumentum, quod vt ex humanitate accipias, quam tue lrae testantur, te etiam atque etiam rogo. Charissime frater, vale fæliciter, et me, quod facis ama. Ex Conuentu generali Piotrcouiensi ~~etc~~

P. Tomicius Eps Vicecancell
Joanni Musarello. Medico. Ar:
chidiacono Strigonien

Quám nobis iucunda fuit tua consuetudo Muzarelle eruditissime, quum ante annos multos Budę ac Posonii varie ęgrotaremus, tam nobis gratum fuit, ex tanto interuallo, eam voluptatem nobis tui honorificentissima recordatione refricari. Post plurimas enim de te dubitationes, hodie valde per tempus, declarauit nobis clariss. D. Joannes Andreas, Sacræ Reginalis Mtis medicus, superesse te sospitem ac apud Panonios sedere Strigonii. Itaque induximus huc animum, vt ad te scriberemus, significaremusque tibi, nos iam nouem menses ægrè valere, Ab xi die Septembr anni superioris, ad diem vltimum Nouembris præteriti. Languit stomachus noster mirabili ardore, noctu magis inualescente affligenteque horis quatuor et quinque, cum incremento omni tercia die, ardore inquam fixo in ventriculo, nonnunquam tamen toicante se et spiritalibus, Hinc quottidiani coiter vomitus flegmatis, et cibi, mox à prandio, multociés ter in hebdomada, sæpe periodice de quarta in quartam, de octaua in Octauam diem, vomuimus flegma grossum et subtile, sine sensata in ore, sputi vel salsedine, vel acore aut amaritudine. Erat et febris terciana ~~nota~~ notha nocturna

Nullus sudor circa finem ac declinationem exacerbationum, per totam consistentiam, sitis nulla, ardor oris nullus, et tamen rarum sputum et paca saliua ventris stipticitas, somnus breuis et inter: ceptus, rarissime quinque horarum, sæpe breuior, sæpe etiam nullus fuit. Et quod nos diligenter considerandum censuimus, sustulit semper quilibet vomitus affectum, ineffabilem mæsticiam, mortis expectationem, silentem cogitationem animi arcem occupantem, pridie, ac magis ante cibum, cum pulsus intersectione frequenti, vaporibus a naturalibus in caput raptis, inde se in musculos diffun: dentibus, sæpe grauabat corpus laßitudo, tristis sensatio, et nonnunquam cum frigore extremorum. Succedebant vrinæ copiose sediminoseque cum pinguedine natante in superficie, plurimum paucæ, tenues, et russulæ. Ad hec accessit sibilus aurium, non intermittens sed no: ctu incresçens. Lachryma oculorum, non acuta quidem aut mordens, tamen grauis et incutiens nobis sæpe timorem, quia continua est. Appetitus cibi, nullo sapore, nullo embammate instaurari potest, Ad omnes medicinas vel benedictissimas, multum conturbamur. adeo vt defatiget nos scrupulus vnus pilularum alefanginarum. sublucio ex brodio, Zucharo, sale ac oliua fit grauis intercl et alterans vt ad humorum tranquillitatem et sedationem vix peren: die redeamus. Et quod mireris, Balneum aquæ dulcis in labro, nos offendit aliquo pacto, capitis grauedinem causans, Sed hausimus aliquocies plenos cyathos purgantium medicinarum, spe mox pro: micaturæ salutis, quid aut quantum promouerimus, et ipsi nobis bene conscii sumus, et attendunt medici, nonnichil mitigatum esse, non etiam remotum morbum, adeo superat hæc morbi confusio ac subtilitas Medicorum nostrorum artes, nescias quo nostro fato, quorum de morbi genere dissidium pertinax est et irreuocabile. Veremur vt sit tam incognitum etiam, quam immedicabile, nisi aliud nos doceas tu per hunc Nuncium, primo quoque tempore, cuius virtutes, et ipsi vere admira: mur, et longa rerum experientia admittit esse omnium celeberrimas. Sunt qui dicunt, huiusmodi calamitates quibus subinde tangimur,

esse Melancholiam hypocondriacam vel myrachialem, alii chardia:cam. Stomachi malam complexionem humidam, et infusivam alii, alii corruptum sperma concurrentibus incantationibus. Ergo tuum consilium et operam in re dubia petimus, non dubitamus si certum quid habueris sis opitulaturus. Dederas nobis Posonii Collirium quoddam, quod fuit album, cum ex oculis, vt et nunc, egrotaremus, cuius operatio faeliciter successerat, nam illo, breui tempore curati eramus, omnisque humiditas ad oculos defluens, fuerat restricta, Rogamus te plurimum, mittas nobis descriptionem eiusdem Colirij, et quibus remediis vtendum sit nobis, tam in curando fluxu lachri:marum, quam in remouendis aliis prauis et variis affectionibus suprascriptis. nobis consilium tuum prebeas. Quod nos maximi mu:neris loco, accipiemus, tibique illud omni officio et gratificatione nostra referre curabimus. Optamus autem pluri^m, vt te in istis turbis Hungaricis, ad nos conferre non graueris, habiturus hic locum honestum, id quod plenius ex litteris D. Doctoris Andreae de Va:lentinis cognosces. Valeas fel^me mi dne Doctor et me diligas. Ex Cracouia, sexta Junii Anno domini M°. D°. XXX^mo.

Sigismundus primus Rex Poloniae

Erasmo Roterodamo.

Cognouimus traditum esse in contubernium et curam tuam filium Generosi Seuerini Boner: Burgrabii et praefecti Salinarum nostrarum Cracouien fidelis dilecti. quem. cum propter plurima patris de nobis merita, cuperemus in omni virtute proficere. commendamus tibi illum, et studia illius, teque hortamur et roga:mus, vt nostra causa illum ita erudiendum cures, vt et patri

familiaeq sue honori, et nobis vsui aliquando esse possit: Quo rem non minus te dignam, quam nobis gratam praestabitis Dat in Ciuitate nostra Cracouiensi Die xvij Augusti Anno domini M°. D°. XXXI° Regni nostri anno XXVto.

Commissio Sacrae Regiae Mtis propria.

Petrus Tomiczki Eps Craccouien & Regni Poloniae Vicecancell Erasmo Rotherodamo

Etsi iamdudum nullas a te acceperim lras Erasme vir etate nostra praestantissime, te tamen sanum esse et recte valere ex certis hominibus qui isthinc adueniunt, intellexi. Quod me maiorem in modum delectat. Amicum enim tam insigni laude et cumulata virtute praeter te habeo neminem, quod vero ego tibi rarius quoq scribam, non mea voluntas, sed temporum presentium misera condicio et status turbulentus in causa sunt, quibus plerumq animo ita incumbo vt me officia amicorum, vtcumq inuitum, negligere oporteat. Nunc cum nactus nunctium, committere nolui, quin ad te aliquid lrarum darem, praesertim, cum ad scribendum officio quod clarissimo et magni nominis et auctoritatis apud nos viro domino Seuerino Boner patri istius pueri Ioannis, qui in tuo contubernio est, debeo, prouocer: Is enim cum ex quibusdam cognouit, te mei studiosissimum esse, petiuit a me, vt ad te in commendationem filii, aliquid scriberem, quod cum et ego michi conscius essem, quanti te facerem et tuam erga me beneuolentiam expertus essem, liberaliter me facturum recepi. Quare commendo tibi summo studio puerum, quem, propter egregiam illius indolem et patris virtutem, et

604

amicitiam, qua michi est coniunctus, mirifice diligo, et vehementer opto, vt quam maxime pro sua dignitate, et parentum honore, doctrina, moribus, et quacunque virtute ornetur, quod etiam futurum non dubito, quando illi et auctoritate et præceptis deesse nolueris deesse autem velle non poteris, si cogitaris, ex patris eius gratissimis et placidissimis moribus, eum te fructum, quem soles a bonorum virorum officiis expectare, esse capturum, ita enim tibi de eo affirmare possum, quod tuorum officiorum et beneuolentiæ erit gratissimus, quam referre tibi non minus volet, quam poterit, quandoquidem gratia Serenissimi Regis mei opibusque in hoc Regno est longe princeps, et vir non solum honestus et grauis, sed prudens etiam et officiis plenus. Bene vale et laudibus, vt cæpisti, virtutem et doctrinam tuam nobis et posteritati commenda. Dat. Cracouiæ die XVIJa Augusti. Anno Domini M°. D°. XXXI°.

Erasmus Rotherodamus
P. Tomicio Epo Cracc. Regni
Poloniæ Vicecancellario

S. P. Ornatissime presul, Tametsi nichil erat noui quod ad te scriberem: tamen posteaquam preter spem obtigit vir egregius Erasmus abbas Sancte Claræ, qui pro sua humanitate vltro inuitauit, vt amicos per ipsum salutarem, non existimaui michi committendum, vt ad suos sine meis litteris rediret, præsertim quum hac de causa non grauaretur hic noctem vnam commorari. A proximis litteris quibus michi Seuerini Boneri filium commendaras nichil huc abs te perlatum est. Fortassis ad vos quoque demanarunt quæ Albertus pius homo male feriatus in me scripsit Lutetiæ. Quibus successerunt censure Sorbonicæ titulo facultatis, quum re vera negocium hoc geratur per Bedam hominem

simpliciter odio Lymphatum, cum tribus Theologis quos sibi habet addictos, vbiq; priuati affectus vitiant publicam vtilitatem. Scio plerosq; Theologos pudere illius edicionis. Sciebam quid merebatur Bedæ malicia, ego tamen hoc honoris habere volui titulo facultatis, vt summa cum moderatione responderem, tametsi iam ad pleraq; responsum erat. Hieronymus Alexander Eps Brundusinus nunc Legatus Apostolicus apud Cæsarem, iam olim spirat impotens in me odium, nec dicere possit, quare Nunc irritatior, quod Ciceronis Maiestatem dicar lesisse, in dialogo cui titulus Ciceronianus, Sunt presertim apud Italos, qui hoc agunt, vt non minus discordiæ sit inter studiorum cultores, q inter dogmatum professores. Mitto R. Celsitudini tuę libellum, et Sorbonicis censuris, et Alberti pii calumniis respondentem. Magis obstiti in Germania sectis, q sexcenti Theologi, at pro officio talem michi referunt gratiam Ecclię vt sibi videntur columina. Sed viuit Christus Agonotheta noster, cui certamus, ab hoc speramus brabeū, idq; breui. Nam hoc domicilium in dies collabitur. R. amplitudinem tuam dominus diu seruare dignetur incolumem. Egregiis vestræ Poloniæ victoriis toto pectore applaudimus. Dat apud Friburgum Brisgoæ quarto die Februarii, anno a christo nato. M°. D°. XXXII°

Erasmus Roterodamus
Petro Tomicio Epo Craccouien
Regni Polonię Vicecancellaº.

S. P. Habeo gratiam vt debeo plurimam, pro isto in me animo vir charissime, quem constanter obtines in Erasmum, id quod proximis etiam lris declarasti, Tametsi michi iam olim et sine lris hoc persuasissimum est, vtinam michi sit aliquid domi, quo valeam, non amore tantum mutuo, sed officio quoq; respondere.

Cæsar cum Germaniæ Principibus authore Pontifice, orditur hic telā, quomodo finiendam nescio. Expediciones ille exuciate frequenter nobis male cesserunt. Et si hoc bellum suscipitur cum tota dicione Thurcarum pro vniuerso nomine Christiano, oportebat omnium Christianorum Regum consensu suscipi. Quod factum esse negant, sin pro Helena Hungarica est digladiacio, cur admiscet sese Pontifex? Qui duos legatos habet apud Cęsarem, Hieronymum Aleandrum Archiepiscopum Brundusinum virum fortem, et Cardinalem quendam de medicis, nepotem Clementis Iuuenem formosum, robustum et animosum. Quum Alciones apparent speratur tranquillitas, cum tales aues prouolant, aliud expectandum est, apparatus militum fit lente. Collectio pecuniarū fit strenue, pauci de hoc bello bene ominantur vtinam vana sint omnia.

Sectæ hic nunc mitescunt, quid sperent metuant ve incertum. Vtinā et altera pars sic mitescat, vt omnes redeamus ad Christianam concordiam. Id facile fieret si proceres ac populus excusso mundo sinceris animis spectent Christum.

Eum affectum hactenus etiam Sacerdotibus ac Monachis optare licet magis quam cernere. Dominus inspirabit omnibus piam puramque mente cum ipsi videbitur et nos promerebimur.

Si quid agat tuus Clientulus scire cupis, adhuc edifico in propriis edibus non sine magna animi molestia, nec mediocri valetudinis dispendio, sed meditor desistere, non quidem absolutis quæ volebamus, sed lassitudine et exhaustis ad imum loculis. Si tua Celsitudo recte valet, est quod plurimum gaudeam vir ornatissime, michique multis nominibus obseruande. Dat. Friburgi postridie Kal. Septembris Anno domini M°. D°. XXXII°

Lasarus Bonamicus professor
Achademie Pataujne

Sigismundo Secundo Augusto
Regi Poloniæ . iuueni .

S. P. Vereor ne mireris Regie adolescens, cur homo, non modo tibi de facie non notus, sed ne nomine quidem fortasse vnq̄ auditus, audeā ad te scribere, cuius rei causa cognita, nichil esse iudicabis, quamobrē mireris. Peruenit aliquot iam annis in manus meas libellus, qui Ducis Mediolani eius fuisse dicebatur, qui ex virtute, virtutis (ut opinor) comes cognominabatur, magni in primis viri, Summi Imperatoris, Italiæ Principum, inter multos annos facile principis, vnde arbitror matrem tuam, et optimam et sapientissimam Reginam origen̄em ducere. hoc ipsum, libello, sic vti solitum accepimus, vt nec domi, nec foris, aut Alexander Homeri Iliadem aut Cyri disciplinam Scipio frequentius in manibus habuisse videantur. Decet enim cum alios, tum vel maximè Reges, quorum dicta simul et facta ceteris exemplo esse debent, ex optima veterum institutione, vitam primum suam, deinde reliquorum regere ac gubernare. Et enim hinc solida illa et vera gloria comparatur, qua et in cælum scandimus, et memoriam nostri in posteritatis commemorationem et celebritatem diffundimus sempiternam. Ad quam si quid est in te Regiæ stirpis, Sigismunde Auguste, quod esse certo scio, cum audiam, quanto et tuo et parentum tuorum studio tenera ista tua ætas, ad omnem Regiæ virtutis laudem informetur, te incensum esse oportet. Nam si recte cogitabimus, Regnum inueniemus quasi quendam campum esse, vbi latius virtutem exercere, ac excolere possimus, atq; inde maiores, vberiores, suauiores dulcissimorum laborum fructus percipere, quod qui ad voluptatem referunt, ij ignominiam potius et dedecus sequi voluisse, q̄ laudem et splendorem videntur, nec

homines magis appellandi quam monstra ad odium et perniciem, tum sui tum aliorum nati, quorum, nisi maior esset copia, quam boni viri ferre interdum possint, iampridem hic Comitis virtutis libellus apud me non fuisset. Nunc vero postquam et in Germania et in Gallia, et isthic apud vos, cognovi Regios reliquorumque Nobilium liberos tanta diligentia educari, et optimis disciplinis a doctissimis viris instituí. Sperare cœpi virtute vestra, nostra tempora illustritatum iri. Animo quoque quocunque me conferens deligere volui, qui dignus potissimum esset, quem hoc libello donarem, munere paruo quidem illo, sed dignitatis pleno, et cuiusdam quasi augurii, vt similis futurus esset eius, qui hunc libellum amores et delicias suas putasset. Qua in re te omnibus adolescens optimè prèponendum existimaui. Debebatur hoc et generi tuo, et parenti omnium Regum nostri temporis et Sapientissimo et optimo et propterea suis omnibusque charissimo. Debebatur matri Italicæ, et cum quauis ex veteribus Regina comparandè. Quid de te dicam cuius ea est expectatio ad omne decus, vt te nos Itali, Polonis ipsis inuidere videamur. Age adolescens, hoc munus accipe, et cum parentum imitatione tum præceptorum institutione, et huiusce libelli aliorumque tractatione, eum te præsta cuius iam fama in Italiam penetrauit, teque in ore omnium celebrem effecit, quæ si cum ætate creuerit, cerno iam animo, quam beati futuri sint, qui in Regno tuo viuent. Quantos et quam suaues fructus, ex hac tua vitæ moderatione colliges? Errant enim qui maiores voluptates putant, quam quæ ex recte cósulendo beneque agendo sentiuntur. Sed quid ago? qui eo te videor cohortari, quo te sponte ferri audio? gratulabor potius tibi, gratulabor parentibus, gratulabor Polonis ipsis, tibi, quòd ingenij adiumenta, fortunè ornamenta, gloriæ instrumenta a Deo consequutus, nec tibi ipse desis, nec parentum curam ac diligentiam desyderes: parentibus qui talem te filium susceperint, non tam Regem designatum, quam Regio nomine et Maiestate maioribusque tuis dignissimum. Polonis vero quia cum nichil bono Rege sit præstantius, fit hoc tempore, vt prope diuinum munus esse videatur. Perge

igitur Sigismunde Auguste, et tibi persuade, non minus in Italia
q isthic nomen tuum personare, quod et tueri te et augere debet.
Nam regnum sine virtute et gloria, scopulus quidam et vitae quasi
naufragium est, qua de re si plura loquutus tibi videbor, q
necesse erat, attribuito meae erga te, parentesqz tuos pietati et
illud simul cogitato, nos gloriam tuam arbitrari ad Italiae gloria
vehementer pertinere. Vale. Patavii Kal's Martij Anno domi
M°. D°. xxxiii°.

Petrus Tomicius eps Vicecancell
Hieronymo Buchie legum Doctori

Gaudemus te nomine nostro vocatum salvum, isthuc Cracoviam pervenisse.
verum econtrario dolemus et compatimur tibi ex animo, q mox ab
adventu languere nonnichil, vt nobis est nunciatum inceperis. Qua in
re cum animus bonus sit, bona pars medicine, te hortamur, ne levi
hac valetudinis mutatione, quae ex itinere accidit, plusq oporteat
deijciaris, ne ve in curanda isthic valetudine tua tibi ipse desis.
Nam quod ad nos attinet, nulla in re tibi et rebus tuis cum isthuc
deo benevolente veniemus, deesse volumus. Interim autem quod ab:
sumus providere commoditati tue cupientes, florenos duodecim in mo:
neta Regni huius tibi mittimus quos grato accipias animo, et ad ea
quae sunt necessaria, arbitratu tuo convertas, et bene vale sisqz
vt optas incolumis et felix. Dat.

Petrus Tomiczki Eps Crac
Vicecancellarius
Hieronymo Buchie Doctori

Salutem. In aduersam te iterum valetudinem incidisse magnopere dolemus, sed cum hæc sit vel a deo, vel a natura, egritudinis tue necessitas, cui resisti non potest, te hortamur vt casum hunc toleres et feras humanit, et animi afflictione vel tedium prudentia tua moderexis. Nam hæc quæ insperato accidunt, vicissitudine temporis vel ignorantibus nobis immutantur, quæ si mala sunt, hoc solent esse minus acerba minusque diuturna, si non tantum affectu quantum ratione gubernantur. Quare tu qui tibi ipsi recte constas, et industriam iudiciumque habes, vinci et debilitari te quoad eius fieri potest a morbo non patiaris, et curans valetudinem tuam nostrum isthic aduentum expecta, et de loco te nequaquam moueas. Bene vale ex Kielce die xviij^a Augusti Anno domini M°. D°. XXXV^to

Erasmus Roterodamus
Seuerino Bonero Castellano
Zarnouien Salinatori Crac

S. P. Profecto boni cuiuspiam et amici genii mei opera perfectum arbitror Seuerine Bonere præcipuum Poloniæ decus, vt Anselmus Ephorinus tuus, dum per Germaniam adornat iter in Italiam, nonnichil ab instituto itinere deflexerit, et ad hoc Friburgum Brisgo:

icum sese contulerit. Nam michi Menses fermè quinq; non modo facilem, amicum, commodum, ac iucundum comitatorem præbuit. Verū etiam curis domesticis nunc ob nouas edes emptas et ob migrandi, edificandiq; negocia, præter solitum grauatum, non minima ex parte subleuauit, vir vt in literis varie doctus et expolitus, ita in omni genere negociorum a quibus abhorrere solent, qui studiorum amore rapiuntur, cautus, solers, et perspicax. Quendam, antiquitas, ob morum commoditatem dixit omnium horarum hominem, hunc merito quis dixerit omnium actionum hominem. Proin hoc quidem nomine profiteor me illi debere plurimum. Non enim possum tali viro non habere fidem, asseueranti se non alia causa commotum, vt preter animi decretum diutius hereret in Germania, q̄ vt Erasmi consuetudine mensibus aliquot frueretur, quem hominis animum, si tu quoq; probas, sicuti probaturum confido, erit, quod tue quoq; humanitati gratias agam. Vtinam autem nostra familiaritas illi, filioq; tuo Joanni Bonero, tantundem attulerit vtilitatis, quantum michi attulit voluptatis/ nec hic locus sit veteri Græcorum prouerbio, Thesaurum querebam carbones repperi.
Si quid hic errarit, dignus est venia, Imposuit homini candido fama, quæ nonnunq̄ ex musca facit Elephantum. Te vero vir clarissime non proinde felicem existimo, quod opibus affluis, q̄ maiorum imaginibus refulges, q̄ in florentissimo Regno, dignitate, gratia et authoritate cum primis polles, atq; q̄ talem sortitus es filium, Inter omnes enim possessiones, nihil præciosius, inter omnia decora nihil pulcrius. inter omnia oblectamenta. nihil iucundius liberis pijs, ac fortuitarum rerum successione dignis. per hos enim parentes quum ad senectam venerint, reiuuenescunt, quum instat dies ille fatalis, æquo animo decedūt, atq; in his, mortui quoq; viuunt. Queso te ne suspiceris me quicq̄ dare tuis auribus. Teste Christo, loquor ex animo, Sunt et ista dona benigni numinis, quæ non alia tuciore custodia seruari possunt, q̄ si reputantes hæc a gratuita Dei munificentia proficisci, quo maior est illius in nos liberalitas, hoc longius nos met ab insolentia semoueamus, et arctius intra modestiæ cancellos contineamus, ne diuina Nemesis,



quod dedit immerentibus, auferat ab insolentibus. Sæpenumero sum
admiratus filium tuum hac ętatula, qua pleriqꝫ vix expedite legunt,
tantum in l͞ris operepretium fecisse, crede michi, talis indoles, nichil
vulgare neqꝫ mediocre de se pollicetur, Ingenium presens, velox, tracta:
bile, docile, et ad quiduis habile. Sunt enim quos l͞ris natos dicas, sed
in vulgaribus hisce negotiis nihil ineptius. Ne in moribus quidem
pueri quicq̄ deprehendi puerile aut ineptum. Quibusdam immodicus
pudor stuporem conciliat, alios audacia facit indecenter effrontes,
Tuus alacritatem habet ciuili quadam reuerentia temperatam.
Verum quemadmodum vt talis tibi nasceretur, totum est fœlicitatis
ac diuini muneris, ita non minima laus debetur singulari prudentiæ
tuę, ꝙ puerulum tuum a teneris statim vnguiculis, quum honestissi:
F aduersus omnes fortune casus armandum, mis disciplinis, tum sanctissimis moribus, ad hæc etiam Vlyssea quadā
viuidaqꝫ prudentia formandum, F curaris. Frustra Thetis Achillem
infantem suum tinxit in Stygiam paludem. Nulla res aduersus omnia
fortunæ tela melius armat hominem, q̄ philosophia, presertim ea
quæ rebus explorandis, cominusqꝫ noscitandis colligitur, quotusquisqꝫ
parentum est, qui hoc ętatis filios sustineat in longinquas regiones
a se distrahi, ac non potius intra complexus inqꝫ sinu foueat ac
detineat, propemodum vsqꝫ ad pubertatem? Tu vero perinde
quasi illum non tibi, sed Reipublicæ sustuleris, statim his artibus
imbuendum curas, quibus, et amicis, et regno, tum ornamento, tum
vsui esse possit, nec optimam ętatis partem passus es inter matrum
oscula et nutricum blandicias elabi, nequaq̄ ignarus, nos nichil
neqꝫ rectius intelligere, neqꝫ tenacius meminisse, q̄ quæ primis illis
annis mollibus etiamnum, et vt Fabius ait, in omnem habitum sequa:
cibus imbibimus. Nam quæ grandes discimus, fere quasi per nebulā,
vt ita loquar, animo cernimus, nec aliter q̄ in somnis visa recordamur.
Jam et illud singularis est prudentiæ, ꝙ vdam ac felicem argillam
egregio plaste, quod fundum optimi soli peritissimo colono commiseris.
Quid enim refert bene nasci, si desit recta institutio? Tue laudis est
ꝙ talem quęsieris; felicitatis, quod inueneris. Hoc tantum bonū

videmus interdum summis Monarchis non obtingere. Iterum michi rogan:
dus es, vir præclare, ne quid me loqui credas ad gratiam, aut huiusmodi
dictis, paternas aures scabere. Non inficior isthuc esse volgare, sed
idem vt est alienissimum a moribus ingenioqꝫ meo, ita in hoc argumento
nichil opus est vlla fictione, atqꝫ adeo ne fingendi quidem vlla causa.
Plurimos noui pueritiæ formatores, sed hactenus inter probatos
neminem vidi Anselmo vigilantiorem, integriorem, atqꝫ etiam dexte:
riorem. plus ille a pueris impetrat solo nutu, q̃ pleriqꝫ, iurgiis, rixis,
minis, clamoribus, ac verberibus. Quintilianus nichil prius existimauit
præcipiendum doctoribus, q̃ vt in discipulos accipiant affectum paren:
tis. Parentum est, pudore ac liberalitate retinere liberos, potius q̃
metu. Prisci non sine causa plurimum tribuerunt fronti, quam di:
xerunt occipitio priorem, et oculis domini, quibus dicebant potissimū
equum pinguescere, fundum enitescere. Arbitror autem non paulo
efficaciorem esse parentis oculum in filio, q̃ domini in Stabulo aut
in fundo. Anselmus autem et parentis et præceptoris munere
mirifice fungens, pedem aut digitum latum nunq̃ digreditur, nec
puer cuiq̃ adheret lubentius. Id nec Anselmus perpetuo faceret,
nisi tuum erga filium affectum in se transtulisset, nec puer gauderet
perpetua hominis presentia, nisi illum loco parentis et amaret et
veneraretur. Stanislaus puer filii tui fidelissimus minister, ac
studiorum sodalis, qua familia sit natus nescio, Sed indole est tam
liberali, vt vehementer optarim nullis monarchis deteriores nasci
liberos. Spem autem erudicionis eximiam de se prebet. Itaqꝫ gratu:
landum arbitror vtriqꝫ de altero, Joanni tuo, cui contigerit tam
accommodus puerilium studiorum socius, Stanislao cui obtigerit, tam
benignus patronus, cuius liberalitate poterit, feliciter institutum.
in optimis lris cursum perficere.

Video et gaudeo eam felicitatem quam Plato optat Ciuitatibus, vestræ
Poloniæ contigisse, in qua viri principes philosophiam amplectuntur,
philosophiam autem appello, non rationem disserendi de principiis re:
rum, de hyle, de tempore, de motu et infinito, sed illam sapientiam

quam Solomon iudicauit preciosiorem cunctis opibus, eaqz propter
hanc vnam præ cæteris omnibus a deo optauit. Cuius hec vis est.
vt homo et suam ipsius vitam rectius instituat, et patriæ commodis
belli simul ac pacis temporibus probe consulat. Huius philosophiæ,
quum inclijtum Poloniæ regnum, egregium et exemplum habeat et
Magistrum Regem Sigismundum, non mirum est, si solem suum sequun:
tur sijdera: His lr̄is vir clari^me visum est tibi, tueqz nobilissimæ
coniugi, felicitatem istam haud quaq̄ vulgarem gratulari, et meo
nomine gratias agere, ꝙ hactenus è tuorum conuictu tantum
ceperim solatii. Vtinam licuisset diutius, sed nichil est in rebus hu:
manis perpetuu, nec est humanitatis, si quidem Homero credimus,
remorari hospitem, discedere cupientem, presertim si idem vel suadeat
vtilitas, vel cogat necessitas. Cæperat hic scintillare pestis
sed leuiter, et Medicorum oraculum est, fugam pro efficacissimo
remedio suadentium, cito, procul, tarde. Dominum precor, vt
istam fælicitatem tibi tuisqz velit esse perpetuam. De me sic
statuas velim, nullum esse genus obsequii, ꝙ optime meritus patro:
nus ab obligatissimo cliente postulare valeat, quod ego ad nutum
tuum non sim cupidissime præstaturus, modo id meæ sit facultatis
Vale. Dat. apud Friburgu Brisgoæ Cal. Septemb. Anno.
domini M°. D°. XXXI°

Petrus Tomicius Eps Crac
Regni Polonie viceancell.

Ioanni Cochleo Sacrarum
Literarum Professori.

Salutem plurimam. Valde nobis vir doctissime gratum accidit munus tuum, vna cum lris ad nos missis, Institutum istud tuum contra Hereticos gladio verbi dei pugnandi vehementer probamus, atqz vt ceptum cursum teneas, neqz in pulcherimo hoc certaminis genere defatigeris. sed strenuum te semper Christi Athletam, atqz Eccliæ eius præstes propugnatorem, quanq currentem non possumus tamen te summo studio non hortati, vel quia priuatæ tuę laudi faueműb et gloriæ, vel quia ad publicam id vtilitatem vram pertinere intelligimus, vt quo magis est vobis hæc vicina contagio, hoc maioribus eam viribus a vobis repellatis: ne, quod est in prouerbio, aliquid vobis mali propter vicinum malum eueniat, nos certe pro eo atqz officium nostrum, et cura hæc pastoralis exposcit, Dabimus operam pro virili nostra, ne que late per Germaniam pestis vagatur, ea paulatim ad nos serpere et manare incipiat, et nræ fidei commissas oues vicini peccoris contagio lędat. Quo vero facilius possis Calcographis sumptum suppeditare, mittimus tibi in presentia XX aureos Vngaricos plura missuri, nisi plures essent, non in patria solum nra, verum etiam in Italia et Germania, quibus, modo sint doctrinæ nomine celebres, benigne facere, et eorű necessitates, quoad eius a nobis fieri potest, subleuare consueuimub. Quare vt munus hoc exiguum grato accipias animo, te magnopere hortamur et rogamus optamusqz te bene ac feli valere. Dat in Oppido Kielce die XXI Decembris Anno domini M°. D°. XXXiiij

Erasmus Rotherodamus
Petro Tomiczki Epo Craccovien
Regni Polonie vicecancell.

S. P. obiurgat me Iustus Decius, quod nuper cum ad multos scripsissem, quos in Polonia habeo patronos et amicos merito colendos, ad te nichil dederim lrarum, quo non est alius candidior amicior ve Erasmo. Id ait sciebam esse verissimum, atque hoc ipsum in causa fuit, vt cum omnibus scribere non vacaret te vnum præterierim, vulgares enim amicitiæ talibus officiis subinde fouende sunt, ne refrigescant. Ceterum quemadmodum tua in me pietas testatior est, atque etiam confirmatior, quam vt egeat vulgaribus officiis, ita puto meum in te animum tibi sic esse perspectum, vt nichil moreris lrarum incitamenta. presertim cum nullum offertur argumentum, et compellatur maximis plurimisque negociis occupatissimus.

Quemadmodum enim molesti verius quam officiosi, qui negociis distentos interpellant: ita sæpenumero officium est ad quosdam non scribere, nisi quid serio postulet lrarum officium. Quod autem argumentum scribendi sumpsissem? rogassem vt erga Erasmum pergeres tui similis esse: id de eo nichil dubitabam. obtulissem obsequium meum? sciebas hoc esse paratum, si quid vel nutu significares. Quid quod ne possim quidem omnibus scribere, quos habeo amicos, in diuersis regionibus. Redamare possum omnes, scribere omnibus non possum. Michi tamen non ingrata fuit Iusti licet parum iusta expostulatio: quippe ex qua cognoui illi res meas esse curæ, nam quod scribit tuam R. amplitudinem singulari quodam erga me fauore esse: rem ille quidem michi magnopere gratam nunctiauit, sed minime

novam.

Hic annus michi propemodum ater fuit, tum ob priuatas quasdam mole:
stias, tum ob decessum aliquot amicorum, quales haud scio, an vnq̄
in vita sim inuenturus. Mense Augusto summus ille studiorum meorū
Mecenas Gwilhelmus Archiepus Cantuarien, nos reliquit et in meliore
sortem demigrauit, simulq; cum illo michi periit, quicquid fortunarum
habebam in Anglia, habebam autem florenos ferme ducentos.
Saepe michi per lras significauit se seorsum aliquid in me collocare
velle benignitatis, propter vultures, quos pro dignitatis magnitudine
permultos domi cogebatur alere. sed per quosdam artifices, id curatum
est, vt non solum nichil legarit moriens, verum ne pensio quidem iam
ad sesquiannum debita persolueretur. Quin et postremae meę ad
illum literae, in quibus illum veteris promissi submonueram, per eosd
artifices supresse sunt. Scribunt vultures triduo praesagire vbi sint
futura cadauera, at nostri vultures multis annis inhiant morituro.

Iam excesserat octogesimum annum et ferebatur adhibuisse tercium
pedem, sed ob perpetuam vitae sobrietatem, prospera vsus valetudine
Nec enim senectus illum eripuit, sed infelix quidam casus, surrexe:
rat noctu excitatis, qui illi erant a cubiculo, cum rursus vrgeret
corpusculi necessitas, non excitatis suis ne cui molestus esset. tanta
erat optimi Presulis humanitas, surrexit et lectum repetens lapsu
pedis, latere impegit in lignum aliquod, hinc rupto vt apparet intestino
quopiam, cepit expuere sanguinem, cruciatus intra quadriduum mor:
tem attulit, decessit autem non tam priuato plurimorum dispendio, q̄
publico tum Regni, tum Ecclesiae malo. Nichil illius vita sanctius
aut religiosius. In consulendo Regni commodis, liber iuxta ac prudens.
Qui sit illi successurus nondum audio. Perierut alij tres, quos arbi:
tror tibi ignotos esse michi candidissimi ac maiorem inmodum necessa:
rii amici, at tamen in hoc luctu tam acerbo, vt verear ne me illis
addat comitem, non tamen omnino cessauimus in studiis. Epistolae
diui Hieronimi cum scholiis rursus a me ~~rogantis~~ recognitis excussae sunt
Lutetiae, quid ibi laboris sit exhaustum, nemo facile estimarit. Adagiis

recognitus, et auctis in medio, adieci centurias ferme quinque. Vertimus Homilias Chrisostomi octo, antehac a nemine versas. Et ad preces cuiusdam Magnatis dialogo exposuimus symbolum Apostolorum.
Reliqua sunt minuta. Per hiemem sat commode valuimus: Sub inicium Marcij frigus inexpectatum, corripuit pedem leuum, triduo dolor et cibum et somnum ademit, nunc est tollerabilis, tametsi subclaudico etiamnum: Hoc malum iam tercio repetiit intra biennium, causa esse suspicor, quod ex more scribo stans iam annis XXiiij, et plerumque leuo innitor pedi. Domicilium hoc minatur ruinam, amicis destituor, ita totus in hoc sum, vt michi conciliem amicum immortalem, qui neminem destituit, nec in vita.
De nouis rebus nichil scribo quarum si quid est alicuius momenti meliore fide ad vos, quam ad nos perfertur.
Germania sat tranquilla est, faeliciter abactis Thurcis, vtinam simili faelicitate Caesaris cum Pontifice colloquium Ecclesiam tranquillitati restituat, que si quid ego video, maiore in periculo versatur, quam plerique credunt.
Monachi tumultuantur, Theologi scribunt articulos, sed interim genus hominum, non ausim addere, quale, cuniculos et radices agit.
Vtinam dominus misereatur nostri, michi summopere gratum fuerit, si cognouero Reuerendissimae A. tuae res esse ex sententia. Bene vale.
Dat apud Friburgum X. die Marcij Anno a christo nato
M°. D°. XXXiii°.

Petrus Tomiczki Episcopus Crac. Vicecancell
Erasmo Roterodamo

S. P. Obiurgatum esse te ab Josto nostro Decio, vir doctissime quod aliis amicis tuis, quos habes hic in Polonia scribens, nos preter:

miseris, factum est quidem ab illo singulari erga nos studio, vt qui
non ignoret q̃tum te amemus, quantumq̃ tuis l̃ris semper delectemur,
Verum cum nos quoq̃ eidem culpæ simus obnoxii, pari tecum causa,
nempe occupationibus, quibus destinemur grauissimis, in bonam partem
silentium tuum accipimus, postulamusq̃ a te, vt vicissim nobis taciturnita:
tis nostræ veniam dones, neq̃ enim vulgaribus istis vt tu vocas, officiis
vel præstandis vel exigendis, molesti tibi esse, studiaq̃ tua toti orbi
proficua interpellare vellemus, præsertim cum nullum aliud offerat se
argumentum, præter refricationes amicitiæ, quam ego nullam satis firmam
solidamq̃ arbitror, si eiusmodi fomentis indigeat. Dolemus vero vehemen:
ter sublatos tibi fato amicos tuos, illos presertim, quorum patrocinio, et
non volgaribus vsus es officiis. Habes tamen me, et quo vtaris vt velis,
et cui vicissim hac ratione condoleas, quem etiam annus iste non paucis
amicis despoliauit, Inter quos vnus est D. Christofferus de Schidlowiec.
Castellanus Crac, cuius nobis obitus magno dolori est, quem tibi nobiscu
communem esse arbitramur, Verum cum subit in mentem humanæ con:
dicionis necessitas, qua omnes nascimur, cumq̃ nullus sit contra eam
querendi locus, imo cum non desint, qui in bonis esse censeant, mori,
reuocamus nos a dolore, comuniq̃ legi et necessitati non iniquo animo
paremus. Illud vero nos magis conterruit, q̃ scribis domicilium corporis
tui ruinam minari, quod nos vt dudum stet incolume permagni referre
putamus ac cupimus, idq̃ non solum priuatæ amicitiæ causa, sed q̃ talem
spiritum contineat, qui et ornandis l̃ris, et iuuande paccandeq̃ rei Ecclię
sit natus. Germaniam tranquillam esse gaudemus, Thurcis vt scri:
bis, fæliciter abactis, qui vtinam quemadmodum vobis videntur, ita se
quoq̃ abactos sentiant, Apud nos etiam Dei benignitate pacata sunt
omnia, et Thartarorum, et Valachorum arma incursionesq̃ quieuerunt,
fœdere cum Thurcis suscepto.
De re Ecclica tot peruersissimis opinionibus turbata, nescimus quid
sperare debeamus. Sed qui illi se vsq̃ ad consumationem seculi non
defuturum promissit, eius præsidio paccatam iri confidimus. Optamus
demum ex animo, vir optime, vt et recte valeas et diutissime

vinas. Nos quod scire cupimus gratia Dei valemus. Dat. Crac.
XXV Augusti. Anno domini M°. D°. XXXiij°

Erasmus Roterodamus
Iosto Jodoco Ludouico Decio
Consuli Cracouiensi.

S. P. Respondeo nunc ad Epistolam tuam, vj^a Martij scriptam, Joste amicorum candidissime.
Per Vaijdolen virum humanissimum accepi viginti florenos ex tua munificentia, et triginta ducatos ex liberalitate Episcopi Culmensis. Summa estimata est sexaginta quinque florenis in moneta argentea. Pro his arbitror me iam egisse gratias, si literae ad te peruenerut, et nunc rursus ago maximas.
Non tam etas me grauat (quamquam arbitror me iam excessisse annum Septuagesimum) quam hi podagrici vel holagrici potius cruciatus. qui vix vllum tempus concedunt studiis, et indies ingrauescunt.

Superiore mercatu dedimus preparationem ad mortem, cum aliquot Epistolis. In quarum vna celebro Antonium Fuggerum, et Ioannem Paungartnerum, quem multis argumentis experior amicissimum. Libellus de preparatione quum aliis aliquot locis excussus est, tum quod miremris, Lutecie. vtor Theologis multo mitioribus.
Non dubito quin videris furiosam in me Luteri Epistolam, quam nemo non improbat, quamuis Lutheranissimus. Homo dicitur toto anno laborasse morbo capitis. Respondi leui brachio. Quid enim agas cum furioso? Non dubito quin his nundinis autumnalibus. simus habituri libellum furiosiorem.
Nunc nichil dabimus, nisi copiam multa accessione auctam. Nouum

testamentum cum annotationibus ingenti incremento locupletatis, magna ex parte absoluerunt typographi, sed defectu chartarum non potuerunt absoluere totum opus. exiturum ad vernas nundinas. si dn̄s voluerit.

Est iam pridem in manibus Ecclesiastes, sed nescio quo pacto non fauet genius. Tocies in manus recepi, toties deposui. Inuita propemodum Minerva. Primum librum absolui: Secundum ac tercium orsus sum. Nam tribus absoluere statui. Primus liber est plusq̄ iustę magnitudinis, metuo ne posteriores sint longiores. Si dominus dederit vitam et valetudinem mediocrem, hoc exibit autumno proximo ad summum.

Episcopus Lincolniensis in Anglia multis iam annis vrget me, vt edam Scholia in Ciuitatem Augustini. Hanc prouinciam occupauit Viues hispanus. et opus immensum est: et nemo lectu molestior q̄ Augustinus. præsertim in his quæ scripsit per ocium accuratius. Tentaui quo gratificarer amico, sed animus abhorruit, Ille nullam recipit excusationem. aliquot annis sponte misit quindecim Angelatos, post misit viginti. Scripsi illi ne quid mittat, me non posse præstare quod cupit. Tantum de studiis. Ne tu parum magnifice sentis de Brabantia. Nusq̄ viuitur laucius. Si de studiis loqueris: nusq̄ magis distrahuntur libri mei. Hic habeo domum et meam et commodam, et capacem plurium. Sed multa sunt, que me hortantur hinc migrare, si liceat. Qui liceat autem. quum sex mensibus vix ausim pedem efferre domo. Quidam dehortantur a repetenda Brabantia, q̄d Franciscani in Aula nichil non possent, genus hominum michi capitaliter infensum, et Cęsari gratissimum. Maria Regina, alumna patriæ nostræ, verius est q̄ domina. Comes Hoechstrati, cognomento notiore Montem, aut fauet, aut fingit se fauere Franciscanis ob Cæsarem. Cardinalis Leodicensis, amicus est, sed anceps, Archiepiscopus Panormitanus Summus Cancellarius. Χρηστολόγος est, sed in negociis is multum habet energię. Attamen q̄ diu absum perdo quotannis centum et quinquaginta ducatos. Nichil enim constituerunt dare, nisi reuerso.

Tornaci est Petrus Barbirius Decanus Ecclesiæ Cathedralis. qui se talem præstabat aut simulabat amicum: vt ausurus fuerim illi decem vitas committere, et adhuc verbis amicus est, sed in pecuniaria re perfidissimus. Olim ex pensione Cæsaris intercepit centum florenos Caroleos. hoc est tertiam. Nichil dubitabam de fide illius. vbi rediit, miris fucis tergiuersabatur. tandem negauit se accepisse.
Romæ quum ab Adriano impetrasset Decanatum: scripsit cuidam Canonico Tornacensi similiter Gallo et Theologo, et verbis michi amicissimo, vt sumeret de pensione mea reditum sex mensium. Scri: psitque pensionario meo qui soluebat, me hoc ipsi concessisse. Hac pecunia erat Decanatus euincendus nonnichil vt solet: litigiosus. Pensionarius vir probus quo se liberaret: misit ad me Epistolam Barbirij ipsius manu scriptam. Ego re cognita. expostulo cum Barbirio Romæ tum agente (nam erat Adriano ab Epistolis.) is respondit hoc ipso inscio factum. et hanc Epistolam misi pensionario: vt perspiceret fidem Theologicam. Nec tamen erubescit.

Vbi redijt in patriam, semel atque iterum soluit. mox cœpit tergiuersari miris technis sed blandis. Dixissem esse pragmaticum non theolo: gum. Pensionarius meus qui prebendam possidet, excusauit se michi litteris, significans Barbirium sibi debere ex mutuo quadringen: tos florenos, et cum eo pactum, vt tantisper pensio michi negaretur. donec esset ipsi solutum. Nichil inquit sperabam ab eo, nam debet et aliis multis. Quod si vis agere iure, mecum non potes. cum illo agendum est. Tandem quum proteus ille se vertisset in omnes formas: postremis litteris respondit se donasse quamdiu potuit, nunc non posse amplius. Et interim accipit de mea pecunia quotannis centum triginta florenos me suauiter deridens. Nam instrumentum pensionis nunquam vidi, toto pe: ctore fidens tali amico. et visus est ex animo amare. Nunc vt opinor, mutauit instrumentum, et se totum Mammonæ consecrauit.

Ex Anglia quid michi sperandum sit nescio. Nouus Archiepiscopus bene promisit, ac misit pensionis partem sua sponte. Sed audio illic

nouari religionem. et per Germaniam totam circumfertur rumor Re:
gem Angliæ confossum a filio Ducis Borghangamiæ, cui Rex amputarat
caput. Sed eum rumorem suspicor esse confictum, quemadmod et de
morte Pontificis. Illud nimis verum est, tres totius Angliæ doctissimos
et optimos viros iampridem esse in Carcere. Joannem Stochleum Episco:
pum Londoniensem. Joannem Phischerum Episcopum Roffensem, et
Thomam Morum, prius Regni Cancellarium. Misi vnum è famulis
ante paucos dies, qui ex Anglia certa referat, quem tamen arbitror non
aditurum Angliam, si verus est rumor de Rege confosso.

Vdalrichus Dux Wirterbergensis magnum terrorem incussit Germa:
niæ. verum ea tempestas opinione celerius conquieuit. Habet quod
voluit permissu Cęsaris et Ferdinandi.

Sectarum negocium indies serpit latius. Auguste Vindelicorū
vtriusqꝫ Senatus authoritate, indictum silentium est, omnibus concio:
natoribus catholicis, constituti Zvingliani. In Ecclesiis Senatui
subditis, sublata est missa, et omnes Ceremoniæ. In Ecclesiis tribus
Collegiatis, et monasteriis permittuntur adhuc. excepta concione, et
sonitu campanarum. Ita Clerus migrat, cum multis opulentissimis
ciuibus. Episcopus vir michi amicissimus subduxit sese, nunq̄ vt
putant, rediturus.

Zvingliani et Luterani nunc fingunt concordiam de Sacramento Eucha:
ristiæ. quo sint tutiores.

In Germania inferiore non aliter inundauerunt Anabaptistę, q̄ olim
in Ægyptum ranę et locustę. Obruissent totam regionem, nī vigilant
fuisset occursum. Quadraginta naues interceptę, multi decollati, quidā
exusti, aliquot in Mare demersi. genus hominum morti deuotum.

Monasterium Westphalię metropolis, adhuc obsidione cingitur. Intus
Anabaptistæ regnant. Quorum politiam intelliges è Scheda quam ad
te mitto.

Exigit caput et aliud genus Hereticorum, qui Christum asseuerant

nichil aliud esse q̄ hominem. Spiritum sanctum nullā esse substanciam, sed tantum piæ mentis impetum. Hoc genus videtur e Sorbonica Theologia natum. Prodigiosa exordia, qualis futurus sit exitus nescio. Dominus cum volet omnia vertet in bonum finem.

Scis opinor Bedam, qui in me scripsit, iam diu esse in teterrimo carcere, eoqȝ vt putant perpetuo. ob nescio quæ dicta scriptaqȝ. Regem et huius sororem ledentia Post hunc et alter ductus est in Carcerem, sed honestiorem. Nomen est Nicolaus Clerici, an sit liberatus nescio. Gerardus Ruffus quem Sorbonici iactarant Hereticum et Luteranum. Judicum sentenciis liberatus est, et insuper Epatu donatus. Si nichil tribuis erronibus, laudo prudentiam. Nam quotidie audio et disco ex literis, quibus artibus imponant amicis.

Hermanus Buschius, ne nutu quidem aut fronte a me lesus, sed multis officiis adiutus, simul vt reliquit Basileam. Heydelbergæ tanta virulentia debachatus est in me, quasi matrem ipsius et auiam ferro necassem. Scripsit librum furiosum quem recitat Symnistis. Idem facit in Hessia, quum Heideberga cogeretur cedere, ob linguam sediciosam. Quum Hessis quoqȝ esset intollerabilis, comigrauit Monasterium, vbi nunc agat nescio. Augustinus Ceigobinus, pro amica admonitione emisit virulentam Epistolam, ac plane monachalem, manifestis mendaciis vbiqȝ refertam. Nicolaus Herborn Franciscanus, Commissarius Cismontanus (audis magnam dignitatem) emisit sermones Quadragesimales, insulsissimum opus, non ob aliud, nisi vt stolida quædam conuicia in me aspergeret. Cui fortasse sum Epistola responsurus, si totum opus nanciscí potero. prętereo multa minuta.

Ad hæc tam multa perferenda, non mediocri philosophia est opus, presertim cum scribenti libros opus sit, non tantum animo vacuo, verū etiam alacritate mentis. Sed ego ineptus, qui te his obtundo querimoniis

Epistola R. D. Cracouiensis, elegans, sana, diserta, et amica,

fuit michi magno solatio. Respondere omnibus non vacat. animum certe gratum gero, et adest voluntas ad omne parata obsequium, si quid imperet. Antonino Scribam J. R. D. Cricium meo nomine salutabis reverenter. D. Joannem Lascanum unice diligo, idque ipsius merito, cui nichil est quod scribam noui, nam postremis illius lris respondi.

Saluta clariss: virum Seuerinum Bonerum, cuius filius iam agit Bononiae cum Anselmo, qui minitatur se huc rediturum lustrata Brabantia. De munere silentium. Nec ego sum solicitus. Ego ista externa iamdudum vt aliena intueor, quippe mox relicturus.

Joannes Campensis agit apud Aleandrum Veneciæ, multi libelli prouolant a diuersis conscripti, non omnino contemnendi, ne typographi fame pereant.

Est quidam Georgius logus Silesius, qui sibi videtur poeta et Ciceronianus, is scripsit in Ciceronianum meum, sed insulsissime. Libellus nondum excussus est, sed diu Romæ volitauit per manus hominum. Nunc etiam papiæ vellem excussum esse. cui tamen non sum responsurus.

Habes Epistolam verbosam, sed cum amico candidissimo libenter fabulor. vale. Dat Friburgi Brisgoæ XI Cals septembris Anno domini. M°. D°. XXXiiij^to

Erasmus Roterodamus
Petro Tomicio Epo Cracc.
R. Polonie Vicecancell°

S. P. Nullum erat argumentum R. presul, dignum auribus tuis, volui tamen ante supremum vitæ diem testificari me memorem esse eximiæ tuæ in me pietatis, quam hactenus plurimis officiis declarasti, presertim quum hominem essem nactus amicum exploratæque

fidei, qui non solum literas commissas fideliter redderet, verum etiam suo sermone multa commemorare posset. Is est Sigismundus Gelenius vir in utraque literatura preclare doctus, qui compluribus annis Frobenianae officinae in castigandis bonis operibus, plurimum laboris insumpsit: qui ad nos volente deo, mox rediturus est.

Ex amicorum literis accepi T. A. periculose egrotasse, sed gratia Christo convaluisse. Mihi accidit quod solet ei etati de qua scribit David: Quod amplius iis, labor et dolor est. Iam enim ni fallor, annum septuagesimum praetergressus sum. In potentatibus enim nunquam adeo fui, ut etiam iuvenis corpusculo vitreo, fragilique semper fuerim. Nunc autem duplici premor morbo utroque insanabili. Nam ut aiunt Philosophi, senectus morbus est naturalis, cui nulla medicorum ars potest succurrere. Et Lucianus scribit, podagram medicis omnibus mandare laqueum. Cum hac autem michi iam biennium, aut eo amplius gravis est colluctatio, atque indies gravior, nec tam podagra est, quam holagra, que non pedes tantum tentat, sed per omnes corporis artus oberrat. Caeterum hoc anno sub Natalem Dominicum solito inclementius me invasit, perque totum Ianuarium lecto affixum tenuit, ne adhuc quidem potest me relinquere. Ita subinde ad omnem coeli mutationem incrudescit, et maxime spirante Borea, praesertim si turbo ventorum inciderit. Habuimus autem hiemem vehementer incommodam, ut hic complures simili malo laborarit, nonnulli etiam perierint, nec spes est hoc corpusculum et senio et laboribus fractum in tantis cruciatibus diu superfuturum. Sic visum est domino purgare famulum suum inutilem, qui utinam vel sic flagellatum dignaretur me in gratiam recipere. Videmus fatalem quandam rerum humanarum mutationem. Dux Wirterbergen. ex omni ditione, quam nuper sibi vindicavit missam eiecit: quum Luterus libello edito, insigniter maledico privatam tantum damnarit. In Anglia Capitale est pontificem pro Ecclesiae principe agnoscere, quum nihil aliud sit, quam Romanus Episcopus, nec plus habeat authoritatis Romae, quam quivis alius Episcopus in sua dicione. Capitale item est probare

matrimonium cum priore regina contractum, quod Clemens septimus suo iudicio comprobauit. Ob has causas de capite periclitantur, qui a Rege dissentiunt. Adhuc in Carcere sunt vir pius iuxta ac doctus Joannes Episcopus Roffen. & vnicum illud Angliae sydus Thomas Morus, paulo ante eius Regni cancellarius / Contra rex Gallorum subito mutatus mirè saeuit in Sacramentarios, alios exurens, alios ad triremes relegans. At illi vicissim sparsis libellis famosis ferocissimè minantur. Iam secta Anabaptistarum dictu mirum quam se latè sparserit: magnam inferioris Germaniae partem occupauit, praecipuè meam Holandiam. Monasterien. obsidio nondum obsidione soluta est, sed relictis praesidiis curatur interim ne melusis pateat exitus. Interim inter aliquot principes Electores, initum est concilium de opprimenda illorum audacia, quae si impune cesserit, haud dubie actum fuerit de autoritate principum. Nam ipsi sibi è calceario regem crearunt, quem vocant regem Syon. Quid Caesar reliquique Monarchae facturi sint incertum est. Hic fit magnus militum delectus, partim qui adsint Ferdinando ad occupandam Vngariam, partim qui Caesari ad opprimendam audaciam Pirate Barbarosse. Non desunt tamen qui diuersa suspicentur. Habemus nouum Pontificem ex Alexandro Phernesio Paulum Tertium, virum apprime eruditum, patritium Romanum, boniqz nominis, vt qui plus quadraginta annis in Cardinalitia dignitate citra famae labem vixerit, verum aetate grandem, quippe septuagenario maiorem. Vtinam is posset ad sedandos Ecclesiae tumultus aliquid opis offerre. Nam velle non dubito. Nos nichil aliud possumus, quam optare meliora. Haec dictaui quod dextram manū sic occupet chiragra, vt vix calamum potuerim digittis comprehendere. Huic mancipio tuo mandabis quae voles, nichil non alacriter obituro, quod in ipsius potestate sit situm. T. R. A. diu nobis incolumem seruet Dominus. Dat apud Friburgum Brisgoiae, pridie Cals Marcias, Anno M D XXXV.

Ignosces quod aliena manu scripserim, nam dextram sic occupauit Chiragra, vt ne subscribere quidem potuerim. Pro subscriptione iussi affigi terminum. Quod ab Amanuensi quoq3 indiligenter scripta est in causa fuit Tabellionis festinatio per quem non vacabat denuo scribere.

Erasmus Roterodamus

Superioribus hisce diebus. quarto die Augusti, is erat Dominicus. accidit Basileae quiddam vere Tragicum, ac propemodum cum Thiesteae cena conferendum, Cuius quidam honestus ac diues Christophorus Bomgartnerus, vxorem suam Elisabetham prediuitis negociatoris filiam nomine Henrici Dauidis, suspectam habebat. quod furtiuam consuetudinem haberet cum famulo nomine Angelo, Zelotypia tantum erat nullis certis argumentis nixa. Ea per occasionem incruduit. Quum famulus abesset a domino iussus colligere a certis debitoribus pecuniam, vir ingressus est illius cubiculum, venans opinor argumentum, quo quod suspicabatur conuinceret. Reperit in famuli indusio ligulas aliquot sericas, mox accersitam vxorem, percontatur, agnosceret ne illas ligulas: ait, vnde inquit has nactus est, nam meae sunt. Confessa est a se donatas. Tum maritus vt verum extorqueret metu. pugionis mucronem intentauit in ventrem vxoris, promittens nichil futurum mali, si verum profiteretur, quoq3 magis illam proliceret ad confessionem, ipse prior fassus est se commisisse adulterium, idem de vxore suspicari, nec aliud tamen quam suspicari, Illa primum inficiari, tandem vrgente marito confessa est et ipsa, et confessam maritus dimisit, Illa territa confugit ad sororem in pagum nomine Pratelen. Actum per

affines et propinquos de reditu in gratiam. Maritus se placabilem exhibuit. Redit mulier sabbato iiij^a die Augusti deducentibus eam aliquot cognatis et propinquis, quos maritus accepit hilari compotariuncula. Discessum est cum gratulatione, et vt aiunt, ea nocte fuit viro et vxori lectus communis, ne quod offensionis vestigium residere videretur. Postridie, qui dies erat dominicus, simili familiaritate vna pransi sunt. Rumor addidit et cognatos aliquot eodem acceptos Conuiuio, quo peracto egit illis gratias, rogans vt adesse vellent in cena se paulo lautius illos accepturum. Verum is rumor incerta est fide; Illud certum mox a prandio ablegauit famulam ad Concionem, liberos ~~ad~~ ex priore Coniuge susceptos, ad emendapyra, Ita nactus solitudinem obdit pessulum ianue, grauidam vxorem transfodit, mox filiolam vix quadrimam, his peractis ipse scripsit Epistolam ad senatum, Confestim in summam edium partem conscendit, ac ter inclinato nomine Jesu, se praecipitem dedit, adeo vt cerebro dispersexit viam, iuxta Comici dictum, sed nimium Tragice, Caligis vna ligularum alligarat Epistolam, de qua modo dixi, qua continebatur, quid, quo Consilio fecisset ac facturus esset, occidit adulteram confessam, illat pœnam commeruerat, occidit filiam ne quis in posterum illi materuum paternumque crimen obprobraret. Sibi fuit Carnifex, ne longo cruciatu periret damnatus Judicum sentenciis. Nam in corpus seuitum est, fractis ossibus impositum est sublimi rotæ, deinde inclusum ligneo culleo, demissum est in Rhenum, quid acciderit animæ nouit Deus. Facinus tam atrox et inopinatum, socerum vxoris patrem ita perculit, vt totus factus sit attonitus. Frater mariti Jacobus Bomgartnerus pre dolore sibi excidit, vt iam sit in vinculis. Exemplum quis impium non inutile fuerit, ad deterrend ab adulterio, quod iam inter Euangelicos quoque cæperat esse ~~Thorus~~. iocus.

630

Petrus Tomicius Eps Craccovien
& Regni Polonie Vicecancellar

Doctissimo viro Erasmo Roterodamo
Daventrien Praeposito.

Festiva tua atque inprimis elegans Epistola, etsi videbatur aliquid in ea Socraticae irronie inesse, maiorem tamen quam credi queat nobis attulit voluptatem.

Quae ad nos nova perscribis ea cognitu nobis grata fuerunt omnia. Illud autem iam non solum gratum: verumetiam inprimis iucundum accidit, quod cum Paulus tertius, omnium quos nostra haec vidit aetas, Pontifex vere maximus, viros virtute, doctrina, atque omni ornamentorum genere prestantes, in amplissimorum patrum Collegium cooptasset, ille te quoque in idem Collegium adsciscendo retulerit. Mi Erasme, quo tempore tue nobis reddite fuerunt literae, morbo gravissimo, gravius quam dici possit conflictabamur: verum legendis illis permultum nos relevari sensimus & recreari. Posteaquam vero ad eum locum legendo pervenimus, in quo, quantum honorem Summus Pontifex delatum tibi voluerit perscribis, ita exultabamus gaudio, ut obliti morbi nostri gravissimi, pristinaeque bonae valetudini nostre, prorsus restituti nobis esse videremur. Idque, vel quod te propter excellentem istam doctrinam tuam merito amamus plurimique facimus: vel quod ad constituendam Rempublicam Christianam, quae nunc proh dolor, nimio plus labefactata, et propemodum convulsa est, permagni interesse existimamus, tibi, tuique similibus id genus amplissimos honores mandari. Tunc enim habitura esset Ecclesia, non verbo solum, verum re quoque ipsa cardines Adamantinos, quos nullius furor perfringere posset. Cum hac proxima aestate allatum ad nos fuisset Ioannem Episcopum Ro:

ffensem, qui ex honore sibi delato in fraudem incidit capitalem, Ca-
sparem Contarenum, Hieronymum de Genutiis Archiepm Capuanu,
/Simonetam, et alios nonnullos spectate viros erudicionis atq integri:
tatis, a Paulo Tertio in Cardinalium album relatos fuisse, tenere
nos non potuimus, adeo difficile est, non solum cum doleas, verum etia
cum gaudeas tacere, quin non solum ipsi in lris nris, factum hoc
summi Pontificis in celum laudibus ferremus, sed et Regiam Mtem
ad idem faciendum impelleremus. Tante enim virorum dignitatis tanta
esse racionem habitam immortaliter gaudebamus. Quod si de te quoq
tunc aliquid explorati habuissemus, qui noster amor est in te, fecissemus
Mi Erasme, et quidem animo libentissimo, vt et Regia Mtas, et
ipsi nos quoq, Paulo Tercio, de tanto tui augendi honestandiq studio,
per lras gratias egissemus. Quod tamen adhuc fieri poterit.
Sed nos de egregia ista voluntate illius in te, qd Cardinalitium
Galerum tibi nec opinanti deferre cogitauerit, ante eum diem, quo
tua nobis reddita fuit Epistola, ne tenuem quidem vllam audicionem
acceperamus. Hoc tantum perlatum ad nos fuit, liberalitate Pontificia
Daventriensi Præpositura te auctum fuisse que et ipsa res, magno
nobis fuit gaudio. Sed quid ais mi Erasme? Tu ne Cardinalitiu
Galerum repudiaturus? tu, quo minus exercende virtutis instrumenta
facultates, et honores, vltro tibi ne per somnium quidem cogitanti de:
ferantur, manibus pedibus obnixe facturus es omnia? Liceat nobis
per te, bona cum venia tua, id quod sentimus, dicere. Et si nos
quoq ex eorum numero, nos esse profitemur, qui prudentiam et do:
ctrinam istam tuam singularem, non solum laudant, verumetiam admiran:
tur, adduci tamen nulla racione possumus, vt consilium istud tuum
probemus: quod nobis ab animo magno et excelso alienum esse videtur.
Nam quid tandẽ cause est? quamobrem tu fortunarum et honorum accessi:
ones tibi repudiandas esse putes? Animalculum te esse dicis ἡμε:
ρόβιον. Cedo quid ceteri mortales? Est ne aliquis, qui sibi certo
possit polliceri, diutius se victurum, qȝ Bestiole ille apud Hyppanim
fluuium, quibus non est nisi vnius diei vsura ad viuendum a natura



632

data? Fac non posse senes diu viuere: Sed et iuuenes cito mori possunt. Neq; est quisq; tam viridi ætate, tam robusto, tamq; bene confirmato corpore, vt crastinum sibi possit polliceri, cum nemo sciat quid serus vesper vehat. Ergo cum omnium ex æquo ceruicibus, Tantali saxum istud grauissimum impendeat, neq; scire quisq; possit, quando casurum, seq; ruina sit sua oppressurum: omnes ne ad Rempublicam accedere, honores in ea gerere, atq; eius administrationem suscipere dubitabimus? quod non solum an diem vnum, verum etiam an horam vnam, aut punctum vnius horæ victuri simus certum nobis non est. Vide mi Erasme, quid futurum sit, si quæ te mouere videtur, eadem res cæteros quoq; mortales, a magnis rebus gerendis deterruerit? Quod si quos longius victuros spes sit, eos solos honoribus augendos, et ad reipublicæ gubernacula esse putaueris admouendos, cui alteri quam adolescentulorum temeritati tota erit Respublica permittenda? Quibus clauum tenentibus, qui Status eius futurus esset, in opinione tua relinquere quam in oratione nra ponere maluimus? Nos vero, non eam solam esse causam arbitramur, quamobrem ad rempublicam capessendam senes potius quam iuuenes accersantur, quod propria est huius ætatis prudentia, ex multo magnoq; rerum vsu collecta: Sed hanc quoq; minime postremam, quod, quanto propius ad tempus illud accessisse videntur, quo ex hospicio sui corporis æternam illam in domum migraturi, vitæq; suæ actæ, et rerum in ea gestarum, apud Seuerum Iudicem rationem sint reddituri: hoc minus Comissuros eos aliquid, verisimile sit, cuius si rationem reposcantur reddere non possint. vt vel hoc ipso nomine ad maximos honores gerendos imprimis illi apti et idonei iudicentur, qui alterum iam pedem in Cymba Charontis habent: neq; possit ætatis excusatio, satis iusta causa cuiq; esse, cur onera et honores detrectandos putet. Quare mi Erasme Excusationem istam tuam, qui sit accepturus futurum arbitramur neminem. Neq; enim, quia parum tibi temporis ad viuendum superesse credis, idcirco Cardinalitius honos

tibi fugiendus est, cum et fieri possit, vt opinione tua diutius vita tibi suppeditet: et vt secus eueniat, quod tamen Deus omen obruat, non tantum tamen quam diu, quantum quam bene Cardinalem egeris referre videatur. Si tibi Superi vel vno tantum anno dignitate hac fruendi facultatem concederent, dubium nobis non est, quin multo maior ex eo vtilitas ad Rempublicam Christianam esset peruentura, quam cum alii multi multis annis eundem istum honorem gesserunt. Sed tu fortassis hoc metuis, ne in maleuolorum, Luteranorum presertim voculas incurras: Mi Erasme Regium est male audire cum bene feceris: quin potius qui a malis male audit, is ex prudentissimorum virorum sententia optime audire videtur. Neque enim perditi hominis profligatique maledictis, gloria cuiusquam dignitasque violari potest: magis adeo illustratur. Non est autem prudentiæ tuę aliunde pendere, tuo tibi, non aliorum iudicio standum est. Si te recte fecisse intelligis, factum autem tuum aliorsum peruersi homines rapiunt, tua te conscientia contentum esse oportet: neque tanquam Bouem alienum foras subinde prospectare. Sin autem non esse tibi putas omnino negligendum, qui sermones hominum de te, quę futura sit existimatio: non videmus, cur non eorum potius tacite cogitationes suspicionesque tibi sint metuendę, qui, a nobis, hoc est, a Romana sunt Ecclesia. Tu iudicio quodam tuo, neglecta propemodum Solonis lege, et si a cœtu piorum nunquam discessisti, atque Romanæ Eccl. Censuræ scripta tua omnia subiecisti, plerisque tamen medium te gerere visus es, cum neque Eccl. placita omnia mordicus esse tibi tuenda putares: neque illorum doctrinam, qui ab ea desciuissent prorsus euertendam existimares. Ex quo factum est, vt, dum Batylla quidem confringenda non censes, sed ignem tantum alienum dispergendum et effundendum in eam suspicionem nonnullis veneris, te cum Luteranis potius quam cum Eccl.a Romana facere. Quod si nunc a Summo pontifice tibi delatum honorem hunc reieceris, confirmabitur ea multorum suspicio: aut contemni a te Amplissimum Ordinem et pro nichilo duci putabunt: aut ideo te refugere, ne cum Luteranis in dimicatione

descendere cogaris: alterum ex fastu quodam nimio: alterum ex pusillo et abiecto animo procedere indicabunt: Vtrunqz certe certo signo esse dicent et argumento, tacitam tibi esse cum Lutera:nis conspirationem: neqz cuiusq persuasionibus ab hac sua opinione se deduci patientur.

Aliquot iam anni intercesserunt cum nos in quodam libello tuo, legere meminus, q. consilii te tui poenituerit, quo de fortunis tuis & honoribus augendis nunq sollicitus esse voluisti: cum non perinde cuiusuis morsibus oportunus fueris futurus, si excelsa aliqua in dignitate collocatus esses. Ecce tibi nunc diuinitus occasio est oblata, qua te a contemptu contemptissimorum hominum facile queas vindicare: qua quasi diuina virgula suppeditante, sumos honores consequi tibi liceat: ea obuiis, quod aiunt manibus esse videtur amplectenda. cum etiam ad scriptorum tuorum imortalitatē permagni interesse videatur, si laboribus tuis, eum quem olim es meritus fructum tributum esse posteri intellexerint. facileqz ex eo indicium omnes sunt facturi, non esse eius ingenij praeclara monumenta reijcienda, quem, propter ea ipsa, amplissima dignitatē censuerit honestandū is, qui doctrinae, virtutis, et meritorum cuiusqz prudentissimus est, et verissimus aestimator. Si ambiendū tibi, si prehensandum esset, quanq vir sanctissimus Cato, Author fuisse non nemini dicitur, vt etiam nummos in Tribus pronunciaret, cum videret malis artibus, malos homines gladiatorio animo ad Consulatum viam affectare: atqz euertendae reipublicae consilia inire: tamen tibi vt ambires, vt prehensares: vt ineptus esses in hac aetate tua, etiamsi id e republica futurum esset, consiliū dare non auderemus. Nobis enim Christianis appetere honores non licet: quemadmodū rursus, si Christianam charitatem habeamus, oblatos quoqz recusare non licet. Cum itaqz vltro te vocet is qui caput est totius Ecclesiae constitutus: cui non obtemperare religio est, Vide, si minus dicto audiens fueris, ne non tam Paulo tercio Pontifici Maximo q Spiritui sancto refragatus esse

videaris: Neq enim verisimile nobis fit, absq numinis instinctu et afflatu Paulum Tercium hanc de te in Cardinalium Collegiu cooptando cogitationem suscipere potuisse.
Quod si magni animi esse existimas opes, copias, facultates, honores despicere, non repugnamus nos quidem: Sed fieri tamen posse credimus, vt non eo quis animo bona ista fortunæ negligat, q ea non putet esse expetenda, sed q labores fugiat, pericula metuat, absq quibus neq adipisci bona ista, neq adepta licet cum dignitate retinere, cum non frustra dicere solitus Demosthenes feratur: Si scirent adulescentes quanti labores, quanta discrimina Rempcam capessentibus impendeant. potius eos ex alto præcipites se daturos q vlla ad partem illius accessuros. Si itaq horum periculorum metu animus cuiusquam ab honoribus in Repubca gerendis refugit, is nobis videtur a vera fortitudine multum esse disiunctus.
Deinde vero ea contemnere quæ nondu sis assequutus, non maximi esse negocii nobis persuademus. Sed eum magnum virum esse iudicamus, et sublimi quodam atq excelso animo præditum, qui cum ea est adeptus, quæ certissimum sunt hominis experimentum, et quæ vere quidam irritamenta malorum esse dixit, Nichilominus de perpetuo vitæ suæ statu deiectus non est, sed in amplissima fortuna æquabilitatem vitæ conseruat, atq eundem semper animu retinet, et secundum Pauli præceptum ita ea habet, tanq non habeat. Facile est alicui viuendi præcepta dare ijs qui excelso atq illustri in loco positi omnibus fortunæ bonis affluunt: Sed ex præceptis viuere, cum in eadem fueris fortuna collocatus, neq ab officii religione declinare, id vero longe difficillimum esse videtur: Quare ne dubita tui quoq periculum facere: Magistratus enim esse dicitur, qui virum indicat.
Docuisti hactenus Pontifices, Cardinales, Reges, et Principes Christianos, quemadmodum se gerere debeant, nunc tu quoq in eorum locum. huc te Deo vocante ascendito, viuum te illis exemplum proponito, præcepta ad rem conferre studeto, Reipcę

Christianę labanti succurrito, nomen tuum ad imortalitatem consecraturus, atq ea a Deo optimo Maximo laturus. quae neq oculus vidit, neq auris audiuit, neq in cor hominis ascenderunt. Quo simus in te Mi Erasme suauius effusi, hoc nobis amor plura suggerit Argumenta, quibus te ne Cardinalitium Galerum suscipere recuses cohortemur. Sed longius quam inicio nobis fuit propositum, creuit Epla, vt multa nobis preterire et receptui iam canere sit necesse. A te petimus quod te tanta prudentia et doctrina virum pluribus cohortari sumus ausi, cum abunde ipse quid tibi faciendum sit cognosces, vt id in optimam partem accipias. Fecimus enim id certe ex abundancia quadam amoris nostri, cum erga te, tum erga Rempublicam Christianam, cuius rationibus praeclare consuleretur, si quod tibi suademus persuadere possemus. Quare si quid a nobis peccatum est, id parti amori nro, partim humanitati tuae assignabis, quae nos familiarius etiam fortasse, quam ęquum est tecum agere docuit. Vale.
Dat Crac die XXa Octobris. Anno domini. Mo. Do. XXXVto

Epistola haec Rmi domini Epi Crac paulo ante mortem suam scripta fuit ad Erasmum: quae tamen, quia propter nimiam imbecillitatem, et vim morbi subscribere eam non poterat, non fuit missa. Et omnium Eplarum est extrema.

Sub Caereo Simulacho ante Sepulchrũ
Diui Stanislai posito, verba infrascripta
in tabula appensa adscripta fuere

In Ecc.a Cathedrali Crac.

Deo Optimo Maximo et tibi diue Stanislae patriae huius nostre numen tutelare: patrimonij tui successor Petrus Tomicius Crac. Epus et Regni Vicecancellarius, toto vertente anno grauibus et subinde repetentibus morbis, magno cum vitae sue periculo conflictatus, sed tuo tamen patrocinio a nullo vnq mortalium frustra implorato plane confirmatus, atq ab omni tentatione prorsus liberatus, corporis hoc sui cereum simulachrum, ita vt eger lingua nuncupauerat, incolumis nunc factus offert. Tibi deinceps quod reliquum est vitae sue, tibi salutem suam, tibi se denique totum dedit et commendat. Anno domini M. D. XXXV.to

Sub alio Simulachro in Czastochoua
hec verba adscripta sunt.

Rmus Do. Petrus Tomicius Eps Cracouiensis et Regni Poloniae Vicecancell, ex grauibus et subinde repetentibus morbis suis, quibus anno fere vertente fuerat conflictatus: Dei Diuaeq Mariae matris eius beneficio recreatus: se hoc in loco sistens, votum quod nuncupauerat persoluit, atq imaginem hanc sui ceream ipse obtulit. die xiiij.a Maij. Anno domini M. D. XXXV.to

Verba sequen.^a sub simulacro Cereo in Caluo monte ad S. Crucem oblato posita sunt.

Rmus Do. Petrus Tomicius Epus Crac Regni Vicecancellar cum annum prope, periculosissimis ex morbis ita grauiter laborasset vt defletus iam esset ab omnibus et conclamatus: tandem Dei sanctaeque crucis eius beneficio confirmatus, pristinaeque recte valetudini plane restitutus, corporis sui cereum hoc simulachrum, ita vt aeger vouerat incolumis factus hoc in loco ponendum curauit die

Anno domini M^o. D^o. XXXV.

Testamentum Petri Tomiczki Epi Craccouien et Regni Polonie Viceccancellarii

IN nomine Sancte et individuae Trinitatis, beatissimae virginis Mariae aduocatae meae, Sancti Michaelis Archangeli, Sancti Joannis Baptiste Sancti Stanislai, Sancti Venceslai, Sancti Floriani, Sancti Adalberti patronorum meorum, et omnium sanctorum Amen.

Praeclare videtur a superis esse comparatum, quod et morte nichil certius, et hora mortis nichil incertius esse voluerunt. Neque enim ad continendum in officio genus mortalium, satis id erat

futurum, si certum hoc omnibus esset et exploratum, sive longius abesset, sive propius adesset, venturum tamen aliquando diem illu[m], quem nemini mortalium licet effugere, quo segregata a corpore anima non solum factorum, verumetiam dictorum omnium, diligens est et exacta apud eum iudicem vnicuiq[ue] reddenda ratio: apud quem nullum est personarum discrimen, nulla eloquentiæ ratio, nullus gratiæ respectus: nichil potest pecunia, nichil valent opes, sed ex sola veritate penduntur omnia. Cuius rei cogitatio, minime suffe: ctura fuit, ad coercendam et constringendam hominum cupiditatem atq[ue] audaciam: si scire quisq[ue] potuisset, quo tempore ex hac vita migrandum, et in severi iudicis illius conspectum sibi esset prodeun: dum. Quorum enim eminet ac proiecta est audacia, nichil ea re deterrerentur, quominus quæcunq[ue] animo suo collibita essent, ea flagitia designarent, neq[ue] id, in id vsq[ue] tempus facere inter: mitterent, quo impendere sibi ac prope iam adesse vitę suę termi: num cognouissent, tum demum ad meliorem se frugem recepturi. vt qui nullum esse scirent serum tempus pœnitentiæ. Horum maliciæ, conditor ille et redemptor humani generis, pro admirabili sua sapientia, obuiam ire cupiens, piis iuxta atq[ue] impiis, certum id esse voluit, atq[ue] indubitatum, semel esse moriendum omnibus: quo tempore, quo die, qua hora, id vero ex æquo vtrisq[ue] abstrusum esse voluit ac reconditum: vt tanto paratiores, et quasi in procin: ctu semper essemus, simul atq[ue] signum Imperator hoc est deus noster sustulisset, de præsidio et statione vitæ discessuri. Ex quo fit, vt quemadmodum nemo est tam affecta ætate, nemo tam deplorata vale: tudine, quin possit, si ita Deo visum sit, vnum ad huc aut alterum annum viuere: ita nemo sit etiam adeo viridi ætate, nemo tam ro: busto, tamq[ue] firmo corpore, qui possit, vtcunq[ue] sibi Diuos habeat fauentes, vel crastinum saltem sibi polliceri: cum quid serus vesper vehat, nemo scire queat. Quare ij demum mortales, michi sapere videntur, qui ita viuunt, tanq[uam] cras essent morituri: cumq[ue] intelligant vitam nichil aliud esse, q[uam] progressum quendam ad

mortem: mortem autem initium esse vitae melioris: dum viui sunt et incolumes mori discunt, mortem meditantur, atque ita res suas constituunt, vt cum è viuis fuerint sublati, nullam posteris litigandi, aut querendi de se occasionem praestitisse videantur. Quorum mortalium ego vestigia persequi cupiens, etsi corpore infirmo, mente tamen sana atque integra, firmoque consilio, codicillum hunc, siue eam potius vltimam voluntatem, aut testamentum appellare libet, conscribendum curaui: quem veri ac legittimi testamenti, ac quocunque tandem nomine extrema voluntas hominis appellatur, jus et potestatem obtinere volo. Quod si antea quoque testamenta condidi aliqua, ea induci volo et circumscribi: vt haec mea vltima voluntas, omnium priorum mearum voluntatum authoritatem infirmet, ac prorsus abroget, quacunque illae tandem verborum formula fuerint expressae: etiam si eae adiectae essent clausulae, quibus testatoris manus claudi videretur. Vt rem in pauca conferam, presentem hunc codicillum, omnibus meis codicillis et testamentis superioribus praeferri volo. Mei tamen vt sit arbitrii ac potestatis, quoniam voluntas hominis ambulatoria esse debet vsque ad mortem, si quid michi visum sit postea, de voluntate ista mea immutare: vel nouum etiam testamentum condere: id quod omnibus esse testatum cupio.

Antea quam autem quid de rebus meis constitui scriptis mandauero, hoc quoque testatum omnibus facio, michi propositum esse planeque deliberatum: quam fidem maiores mei fuerunt amplexi, quam sancta Romana et vniuersalis approbat Ecclesia, eam ad finem vsque vitae meae mordicus tueri ac retinere, quod si vt plerunque euenit, per mentis errorem, aliter postea aut dicerem, aut sentirem: testor vos quotquot adestis, hanc esse solam sententiam, a me sana mente prolatam, quam semper valere cupio. neque ab ea vnquam dimoueri. Cupio mori, vt indignus licet, Christianus tamen Pontifex: cupio, modo per diuinam id liceat misericordiam, non nisi prius

sacrosancti corporis et sanguinis Christi viatico instructus, atque omnibus aliis Ecclesiasticis sacramentis munitus, ex hac misera et calamitosa vita discere. Quo maius autem id est quod cupio, quam vt in me ad id præstandum satis esse queat virium, hoc impensius tibi supplico sacratissima virgo Maria, mater creatoris et redemptoris mei Domini nostri Iesu Christi, quæ vnica es eorum patrona et Aduocata, qui sunt ab omni cuiusuis auxilio destituti: te quæso Sancte Michael Archangele, te diue Joannes Baptista: vos Beati Petre et Paule Apostole, te diue Stanislae: vos omnes quæso supplex atque obtestor, quos in terris habui semper tanquam numina quædam tutelaria, vt hoc michi apud Deum beneficium impetretis, quo possim ita quemadmodum verum decet Christianum Pontificem, vitam cum morte commutare.

Nunc de me rebusque meis, hæc est vltima voluntas mea.

Depositum tuum, pater cœlestis tibi reddo: meliorem mei partem, spiritum meum, quem in hoc mortali corpore meo deponere dignatus es, tibi cum primum repetes restituo. immundum licet spiritum, multis vitiis contaminatum, plurimis flagitiis coopertum, quacunque tamen hora, quocunque puncto temporis et momento, ex hoc eum corporis diuersorio, æternam illam in domum migrare iusseris, in manus tuas domine commendo spiritum meum. Peccator sum: at creatura tua sum: opus manuum tuarum sum: operi manuum tuarum dexteram tuam porrige Domine, opus manuum tuarum ne despicias Domine. Magna et enormia sunt peccata mea, sed maior est misericordia tua, cuius infinitus est numerus. Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui venisti in hunc mundum, non vt iustos vocares, sed vt peccatores saluos faceres. qui pro peccatoribus grauissimos cruciatus pertulisti, qui pro peccatoribus cruci affigi, atque in ea mortem acerbissimam obire voluisti, qui Petrum ter te negantem, qui Mariam peccatricem, qui filium nequam, qui publicanum, qui latronem in cruce pendentem: in gratiam recepisti. qui Iudæ quoque proditori parsurus fuisti, si gratiam potius tuam supplex implorare, quam ipse sceleris de se

sui pœnas expetere voluisset, qui per os prophetæ dixisti, quacunque hora conuersus fuerit peccator et ingemuerit, vita viuet et non morietur: Domine Iesu Christe, ecce ego conuertor ad te, ecce ego pro peccatis meis ingemisco: recipe me in gratiam tuam, reconcilia me patri tuo. Ne intres in iudicium cum seruo, non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Si iniquitates obseruaueris Domine, domine quis sustinebit? cum etiam cæli immundi sint in conspectu tuo. Domine Iesu Christe, recipere dignare spiritum hunc meum, quem precioso sanguine tuo redemisti, redemisti me domine Deus veritatis.

Tradita et commendata Deo anima, de sepulchro sepulchri illius hoc est corporis, hæc est mea sentencia.

Priusquam terra terræ reddita fuerit, vt in cinerem cinis conuertatur: volo corpus meum, vt minimum, per diem vnum naturalem, hoc est, per viginti quatuor horas insepultum iacere: Solet enim aliquando vitalis spiritus exclusus existimari, atque ita hominibus imponere, dum pro mortuo habetur, qui superstes adhuc esse posset. Id quod cum aliis tum iis præcipue temporibus quibus pestilentia seuit, euenisse aliquando, non solum legendis veterum scriptis, verumetiam vsu compertum est. Ex quo factum est vt apud priscos mortales, continuis septem diebus, mortuorum corpora calida aqua abluerentur, et per interualla conclamarentur: vt si quis inclusus in illis vitalis spiritus lateret, his rationibus excitaretur.

Toto autem illo tempore, quo corpus insepultum iacuerit, volo Psalterium de more recitari. Deinde vero, post vnum vt minimum diem naturalem, corpus meum, in sacello diui Thomæ Cantuarien per me ædificato, ornato et dotato, secundum ritum et consuetudinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cum apparatu Pontificali, sepulchro mandari volo.

Et anima et corpore, vtroque origini suæ reddito, de cæteris rebus ita statuo

Legata Ecc[lesi]e meę Cracouiensi.

Cappam ex Adamasco albo, auro intexto cum naviculis et fimbriis
ac scito eleganti opere Romano factis Ecclesiæ meę Cracouien
do, dono, et lego, pro vsu Episcopi Cracouiensis.
Cappam nigram de Axamento cum fimbriis Ecclię meę Cracouien
do, dono, lego.
Dalmaticas duplices de Adamasco, auro intexto, cum eorum attinentiis.
Casulam de Adamasco albo auro intexto cum naviculis.
Spalleras, quas hospes meus Gdanen ordinauerat duas, et alias quæ
sunt cum armis meis et textu ad Dominum cum tribularer etc.
Ecclesiæ meę Cracouien do, dono et lego.
Spalleras tres nouas, vnam pro Stallo in quo Pontifex celebrans
vesperas et matutinas stare solet, et duas pro pulpitis Chori et Rector.
Ampullas argenteas inauratas Norembergę laboratas.
Sedile seu faldistorium ferreum cum quatuor globulis argenteis
et tribus eius operculis de veluto rubeo brunatico et nigro pro
vsu Episcopi.
Schodę aliâs vela pro ministrantibus pulchriora.
Itẽ velum vnum ex purpura quo vtebar ipse in festo corporis
Christi.
Casulam nigram de veluto nigro Veneto cum Dalmaticis.
Pontificalia duo.
Libellum Benedictionum et indumentorum manu Stanislai Gorski
in Pargameno scriptum.
Puluillos tres ponendi supra sedes Epales, vnum ex Adamasco
rubeo carmesino, habentem in quatuor cornibus pendentes globos
cum floccis, auro et viridi serico intextis. Alterum ex Atlasio
brunatico de grana habentem globos in quatuor cornibus auro et
rubeo serico carmesino intexto. Tercium puluillum ex
Axamento rubeo Turcico qui ponitur in sella Epali subtus tegu:
menta, qui factus est modo simplici absq[ue] nodis et floccis.

Cingaturas duas largas Thurcicas pro tegendis pulpitis
Nauicellam argenteam pro asseruando thure Ecctiæ meę Crac do, dono, lego.
It anulum aureum cu Zaphiro magno Pontificalem Ecclesiæ meę Craconiensi do, dono, lego ad vsum Episcopi in Ecclesia celebrantis.
It. alium annulum aureum cum Zaphiro rotundo etiam Ecclesiæ meę Cracouien do, dono, lego ad vsum Suffraganei, quando in Ecctia rem diuinam faciet.
Candelabra argentea laboris Vngarici, habentia cuspidem in summitate et tres Rurhas cum armis meis do: dono lego Eccl. meę Cracouien.
It. vnam integram petiam Atlasij rubei Carmesini auro intexti, cum viginti et vna nauiculis infulatis, continens vlnas triginta sex cum media Eccl. meę Cracouiensi, do, dono, lego, vt ex ea fiant ea indumenta, quæ magis esse commoda videbuntur ad vsum sacrorum.

Capellę S. Thomæ Cantuarien

Inprimis calices argenteos tres, duos inauratos, tercium non inauratum.
Ampullas triplices, Duplices inauratas cum armis meis, et duas non inauratas pro vsu quottidiano.
Casulam de Adamasco albo auro intexto cum nauiculis infulatis ac eiusdem casulæ attinentiis omnibus Capellæ Sancti Thomæ do, dono, lego.
It. duas alias casulas cum earum attinentiis, vnam de Adamasco rubeo carmesino auro intexto, cum nauiculis infulatis, aliam de raso seu Atlasio, carmesino brunatico de grana etiam pro capella do, dono, lego.

It. Casulam de Axamento nigro etiam pro capella do, dono lego.
Duo pacificalia argentea inaurata cum reliquiis sanctorum, etiam pro capella mea do, dono, et lego.
It. Lodices seu tapeta octo mediocria, bona tamen et pulchra, et preterea duos lodices maiores Thurcicos pro sternendo pauimento, et vsu Capellæ, eidem capellæ do, dono, lego.
It vasculum argenteum pro conseruandis hostiis
Scatullam cum corporalibus et pallis aliâs Schirzinki omnes eid capellæ do; dono, et lego.
It tria Missalia, duo de veluto rubeo, Tercium Coftiro rubeo superducta, pro Capella do, dono, lego.
It Cussinum de veluto rubeo Carmesino loco pulpiti pro missis orandis.
Coopercula tria vnum de Adamasco rubeo kitayka viridi subductu. aliud de Tabino brunatico kitayka glauca subductum. Tercium operculum pulpiti de Axamento nigro, kitayka subfultum Capellæ meę do dono, lego.
It vasculum argenteum pro seruanda aqua benedicta.
Bina paria candelabrorum argentea, vnum quod habet formam balausti minus, aliud maius et ponderosius, quod hic Cracouiæ laborauit Andreas aurifaber, etiam pro Capella mea do, dono, lego.
Alia ornamenta et indumenta Ecclesiastica commisi fieri et curari Dominis meis exequutoribus, si ipsa ego in vita efficere et fieri facere non potero.
Eisdem Dominis exequutoribus committo et commisi Cratem ad Capellam meam adhuc imperfectam perfici curare.

Eccle Collegiatę Sandomirien.

Cappam albam de Adamasco albo, qua vsus sum iam a multis annis, pro Ecclesia Collegiata Sandomiriensi do, dono, et lego.

Ampullas elaboratas opere Germanico, emptas a Rmo dño Epo Plocen pro Ecclesia Sandomirien do, dono et lego.
Schodam vnam pro Ecclesia Sandomirien do, dono, et lego.

Pro Ecclesia Posnaniensi.

Calicem aureum pro Ecclesia Posnaniensi, cuius fui Episcopus annis aliquot, do, dono et lego.

Ecclesiæ Collegiatæ Visliciensi

Cappam rubeam ex Adamasco rubeo Carmesino, vna et dalmaticas rubeas pro Ecclesia Sanctæ Mariæ Vislicien do, dono et lego.

Ecclesiæ Parrochiali in Thomicze.

Calicem argenteum cum patena inauratum pro Parrochiali Ecclesia in Thomice, do, dono, et lego.
Ampullas duas plani laboris argenteas inauratas Parrochiali Ecclesiæ in Thomice, do, dono et lego.
Thuribulum argenteum pro Ecclesia parrochiali in Thomice do, dono. et lego.
Magnifico domino Palatino Innowladislavien fratri nostro germano vestem vnam ex Adamasco Brunaticam de grana suffultam pellibus marduneis, quæ fuit Dni olim Nicolai Castellani Gnesnen fratris nostri, do, dono et lego.
Vestem aliam de Czamelotho nigram, quæ etiam fuit Domini Nicolai Thomiczki Castellani Gnesnen do, dono et lego Dno Palatino
Equos Redarios, quatuor bonos Dno Palatino do, dono, et lego.
Rmo Dno Archiepiscopo Gnesnensi libellum in charta pecorina scriptum, opertum brucato, per Magnificum dominum olim Christoforum de Schidlowiecz, Castellanum Crac nobis donatum Rmæ D. suæ do dono et lego.

Rmo domino Episcopo Plocensi libellos duos, veluto rubeo obductos opere Italico pulchre et sumptuose ligatos manu Petri Proschevitae scriptos, do, dono et lego.

Rmo domino Episcopo Premisliensi moderno Libellum Benedictiones Pontificales in se continen. Axamento rubeo obductum, do, dono, et lego.

Eidem Rmo domino Episcopo Premislien. Mantellum ex Czamelotho rubeo Carmesino, vnacum Caputio, do, dono, et lego.

Dno Samueli Maczieowski Canonico Ecclesiae nostrae Crac. equos quatuor redarios, qui solebant esse ad vsum nostrum trahendo vehiculum do, dono, et lego.

Libros Theologales ad Collegium maius Theologorum, do, dono et lego.

Libros Juris pontificii et ciuilis Collegio Dominorum Collegiatorum Canonistorum, do, dono et lego.

Libros Policiorum studiorum humanitatis nostris nepotibus ex fratre germano, do, dono, et lego.

Familiae expedicio.

Nicolao Bogusch Marschalco Curiae nostrae florenos centum, et pelliceam ex gutturibus wlpinis, qua vtebar. Coclearia argentea et equos quatuor redarios cum curru, do, dono, et lego.

Wladario nostro Jacobo Sladkowski, qui pluribus annis vtiliter nobis seruiuit Centum florenos, et pelliceam nouam ex gutturibus wlpinis, quae est in Thesauro do, dono et lego.

Stanislao Korski Canco Plocen: Notario: flor octoginta, panni Italici Brunatici elegantis cubitos decem: flor viginti pro almutio: et equum Gradarium do et lego.

Phillippo Padniewski Notario: flor quinquaginta do et dari iubeo.

Ceteris Notariis ac Seruitoribus: iuxta singulorum merita: domini Executores: dent quid et quantum eis videbitur

Familia reliqua vestienda panno luctus: cui insuper detur pannus alius bonus more solito: et hys qui habent equos proprios in obsequio nostro: detur duplicatum quartale Alys autem qui non habent equos proprios: detur equus et duplicatum Quartale solui solitum: eiusmodiq fiat expedicio familiae: ut non paeniteat eos in meis obsequiis versatos esse.

Cocis

Detur salarium duplicatum et pannus luctus.

Moschovitis aurigis, agazonibus, et aliae familiae viliori, familiae Coquinae et Cuchzikom detur pannus et duplicatum Salarium.

> Familia liberaliter fuit expedita
> alys dati sunt flor 100: alys 80:
> alys 60 / alys 50: Dati equi /
> currus: hastae. clipei vestes equestres

Debita exigenda

A domino Adamo Jaßienski floreni centum repetantur per nos eidem mutuo dati.

Ab Jacobo Wloschek Apotecario repetantur floreni ducenti et quinquaginta per nos mutuo illi dati, et ad nostrum beneplacitum ei mutuati.

condonat postea Rmus Ds.

Miklasch pellifex habuit a nobis in mutuum florenos triginta quos illi numerari fecimus tunc cum Michael Bogacz ob tale debitum eum coniecerat in Carcerem: qui ab eo repetantur, et ad eorum solucionem compellatur.

Eidem Miklasch dedimus et alios quinquaginta florenos in mutuum, pro querendo victu suo, hy tales floreni quinquaginta repetantur ab eo.

Galeatio barbitonsori nostro in mutuum dederamus florenos

quinquaginta pro solutione domus hanc summam illi condonat
Habemus insuper apud nos certam quottam pecuniarum nepotum nostrorum de Schamotuli, et eciam aliorum nepotum de Thomice quam domini Exequutores illis suo tempore reponant ex pecuniis per nos relictis, prout dominus Benedictus Isthienski et Stanislaus Borek nouerunt.
Exposuit etiam in rem nostram Stanislaus Borek, tunc cum in Italia fuisset Ducatos auri in auro Hungaricales, sexcentos et quadraginta sex. Et grossos quindecim. hos solui volumus ex plumbo nostro quod est in Slawkow: si sufficiet: sin secus ex aliis pecuniis nostris id fiat.
Egerdus de kempen hospes noster Gdanen, coemit nobis Gedani, certos pannos: et Zuccarum, Risch. Et amigdala. necnon Et certos orbes vitreos: hec omnia illi cum gratitudine soluantur.
It. ea quae sunt a mercatoribus accepta in vsus nostros prout Stanislaus Borek nouit: ea soluantur ex pecuniis nostris fideliter Et realiter.

Solutio Contributionis cleri in Synodo proxima Piotrkowien instituta. quae ita erit soluenda, prout soluebatur per antecessorem meum, cum instituebatur Contributio dupla, secundum taxam antiquam, soluenda Etiam erit, si alii quoque domini Episcopi illam soluerint. alias non.
Annus gratiae a Successore repetendus.
Impensa funeris Marc 200. aut marc. 400.
Eleemosina ad omnia hospitalia huius vrbis per marc decem
It ad omnia Monasteria pro Tricesimis per marcas decem
It racio de denario S. Petri Regiae Mti aut domino Thesaurario reddenda.
Regestra Cancellariae [struck: ad] in Thesauru[inserted above: regium] ponenda: et Cancellarius nouis tradenda
Item habeo quatuor pectoralia aurea, tria cum lapidibus preciosis.

vnum quod. habui in vsu quotidiano sine lapidibus. Haec volo
vt vendantur vnacum cruce parua cum lapidibus.
Cathenas vero duas quibus appensa sunt duo ex dictis pectoralibus
lego et do nepti me Zophiae ex fratre germano olim Nicolao
Castell Gnesnen.
Est capsa in Thesauro meo cum lris quas restituit dominus
Dux Prussiae post concordiam cum eo factam quae danda est
ad thesaurum Regium.
Pecunia Testamentaria quae residua est domini olim Plebani et Officialis Ra-
domien. apud me. dispensanda.
It tres libelli. vnus corio rubeo superductus in quo Priuilegia
Ducatus Baren sunt descripta: et duo alii aurei velleris
nigro corio superducti, reddantur Regiae Mti, hi sunt in
mensa nigra quae est in Camera.
Bulla ordinariorum, et aliae Bullae quas impetraui nonnullis
Capitaneis super conferendis per eos Sacerdociis Visliciew.
et Kielcen Ecclesiarum. Praepositurae Ilsen. et scholastriae.
ac prebendae monetariae Ecclesiae Crac. deponantur in Capituli
Cracouien thesauro. simul et bulla indulgentiae concessae pro
singulis festis Natiuitatis Mariae, sub praesentia Regis.
It committo meis executoribus vt ab omnibus meis capita-
neis et venditoribus Decimarum et Exactoribus redditum
meorum, exactam accipiant perceptionem et expositorum
rationem, et hoc in quo illi remanebunt michi obligati, ex
ratione per eos facta ab eis exigant et recipiant, in quo
nobis obligati fuerit.
It. Idem domini Exequutores mei dispensent pecuniam
Domini olim Bartholomei Plebani et officialis Radomien:
cuius ego maiorem iam partem dispensaui, secundum eius
vltimam voluntatem, ac in eius consanguineos et amicos,
exacta tamen pecunia quae superest, emant Domini Exe-
quutores censum pro vna missa in Ecclesia antiqua Radom.
singulis septimanis legenda.

Omnis suppellex mea cum auro, argento, vestibus, laneis aut
Laneis quocumque nomine appelletur, similiter et equos, ac
suppellectilem equinariam, vasa, Scultellas, orbes, Cantaros,
flascas stannatas, aliâs Stanglue et generaliter omnes res
maiores et minores, ultra legata, quæ feci, volo vt vendantur,
et pecunia per Dnos Exequutores, partem in debita mea,
partem etiam in dotem Nepti meę Zophiæ, ex fratre meo.
domino olim Nicolao Castellano Gnesnensi suscepte converta:
tur: cui quidem Nepti meę do, et assigno in dotem Mille
florenos in moneta, qui asseruentur in aliquo loco securo. quoad
in matrimonium collocabitur. sic quòd si illam decedere
contigerit ex hac vita, priusquam nuptui tradatur, eosdem mille
florenos do et lego nepotibus meis ex prædicto fratre meo
Nicolao progenitis Stanislao et Joanni.
Anulos meos cum Zaphiris lego Serenissimis Regibus et
principibus meis, ac etiam Illustrissimæ Reginule Hedvigi
et Isabellæ, alium do et lego Rmo D. Episcopo Premislien.
Joanni Choienski, et Magnificis Dominis Palatino Russiæ
et Palatino Junorwladislavien fratri meo, Nepti meę Zophiæ
supradictæ, lego duos anulos, vnum cum Zaphiro, alium
cum Adamante parvo, quem solus gestavi.
Item Dno Nicolao Bedlenski Scholastico Cracovien vestem
meam novam de Kitayka nigram, ventriculis albularum
suffultam, et vnum anulum Thurchinum.
It. Dno Stanislao Borek vestem de Tabino nigro albulis
suffultam et duos anulos cum Zaphiro, quos solus gestavi
et sunt in Scarcella mea.
It. Dno Isbienski pannum Brunaticum Anglicum pro veste
et vnum anulum cum Zaphiro quem solus gestavi rotun:
dum, quem habui a Domina duce Masoviæ.
Dno Samueli Magzicowski Tabinum Brunaticum pro veste.
Hæc vbi fuerit ex animi mei sententia, quæ iam descripta

est, distributa: si quid pecuniæ fuerit reliquum, id omne in pauperum vsus et necessitates expendi, atq; eorum precibus animam meam commendari cupio. Atq; eius dispensatore constituo, Venerabilem D. Stanislaum Borgk, Iuris vtriusq; Doctorem, Canonicum Ecclesiæ meæ Cracoviensis.

Huius autem vltime voluntatis, dispositionib, et ordinationib meæ, veros et legitimos Exequutores constituo: Rmum D. Andream Cricium Episcopum Plocensem. Venerabiles Dominos Nicolaum Bidlinski Scholasticum, Stanislaum Borgk Iuris vtriusq; Doctorem, Benedictum Isdbinski Canonicos Cracovienses. Sacræ vero Regiæ Mti domino meo clementmo supplico, vt huius mei testamenti, recte atq; ordine facti defensor esse dignetur. Idipsum Iure necessitudinis, quod michi cum eo intercedit, peto a Magnifico Domino Ioanne Comite a Tharnow, Palatino Russiæ. Exequutores autem meos quæso atq; obtestor, vt in gratiam Dei omnipotentis Beatissimæ virginis Mariæ, Beati Ioannis Baptistæ, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, atq; omnium sanctorum, vt hanc suscipere provinciam ne recusent: vt animam meam commendatam sibi habeant: vt peccata mea eleemosinib redimenda, et piis piorum operibus curent expianda. Quam fidem præstari sibi cupiunt, ab iis quibus ipsi quoq; post mortem suam, rerum suarum curam credituri sunt: hanc michi quoq; in bonorum meorum dispensatione præstare ne graventur. Ita eos Deus Optimus maximus, iustus, vniuscuiusq; factorum Iudex, æstimator. et remunerator, a cuius oculis nichil esse potest absconditum, et in hoc sæculo omni genere fœlicitatib cumulet: et postea q ipsi quoq; naturæ satisfecerit: æternæ faciat gloriæ participes.

Hoc autem inprimis prohibeo, ne quis eis negocium facessere,

aut periculum creare in animum inducat: neve per Rxmos Dominos Loci ordinarios, ad ullam eos rationem reddendam cogere conetur. Nam si de eorum fide dubitassem, nunquam et me et rerum mearum omnium procurationem eorum fidei commendassem. Quicunque autem contra voluntatem hanc meam venire ausus fuerit, et impedimento erit, quo minus omnia, ut scripta sunt in hoc Codicillo, ita curari possint et confici: cuiuscunque status et condicionis ille fuerit, sive sit alienus, sive aliqua me qualibet arcta necessitudine attingat: eum ego in ius voco: atque ut apud horrendum Christi Tribunal se sistat, primo quoque tempore volo. de impedita extrema mea hac voluntate causam dicturus.

Ego Petrus Tomicius Cracoviensis Episcopus, confiteor, et prae me fero, hanc esse ultimam meam voluntatem. Cui rei quo plus fidei habeatur, manu mea propria, huic Codicillo subscribendum esse putavi. Actum Cracoviae die, Anno domini M°. D°. XXXVto presentibus Samuele Maczieowski Gnesnen, Cracovien, et Sandomirien Cantor, Stanislao Hosio. Iuris utriusque Doctore Praeposito Vilnense Vielunensi ac Visliciew Canonico, Nicolao de Vieliczka Canonico Poltoniew, Anthonino de Cassthovia Artium et medicinae Doctoribus, Stanislao Dambinczki cubiculario meo. et Stanislao Gorski Canonico Plocense Notario publico, qui hoc Testamentum scripsit et obsignavit:

De exequiis et sepultura
Petri Thomiczki Epi Cracc
Regni Polo^c Vicecancellarij

Capitulum Ecclesiae Cathedralis Cracovien, vniversis et singulis ta nostre Cathedralis q Collegiatarum Ecclesiarum Praelatis et Canonicis, Abbatibus, Prioribus, ministris, Guardianis, et Parrochialium Ecclesiarum Rectoribus, eorumque vices gerentibus Altaristis, viccariis perpetuis, et manualibus. prebendariis, Mansionariis caeterisque Presbiteris beneficiatis, et non beneficiatis, et personis Ecclesiasticis, ac quorumvis ordinum Regularium Praelatis, fratribusque religiosis exemptis et non exemptis, in, per, et infra Civitatem et Archidiaconatum Cracovien ac Decanatum Ruralem. vbilibet constitutis. Salutem in domino. Non est incognitum vobis, Rmum olim in Christo patrem, dominum, dominum Petrum Dei gratia Episcopum Cracovien, et Regni Poloniae Vicecancellarium ab hac vita feria sexta ante festum omnium sanctorum proxime praeteritum decessisse. Quem quia et patrem benignum, et pastorem vigilantissimum, iuriumque et libertatis nrae acerrimum defensorem et protectorem experti sumus, aequum est, vt illum lugeatis vna nobiscum, funebrique officio et exequiarum honore, in Ecclesiis vris prosequamini, adhibitis vigiliis novem lectionum, et missa in cantu die Crastina post decantationem vigiliarum, ac septem missis per singulos vestrum lectis. Quae in hijs funeralibus Pompis peragi solent. Itaque vos exemptos in domino requirimus et hortamur, vobis vero non exemptis in virtute sanctae obedientiae, et sub excomis latae sententiae poena mandamus. Quam in vos et vestrum quemlibet, nisi praemissa adimpleveritis, ferimus in his scriptis vt mox patibus visis diem aliquam vobis commodam deligatis. eamque Parrochianis vestris sexus vtriusque denunctietis.

qua pro vestro erga bonum pastorem et patrem nostrum officio et debito Justa, sive exequias, hoc est vigilias novem lectionum cum missa cantata, et septem missis lectis per vos, aut substitutos, presbiteros, pro anima illius, vestris in Ecclesiis peragatis. Et ne quis negligentiae suae ignorantiam praetexat, sub poena praedicta mandamus, ut has lras nostras unusquisque Plebanorum det operam, ut ad vicinum perferantur, ad quem vero Plebanorum ultimum perlatae fuerint: nobis easdem reddendas curabit. Dat Cracoviae

Andreas Cricius Archieps Gnesnen
Bonae Sfortiae Reginae Poloniae

Sacra Mtas et domina, domina mea clementma. Humillimam mei commen. Cum amaro dolore et lachrimis, nunctio vrae Sacrae Mti obitum Rmi olim Dni Epi Cracovien avunculi mei, viri omni ex parte laudatissimi, amisi enim ego alterum parentem et magnum benefactorem, amiserunt et vrae Mtes summum Senatorem, servitoremque incomparabilem, fuit autem obitus eius, quemadmodum et vita maximo et catholico antistite dignus, quem non dubito Sacrae Mti vestrae, uti dominae pientissimae dolori futurum. Expensa et temporum malignitate, et tanti Senatoris iactura. Ego iam veluti Orphanus, non habeo, quo me in vita soler alio, quam gratia vestrae Sacrae Mtis, in qua ut me retinere dignetur, humillime supplico.

Rmus dominus Electus Praemislien persuasum habet, quod Mtas Regia promovere dignabitur, ad eam sedem vacantem, dominum Electum Plocen, si ita futurum est, supplico vrae

Sacrae M^ti dignetur ad Plocen ipsum dominum Premisliew promouere, mallet enim vt dicit hic esse, vbi se vtiliorem credit M^tibus vestris futurum, q alibi: id tamen sit totum in gratia et meliori iudicio vrae Sacrae M^tis, a quo ego ne latum quidem digitum discedere vnq volo. plura me dolor et luctus scribere non sinut. Commendo me humiliter in gratiam vrae Sacrae M^tis. Dat Pol. iij^a Nouemb. Anno domini M^o. D^o. XXV^to

Erasmus Roterodamus Andreae Cricio Archiepo Gnesnensi

In literarum vicissitudine nonnulla fuit intermissio: de mutua benevolentia nulla fuit remissio. Non me fugit, quantis negociis tua pietas distineatur, nec te latet opinor, quam sim afflicta valetudine, quae michi omnem pene studiorum con:suetudinem ademit. at ubi literis amicorum factus sum cer:tior. R. D. Petrum Tomicium Epm Cracoviensem rebus humanis ereptum, simulque te factum Archiepm Gnesnensem, genuina data est occasio ut hac Epistola quodam modo Mayadizein co:gerer: et quemadmodum Jupiter e duobus doliis res miscuit, ita in Epla leta miscere tristibus. Neque enim tibi non possum gratulari, qui pro tuis egregiis virtutibus, ad istud fastigii sis evectus, in quo velut ex editiore speculo, tua pietas clarius latiusque diluceat. rursus non possum non ingere terum lachrimas, tuamque pariter ac meam vicem deplo:rare. tuam, qui tibi coniunctissimum sanguine, amicorum benevolentia coniunctiorem amiseris. meam qui tali amico patrono et consolatore sum orbatus. Vix enim verbis consequi queam, quantum solatii, quantum hilaritatis afferre soleant omnes illius Epistolae. Fortasse et totius Poloniae vicem merito quis deploret. quando enim Ecclesiae talis continget Eps: quando regi talis Consiliarius: quando regno talis Cancellarius? Quot egregiis dotibus eum virum cumularat supremi Numinis benignitas? quot heroicis virtutibus exornarat? diceres ad publicam hominum utilitatem divinitus esse factum. quam solida, quamque re:condita fuit eruditio? quam fervens sacrarum literarum studium? quam oculata prudentia? quam rara in negociis gerendis dexteritas? postremo in tam eximiis Dei donis: in tam sublimi dignitatis

fastigio, quam amabilis ciuilitas: quam expers omnis supercilij
modestia. atque vt scribunt, contigit illi mors talibus
digna moribus: ipsis diuinis literis quas amabat placide
immortuus est. Expirauit enim nemine eorum, qui officij
gratia aderant, sentiente. diceres obdormiisse non ex-
pirasse. Hec cum mecum reputo pudet flere: magis
libet illi ter beatae animae gratulari. quae nunc pro bona
semente, quam fecit in hac vita, messem apud Christum
metit optimam. Sed hec verius a te perscribentur
tuaque tuba sanctissimi presulis gloria melius decantabitur.
Tu longe prestantior es artifex, et vniuersas hominis vir-
tutes penitus habes cognitas ac perspectas. Ad nos, vix
tenuis famae perlabitur aura. Non dubito quin pro tua
erga illum pietate, sis nobis eum virum totum suis co-
loribus tuo illo felici penicillo depicturus. Conducit
autem hoc non mediocriter ad bonos omnium mores exti-
mulandos, si eximie virtutis fragrantia ad quamplurimos di-
manet. Porro iam vita defunctos laudare tutum est.
quando nec laudato periculum est ab insolentia, nec lau-
danti ab adulationis suspicione. Nos tenuem modo odorem
dare studuimus. Dominus R[dam] amplitudinem tuam seruet
incolumem. Basileae Kls Februarijs. A natali Christi
1536.

Andreas Cricius Archieps Gnesnen:
In vitam R.di patris Petri Tomicii
Episcopi Crac. Regni Polo.e vicecancell.

Petrus Thomiczki Nobilis de domo Namis primum Cracoviae dehinc Lipsiae, post Bononiae et Romae cum liberalibus artibus et politioribus litteris, tum Jure civili et Canonico egregie institutus, et doctor creatus Cancellarium apud Fridericum Cardinalem Germanum regium aliquandiu egit. Quo vita functo, Sigismundo regi ad Secreta ascitus, brevi ad Episcopatum Premisliensem et Vicecancellariatum regni provectus, officium tanta cum laude domi forisque gessit, ut eo retinente, paulo post ad Sedem Posnaniensem anno Domini 1520: postea ad Cracoviensem anno quinto trans:latus, eo gratiae et autoritatis cum apud Principem et Regnicolas omnes, tum etiam apud Exteros evaserat, ut secundum regem summus omnium haberetur. Erat enim vir quadruplici lingua disertissimus: forma conspicuus, animo excelsus: ingenio et consilio admirandus: in cultu et appa:ratu splendidus: in pauperes et omnes alios liberalis: in Ceremoniis tam Ecclesiasticis quam aulicis praecipuus: Externorum, oppressorum, ac cleri, iuriumque Ecclesiasticorum, iustitiae ac veritatis propugnator acerrimus: annum agens circiter Septuagesimum febre primum, post hydropisi sesquiannum decumbens, nihilominus sui officii munia citra suam mo:lestiam exequebatur. Tandem superante morbo, viribus sensim destitutus, perceptisque Sacramentis Ecclesiasticis, ac rebus omnibus dispositis, legi sibi Euangelium passionis Dominicae mandavit. Quo cum gemitu et Lachrimis audito (: dum ad verba illa: pater, in manus tuas commendo spiritum meum: et haec dicens expiravit.) ventum erat, spiritum uno nixu

efflavit: incredibili omnium dolore, ac reipublicae iactura
Die xxix^a Octobris. 1535. Cranmer Sepultus
in Capella S. Thome Cantuariensis: a se a fundamento
edificata: adornata. dotata: in sepulcro: quod, morta-
litatis memor vivens ipse sibi posuit

Vita Petri Tomiczki Epi Cracouiensis et Regni Poloniæ vicecancellarii

Hosio Epo Varmien. Authore.

PEtrus de Tomice, ex ea familia, quæ Cymbe gerit Insigne claris ortus maioribus: sed quibus ipse tamen, rebus et honoribus gestis, plus attulisse lucis, quam quantum ab eis acceperat videbatur. Parente natus est cumprimis honesto et Nobili, Nicolao de Tomice, vexillifero Posnaniensi, matre Anna a Schamotuli, ex familia cuius Insigne Nalancz appellant. Admodum puer adhuc erat cum pater ei decessit. quare Tutore et quasi parente altero vsus est Andrea de Schamotuli Palatino Posnaniensi, auunculo suo. Qui cum in puero multa ingenij signa, magnamque virtutis indolem conspexisset: quoniam filiis ipse carebat, hunc sororis suæ filium, filii loco numeroque habuit: summaque cura et diligentia, hiis cum artibus insiti curauit, quas vbi dum tener erat combibisset, ad maiora venire posset paratior.
Itaque authore eo et consuasore, Gnesnam primum est missus, vt ibi rudimenta disceret literarum, quod is ludus in tota maiore Polonia celebris tum præ cæteris habebatur. Deinde vbi tempus esse vidit proferendi studia eius: iam enim: vt fuit ætatis illius captus: magnos puer in Ludo Gnesnensi primis, mediis tris processus effecisse videbatur: in Germaniam eum mittendum censuit, cum ex Ephebis nondum excessisset. A quo eius consilio ne cæterorum quidem amicorum voluntas abhorrebat. Florebant eo tempore studia literarum, non in alia Germaniæ Ciuitate magis, quam Lipsiæ. Visum est itaque eam deligere potissimum, quo capiendi causa ingenij cultus proficisceretur, quod inde duplex commodum consequi posse videbatur, cum et ingenuarum artium doctrina tinctum iam leuiter animum expoliendi: et Germanam linguam, quæ nostris hominibus propter crebra eius gentis ob vicinitatem commercia, inprimis vtilis existimatur, emendatiorem quam vsque alibi obiter perdiscendi, summam ibi copiam et facultatem esset habiturus. Oportune cecidit: vt quo

tempore haec fuit facta deliberatio, is ipse Tutor eius et Avunculus in Germaniam legatus a Rege mitteretur. Is puerũ vna accepit, et Lipsiæ postea reliquit: vbi quatuor plus minus annos; cum esset commoratus: atq; omnibus his doctrinis: quibus illa ætas impertiri debebat, ita eruditus, vt ad graviora studia satis iam aptus videretur. Cracoviã se contulit, q eam vrbem Philosophiæ studiis, cuius incredibili amore fuit inflammatus, claram esse accepisset. Quibus cum se totum tradidisset: breui temporis curriculo, tantum in eis processerat, vt euolasse, non excurrisse videretur, atq; omnibus his ornamentis: quibus ornari consueuerunt hij, qui non penitendas habent in philosophia progressiones, adulescens etiamnum cohonestaretur. Maxima autem vis eius ingenij in disputacionibus elucebat, ad quas quoties prodibat, tantus vndiq; concursus fiebat, vt loca in subselliis occuparentur, auditoria complerentur, magnaq; euntem scholasticorum caterua comittaretur. dum acumen illius et subtilitatem in disputando vehementer omnes admirarentur. Iam itaq; cum bonitate ingenij: tum perhenni studio eo progressus fuerat: vt non laudem solum: verumetiam admiratiõ apud suos ex Philosophiæ cognitione consequeretur: cum eum tamen, quantum in ea profecisset, plurimũ peniteret. Quamobrem Italiam semper spectabat: Italia animo eius dies noctesq; obuersabatur: Italiæ summo desyderio tenebatur: eo studia lrarũ ex Græcia translata esse sciebat: ibi quasi domiciliũ quoddam esse doctrinarũ omniũ intelligebat: eam ingeniorũ altricem: eam lrarũ alumnam appellari legebat, omnes conatus et labores suos in cassum sibi cecidisse, atq; omnino periisse putabat, nisi doctissimis in Italia viris reformandum et quasi recoquendum se dedisset.

Quanq vero incredibili visende Italiæ cupiditate fuit incensus, tamen vt erat adulescens pudentissimus, summaq; modestia pditus, nichil sibi nisi de consilio et sentencia avunculi sui faciendum existimauit. Ad quem cum de sua in Italiam proficiscendi voluntate retulisset, eo authore aut cæptum consilium exequuturus, aut prorsus

illud repudiaturus. Avunculus non modo voluntati adolescentis non
est refragatus, verum etiam impetum hunc eius atque ardorem erga literas
collaudavit. Sed cum vir esset admirabili prudentia: videretque ad
philosophos, sororis suae filium adolescentem ad omnia summa natum,
cui neque decor oris eximius deesset, neque suavitas vocis, appellanda:
rumque literarum lenitas singularis, neque vis atque acumen ingenii praeclarum,
quod eum virum fore prudentissimum pollicebatur, neque caeterae cum animi
tum corporis dotes minime vulgares: ferendum non esse putavit, ut
tale tantumque ingenium, in solivaga et ieiuna Philosophiae naturalis
cognitione consumeretur. Quamobrem cohortatus eum est pluribus
verbis, etiam atque etiam diligenter ut prospiceret, ne si nimis
magnum studium, multamque operam, in res obscuras quidem illas et
difficiles, sed easdem ad Reipub: administrationem, non maxime
necessarias contulisset, iustam hominum reprehensionem effugere
vix posset: quin ea studia potius amplecteretur, quibus ad magnae
fortunae cultum ingenia excitantur: iuris ut scientiam coloret: eam elo:
quentiae studiis condiret: fore ut hijs artibus et honori suo velificare:
tur, et amicorum utilitati consuleret, et cunctae Reipublicae, multo
maximum tum emolumentum adferet, tum ornamentum. Adolescens quo:
niam semel in animum induxerat ab avunculi consilijs et praeceptis,
latum quod aiunt unguem non discedere, quod fidem illius in se bene:
volentiamque cum non mediocri prudentia coniunctam perspexerat,
tanto se libentius facturum recepit, quod avunculus praecepisset, quantum
persuasum hoc magis haberet et salubre sibi fore id consilium, et ex
amoris illius erga se abundantia proficisci. Proficiscitur itaque in
Italiam optimis cum ominibus omnibus prosequentibus. Ex tot
clarissimis Italiae urbibus, Bononiam delegit, ubi non tam coe:
ptum studiorum suorum cursum confirmaret, quam novo disciplinarum
genere ex avunculi praescripto informandum pectus et instru:
endum curaret. Non ille ut plerique omnes adolescentuli faciunt,
se se voluptatibus immersit, non luxu et libidine, non ocio et
ignavia tempus ibi transegit, non alias res egit, quam quarum gratia

in illud theatrum orbis terrarum Italiam missus fuit: Sed auunculi
præceptorum semper memor, his studiis adolescentiam traduxit suam,
quæ vt nulla formosarum imaginum commendatio accessisset, vel sola
potuerunt eum, in quibus postea fuit positus dignitatis et fortunæ
gradibus collocare. Præceptorem habuit in eo studiorum genere, quas
humaniores lras appellant Philippum Beroaldum, virum disertissimum,
qui tot præclaris ingenij monumentis claram eruditionem suam
fecit omnibus testatam. In Iure excellentissimum Iuris vtriusqz
Doctorem Anthonium Burgo Hispanum. Sub hijs præceptoribus,
et dicendi laude permultum processerat: et in Iure tantum profecerat,
vt consentientibus omnium suffragiis, dignus pronunciaretur, qui
in celebri doctissimorum virorum consessu maxima Nobilissimorum
iuuenum corona circumfusus, cum plus quatuor annos Bononiæ non
esset comoratus, omnibus Iurisconsultorum insignibus cohonestaretur:
adeo temporis breuitatem, ingenii celeritate studiiqz magnitudine
compensabat.

Nondum satis ei matura videbatur in patriam reuersio: mancam
enim esse Iuris peritiam intelligebat, nisi ad actionem exercitatio:
nemqz eam conuertisset. Romam itaqz se contulit, vt quarum rerum
artem Bononiæ combiberat, earum ibi vsum quoqz aliquem perci:
peret, vix annus vnus intercessit, cum tanta fuit de eo doctrinæ
opinio concitata, vix vt vllius in patria nomen eruditionis fama,
clarius esset ac illustrius. Quæ cum longius indies manaret, per:
uenit tandem ad Fridericum quoqz Cardinalem: eius Cancella:
rius Sigismundus Thargowiczki, cum esset ætate affecta, sub
id tempus, ocii et quietis amore captus, eo quo fungebatur officio
se abdicauit, neqz defuerunt qui magnis allegationibus, munus id
apud Cardinalem impetrare contenderent, summoqz studio pre:
hensarent et ambirent: verum id Cardinalis Petro Tomicio
iam animo destinauerat, statutumqz secum et deliberatum habebat.
nominis illius fama commotus, non alteri cuiq munus id, quam Petro
Thomicio mandare, ad quem lras in vrbem mitti curauit, quibus

671

vt ad suos primo quoque tempore in patriam rediret, monebatur,
amplum et honorificum apud Cardinalem Cancellarii munus obiturus.
Cum longam ille profectioni sue moram interponeret, in causa fuit annus
Jubileus, agebatur enim tum annus a Christo nato millesimus quingen:
tesimus: toto vertente anno, Cancellario carere Cardinalis
maluit, illius ex vrbe reditum expectando, quam ad alium quempiam
honorem istum deferre, quod eum prae ceteris, ex dignitate sua, munus
hoc administraturum persuasum habebat. Venit tandem toto anno
desideratus et expectatus: continuo a Cardinali benigne excipitur:
et promisso Cancellarii munere quinto quo venerat die ornatur:
tantamque eius rationem habuisse dicitur: vt non solum Cracouiensem
Archidiaconatum, ad eum detulerit, verum etiam revereri eum visus
sit. Fuit Petrus Thomicius natura sobrius: et temperantiae
moderationeque singulari praeditus. Sed has in illo virtutes auxerat
consuetudo, et sex annorum in Italia commoratio. At Cardinalis
alebat nonnullos, qui maioribus interdum poculis poscerent: atque eum
ad largius nonnunquam potandum inuitarent: cui rei si quando Petrus
Tomicius interuenisset, abscondi e vestigio et celari pocula iussit.
quod Italum venire diceret, hoc enim eum nomine propter minime vulgarem
in cibo potuque continentiam solitus fuit appellare.



Non totos tres annos cum Cardinali fuerat: cum ille vitam cum
morte comutauit: quo tempore potiebatur rerum in Polonia Alexander
Rex frater eius: In cuius Consiliarios, certo quodam suo Consilio
referri noluit. verum vnum atque alterum annum apud Joannem Lubran:
ski Episcopum Posnaniensem fuit comoratus. Excessit interim
e vita Rex Alexander, cum quinque plus minus annos ad Regni
gubernacula sedisset. Eligitur e vestigio in demortui fratris
locum Sigismundus Glogouiae Dux fratrum natu minimus, et
Poloniae Rex renunctiatur. In hunc Petrus Tomicius naturali
quadam voluntatis inclinatione semper propendebat. quod eum etiam
adolescentem permultos heroicarum vereque regiarum virtutum
igniculos iacere videbat. Quare vt primum Rex fuit designatus

illico se in fidem eius et clientelam contulit. Non erat adhuc in valde lauta et bene acta parte: ut qui adhuc nec multis nec hijs opimis auctus esset Sacerdotijs, ita se tamen gerebat. ut hijsdem facultatibus, nemo pari splendori esset Principi suo. et ornamento. amplam familiam, equos complures alebat. nitida fuerunt apud illum et elegantia omnia, cum esset præ cęteris mundiciei polliciei[que] valde studiosus. Tam fuit autem apud omnes Ordines gratiosus, ut quorum amplę fuerunt facultates, hij certatim benignitatem in eum suam liberalitatem[que] conferrent. quo facilius quos in Aula Regia faciebat sumptus sustinere posset. Necopinanti sepe a Proceribus munera mittebantur.

Sigismundus autem Rex. ubi propius inspexit eius ingenium, dotes[que] tam corporis quam animi fuit diligentius contemplatus, cepit eius opera multum uti. Itaq[ue] cum eum Canonicatu Wladislauiensi auxißet, primum ad Pomeraniæ Duces Oratorem cum Mandatis misit. Mox ad Valachos. deinde in Vngariam. Post Wratislauiam ad Slesiæ Duces. iterum in Vngariam. Quam secundam Vngaricam Legationem cum obiret, Rex cognita eius fide et diligentia, cum feliciter eum quæ sibi data essent mandata conficere videret: fructum laboribus eius iudicio suo censuit tribuendum: intra dies Quindecim, tria ad eum absentem licet Sacerdotia detulit et honorata et fructuosa cumprimis. primum Sandomiriensem Custodiam tum Cantoriam Gnesnensem. postea Canonicatum Sancti Egidij.

Cum vero tercio in Vngaria Legationis munere fungeretur. accidit ut Præmisliensis Episcopatus vacaret. tum vero magna fuit concursatio petentium, atq[ue] honorem istum magno conatu ambientium. sed absentis Petri Tomicij virtus, et in regijs negocijs exequendis fides ac vigilantia, cum admirabili quadam prudentia coniuncta, tacendo licet, tantos tamen clamores edebant: ut eorum sonitus a Sigismundo quoq[ue] rege Vilnæ fuerint exauditi. Qui cum satius esse duxißet, illi tantum hunc honorem mandare pro quo res ipsę loquebantur: quam eorum alicui qui precum suarum importu:

nitate eum exprimere vel potius extundere conabantur, misit Aulicum suum Strzalkowski cum literis: qui Petrum Tomicium de hac fortunarum et dignitatis accessione Regia liberalitate illi facta certiorem faceret. Erat tum in reditu, cum obviam ei volabant literae, quibus Episcopus erat Premisliensis salutatus. Quo longius honoribus processit, hoc facta fuit virtus eius illustrior: certamen ipse secum instituisse videbatur, ut quantum fortunis et dignitatibus, tantum humanitate omniqz virtutum genere, non solum caeteros anteiret: sed seipse quoqz superaret. Aditus ad eum faciles fuere: comiter et benigne cunctos accipiebat, liberalitate vero optimum quemqz tanta prosequebatur, ut ei suppetere cuncti mirarentur: unde tam multis tam benigne facere liceret. Eorum patrocinium qui nudi erant a propinquis, inopes ab amicis, libenter suscipiebat: alios opera, alios quibus opus erat re, re sublevabat.

Prudentia magis indies atqz magis in eo elucebat, cum singulis fere diebus novum specimen et documentum eius daret. Deniqz ita se gerebat cum Premisliensis Episcopus factus esset, ut cum Rex ad Maximilianum Caesarem, una cum fratre suo Wladislao Hungariae rege proficisci statuisset, ad magnum id, et suum et Regni sui decus ac ornamentum pertinere fuerit arbitratus, si Vicecancellarij munus, amplissimum splendidissimumqz ei detulisset. Id quod pridie eius diei fecerat, quo Cracovia pedem extulit: fratrem primum suum Wladislaum regem deinde Maximilianum Caesarem avunculum visurus. Neminem enim habebat, vel forma corporis, totiusqz oris dignitate, vel linguae pronunctiationisqz gratia, quam actionis mira gravitas et venustas decorabat: vel prudentia consilioqz cum eo comparandum. Huc accedit quod propter vernaculam linguam: trium etiam aliarum linguarum fuit peritus. Nam Latine, Italice, Germanice, sic loquebatur ut excelleret in singulis, et † una aliqua istarum linguarum uteretur: † si ita proferret, nullam ut nosse aliam videretur: Ex quo factum est: ut cum Viennae cum Caesare convenisset: non alius eque rebus in omnibus atqz ipsius opera Rex uteretur. Ibi tum prudentia

eius atque in gerendis negociis grauitas: magna tamen humanitate temperata, in obeundis rebus dexteritas singularis, etiam exteris nationibus admirationi esse ceperunt. Quibus rebus cum apud omnes ordines, tum apud Reges ipsos et Cæsarem magnam sibi gratiam peperit, et authoritatem. In sui vero Regis familiaritate ita se immiserat: vt non ex alterius magis quam ex illius consiliis Rex pendere fuit solitus. neque solum dignum eum iudicauerit: quem summis quibusque dignitatibus cumularet: verum etiam si qui fuerunt aliis honores mandandi: iis eos fere mandaret: quos Petrus Tomicius suffragio suo probauisset. Videbat enim si quid consilii daret: suamque in senatu quacunque de re sententiam apperiret, non eum quid sibi priuatim conduceret spectare: aut gratia odio ue, siue alia quapiam animi permotione, ab officii religione declinare: sed ad Regis Regnique publicam vtilitatem: ad decus et honestatem omnia consilia sententiasque suas referre.

Itaque magnum iam Petri Thomicii nomen haberi ceptum est: neque ad alium quemquam æque magnos omnium concursus fieri. Quinetiam quum esset cum Rege in Lithuania, vbi moris est, si quando Senatus habetur: vt exclusis Polonis omnibus tanquam exteris soli inter se Lithuani, de hiis que ad Rempublicam Magniducatus constituendam pertinent, cum Rege consilium meant, et capita conferrant: Vni Petro Tomicio post hominum memoriam, hæc fuit prærogatiua concessa, vt etiam secretioribus eorum Consiliis non solum interesse, verum etiam præesse posset: quod sua magnopere videbant interesse, vt quæ res in deliberationem cadebant, de hiis Petri Tomicii sententiam audirent: neque ea audita vllius fere consilium amplius requirebant. Cum id Maiestas Regia animaduertisset: quoniam nulla fuit oblata maior occasio: Præpositura Diui Michaelis in arce Cracouiensi eum auxit.

Quo vero tempore Thorunii Rex agebat: bello cum Prussiæ Magistro implicatus, allatum fuit Ioannem Lubrantium Posnanien Episcopum: extremum vitæ sue diem morte confecisse: illico contra

morem suum et consuetudinem (cunctator enim in eiusmodi rebus esse solebat) abiecta omni cunctatione. Posnaniensi Episcopatu Petrum Thomicium ornauit: tanto plausu et gratulatione omnium eius praesertim Ecclesiae Praelatorum et Canonicorum, vix vnus vnquam Posnaniensium Episcoporum pari fuerit cunctorum exceptus laetitia, ex animo non ficto neque simulato profecta.

Vbi fuit Posnanien Episcopus designatus, etiam si Regia Maiestas egre id patiebatur: ad officium tamen hoc suum ratus pertinere, fidei sue commissam Ecclesiam visere in animum induxit: Id quod cum iterum atque tercium faceret: carendo magis quam fruendo didicerunt homines, quanta presentis eius esset vtilitas. Et enim discessu illius magna esse in Aula solitudo. magnum ei ornamentum atque insigne deesse videbatur.

Sub idipsum tempus quo fuit Posnaniae, preerat Ecclesiae Crac Joannes Conarski vir placido ingenio: multoque mitissimis moribus praeditus: facile vt quemuis in amorem sui etiam inuitum et recusantem raperet. Is in Petrum Thomicium iam inde ab adolescentia suauissime semper effusus erat. Nam et Cardinali cum seruirent vterque: summa fuit inter eos animorum coniunctio. Et cum in Cardinalis demortui locum Joannes à Conari Cracouiensis Episcopus esset renunctiatus: non solum detractum nichil fuit de eo quo Thomicium prosequebatur amore, sed magnis etiam accessionibus auctus is, et locupletatus esse videbatur, cum nullam vnquam bene merendi de eo occasionem prudens praetermitteret. Cum is itaque duplici morbo affectus esset, nam ex quo tempore Cracouiensis Episcopus factus erat, totis et vno viginti annis ex pedibus grauissime laborauit, perpetuaque fuit aduersa valetudine conflictatus. Accessit ad haec mala, senectus extrema, morbus et ipsa grauissimus, qua valde premebatur, iam enim duo de octoginta annos natus erat: hijs igitur malis cum affectus esset atque aflictus. laboresque quos munus et officium Episcopi requirebat ferre non posset, vt erat vir haud intacti religione animi, etiam atque etiam diligenter cogitabat quemadmodum et

onere et honore Episcopali se abdicaret, summaque cura animo suo versabat, cui mandaret potissimum id munus, quod ipse deponere in animo habebat. Sed cum circumspexisset omnia, omnium vitam moresque diligenter expendisset, neminem reperiebat, cui talem tantamque prouinciam rectius traderet, quam Petrum Thomicium, cuius multis aliis in rebus et dignitatibus gerendis, spectata iam saepe fuit et probata virtus et prudentia singularis: Quamobrem re secum diu multumque perpensa et deliberata, misit Petrum Dluski Arcis suae Lipowiecz praefectum, qui Petri Thomicii Posnanien. Episcopi voluntatem exploraret, num esset Cracouiensem Episcopatum accepturus, seque onere isto leuaturus, ea tamen lege et condicione, ut dimidia bonorum Episcopalium pars, penes Joannem a Conari remaneret, quo posset inde quod reliquum ei vitae futurum esset pro dignitate sua sustentare. Quod cum Petrus Thomicius non recusaret extracta fuit nichilominus res in eius Cracouiam reditum. Ibi cum Regia Maiestate actum fuit, ut suum quoque consensum ad voluntatem Joannis à Conari Cracouien. Episcopi aggregaret.

Rex ubi rem cognouit exultabat gaudio, neque se libentius quidquam facturum esse dicebat: quam ut Petrum Thomicium Posnaniensem Episcopum in viuentis Joannis à Conari Cracouiensis Episcopi magnopere id postulantis, locum curaret sufficiendum: quod ita futurum sciebat, ut eum sibi quasi affixum semper habiturus est. Nichil iam restare videbatur aliud: quam ut per summum Pontificem res confirmaretur. Ad hunc missus est Stanislaus Borek Decretorum Doctor, vir sagax imprimis: magnoque ingenio, magnaque in rebus gerendis dexteritate praeditus: is ab ineunte aetate summo semper fuit erga Petrum Thomicium studio: et obseruantia. Nam et Cracouiae iisdem studiis operam dabant. Bononiae vero et Romae quoque una semper sub eodem tecto degebant: Quae quidem mutua inter eos beneuolentia crescebat cum annis, atque eo processerat, ut neque ille ad cuiusquam esset: quam ad Petri Thomicii nutum paratior: neque haberet fere Petrus Thomicius, illo, quemquam

077

chariorem: neq libentius cuiq arcana sua consilia omnia et negocia crederet. Atq hec eius in illud propensio: ad extremum usq vitæ diem nulla unq offensione interposita durauit. Is igr in urbem missus: quoniam magnum habebat in Curia Romana usum, intra paucos dies, ex heri sui sententia rem confecit. Cumq attulisset ex urbe Romana Diploma Pontificium: quo fuit ei potestas facta: utrumq et Cracouiensem et Posnaniensem Episcopatum, in id usq tempus retinendi: quo totu esset Cracouiensem assequutus: anno a Christo nato Millesimo Quingentesimo vigesimoquarto. die sexta Mensis Aprilis: post horam quartamdecimam a Prælatis et Canonicis Ecclesiæ Cracouiensis, atq à Clero et populo uniuerso: in templo Diuæ Mariæ virginis in foro Cracouien, perhonorifice exceptus: et Cracouiensis Episcopus fuit salutatus: summa lȩticia et gratulatione omnium. Oratio autem cum primis elegans habita est ab Andrea Cricio Premisliensi tum Episcopo. Annus prope exierat: post depositum Epatum: cum Joannes à Conari naturæ satisfecisset, vir cum aliis virtutibus tum hac vel maxime suspiciendus, q cum videret se per ætatem affectam, munus suum recte atq ordine administrare non posse. cessit eo voluntarius, ei viro quem non ipse solum suo Judicio, veru et prudentissimi quiq, ad tantam hanc prouinciam gerendam, unu omnium aptissimum dignissimumq iudicauerunt. Felicem ille se prædicat, quo tempore extremum vitæ diem sibi iam impendere videbat: quod Sacerdos tantum et non Episcopus moreretur. Ita enim sentiebat reiecta cura atq onere Episcopi Episcopum se esse destitisse. Sed et hic inter fælices numerandus, qui diui Augustini exemplo. non successit Episcopo, sed accessit, qui meritis hoc suis, morumq suauitate singulari assequebatur: ut alii in suu eum locum ascendisse gauderent. alii si quid factu de se esset, non alium sibi q eum successorem dari deposcerent. Ferunt enim dum Premisliensem adhuc ageret Episcopum, Joannem Lubrantium Posnaniensem Episcopum de Praru studiis optime meritum, tantaq virtute, libera:

litate presertim præditum, vt gratam apud omnes et iucundam sui memo: riam moriens reliquerit: vix vllo vnq̃ tempore intermorituram. Eum itaq cum paßim in Epatu suo plurima ędificia: Et collapsa restauraret: et è fundamentis noua exigeret, ferunt dicere solitũ: euersurum se ea omnia, quæ magno sumptu ędificaßet. Si alium sibi q̃ Petrum Thomicium succeßorem fore suspicaretur. Huic enim se neq alteri cuiq̃ tot villas Et prædia, tot egregias domos extruere. Sed vt eo reuocetur vnde declinauit oratio. Mortuo Joanne a Conari Posnaniensi Episcopatu contra animi sui sententiã Joanni Latalski Præposito Cracouiensi cedere coactus est, cum Andreę Cricio Premisliensi Episcopo desponsus iam Et destinatus esse videretur, viro valde erudito qui multis Etiam praeclaris ingenij sui monumentis: apud exteras gentes: suum, patriæq suę nomen illustrauerat. Sed non ita multo post, cum Plocen Epatus vacaret, facile apud Regiam Mtem obtinuit: vt Andream Cricium propinquum Et neceßarium suũ, eo augeret atq honestaret. Pauci anni interceßerunt: cum Joannes quoq a Lasko Gnesnensis Ar: chiepiscopus, Regni Primas è vita excessit. Non expectabat Mtas Regia dum peteret Petrus Thomicius in demortui locũ se suffici, sed vltro ei Archiepatũ detulit. Quinetiam cohortata eum est: vt ad altißimum hunc dignitatis gradum accedere ne recusaret, quo nullus est in toto Regno sublimior. Noctem vnam ad deliberandũ sibi dari poposcit. Qua interiecta cum postridie re bene deliberata, ad regem rediißet, animi sui sentenciam explicaturus: suspensi fuerunt expectatione animi omnium, futu: rumq omnino cuncti existimabant, vt honorem hunc et summũ amplißimũq omniũ: Et eundẽ multo fructuosissimũ, obuijs q̃d aiunt vlnis acciperet. Sed eos opinio sua Et expectatio fefellit. Nam contra quam eum cuncti facturum esse putabant, gratias quidem egit Regi, quòd iudicio suo, laboribus quibus perfunctus esset ac meritis, talem ac tantum fructum tribuendũ censuißet: verum se eum locum aspernari velle negabat: in quo

Diuum Stanislaum gentis Polonæ patronum, vitam suam potissimum finire voluisse accepisset: sibi certum esse et deliberatum altius non ascendere: Et ea qua frueretur dignitate contentum viuere. Sed si Ecclesiæ rationibus Rex prospectum cuperet: Mathiam Dreuicium Vladislauien Episcopum nominabat: Et vt ei tantam dignitatem hanc deferret: rogabat. Hanc eius animi magnitudinem in despiciendis honoribus vbi conspexissent, in stuporem omnes et admirationem versi sunt: quiduis enim potius eum commissurum arbitrabantur quam vt tantos vltro sibi delatos honores repudiaret. Sed non ea tantum in re animi illius magnitudo elucebat, aliis quoque in multis, multa præclara fortitudinis suę documenta dabat. Neque enim veritatis et iusticiæ causa: quemuis inimicum sibi capere, quamuis fortunam excipere: quoduis adire periculum et discrimen recusabat. non obnoxie sentencias dicebat. Id quod rectum esse intelligebat, contra cuiusuis opes et potentiam defendere nichil dubitabit, suo iudicio Rempublicam cuius erat studiosissimus tuebatur: neque aut in gratiam cuiusque aut metu alicuius, ab officii sui religione declinabat. Nullius erat authoritas tanta: a quo non libere dissentiret, si quid eum iniqui pertendere cognouisset, atque hæc quæ eueniebat interdum opinionum dissensio, magnam vt fit, aliquoties animorum offensionem pariebat. Inuentus est non nemo, ex his, qui opibus et potentia plurimum valebant, qui aperte periculum et inimicitias ei denunctiarunt. Minis autem istis et denunctiationibus, adeo nichil fuit vnquam perterrefactus, neque de recta sentencia depulsus, vt satis mirari multi non possent, cum tot ei formidines essent opposita, tot minæ intentatę tot pericula denunctiata, quod nichil tamen vnquam de statu suo declinare, nichil de vitæ suę curriculo deflectere, nullam ne in vultu quidem timoris et trepidationis significationem dare visus sit. Itaque hæc tanta fortitudo animi illius atque excellentia, non solum admirationem verumetiam authoritatem permagnam apud omnes ordines illi conciliabat, quod eum intrepide recti atque ęqui propugnationem suscipere videbant: dum vel extremæ classis homines contra principes

viros, ita iusticia eorũ flagitante, tueri et defendere non reformidaret.

Quam vero sublimis iste et excelsus animus ei authoritatem pepererat, eam augebat prudentia qua tantum pollebat, vt sentenciam illius tanq̃ prerogatiuam multo maxima pars sequeretur atq̧ ei fere staretur potissimũ. Quare si quando quod frequenter vsu veniebat, graui aliquo morbo conflictabatur, atq̧ ita erat lecto affixus, vt non solum in Senatum venire, sed ne pedibus quidem consistere poßet: coactus est ex hijs quos intimos habebat, aliquem mittere, qui sentenciam eius in Senatu explicarent. Quinetiam cum a laboribus respirandi, suiq̧ colligendi causa, ab eo loco vbi Senatus habebatur, multis millibus passuum abeßet, nichilominus quoties de re quapiam grauiori consultacio incidebat, mittebantur ad eum volucres Nunctii, qui l[itte]ras perferrent, quibus a Rege, vt suũ ea de re consilium perscriberet, admonebatur. Adeo ne in syluis quidem et solitudinibus, in quas medicorũ consilio, confirmandi corporis sui causa se abdebat, vacuus esse a negociis potuit. Verißimumq̧ illud esse experiebatur, qua quisq̧ re plurimũ valeret: qua longo ceteros interuallo anteiret, eam maximam cuiq̧ perniciem afferre consueuiße. Sic eloquentia nimia, magno fuit plerisq̧ detrimento: quibusdam vires exitium attulerunt: forma nonnullos sustulit, alios diuitiæ strangularunt. Alios opes et potentia euerterunt: ad summam, ne singula sit enumerare necesse, que cuiq̧ admirationem maximam, eadem pestem maximam attulerut. Petro autem Thomicio Cracouiensi Episcopo, non alia res nocuiße magis videtur, q̃ ea qua sibi tantum nomen famamq̧ pepererat, prudentia et rerum vsus maximarum, quem fuerat etatis beneficio maximum consequutus: Inde enim tot semper negociorum vndis obruebatur, vt nullũ reficiendi corpusculi, nullũ tuende valetudinis ei tempus superesset. Ex quo fiebat, vt acciderentur vires illius et extenuarentur.

681

689

Quin etiam ex tantis laboribus et occupationibus in grauißimos persæpe morbos. Quibus aliqua tamen fieri medicina potuißet: si quid de tantis istis curis et laboribus detrahere voluißet: sed cum aliis in rebus medicorum præcepta sarta tecta conseruaret, hac vna in re nullius authoritati cedere, nullius monitis et consilio locum dare voluit. In hijs quæ ad victus rationem pertinebant diligenter obseruandis, nemo fuit continentior, nemo medici dicto audientior: verum quo minus eosdem subiret labores, et senectute et morbo confectus, quos et iuuenis olim, et recte valens nemo erat qui posset prohibere: quod illius consilium et institutum vel maxime reprehendendum esse videbatur. Est enim viri prudentis officium, dare operam, vt quod libenter facit: quam diutissime facere posset: Sed ita fuit hominis ingenium ad agendum plane nati: vt a negociis feriari; neque sciret neque poßet. Itaque totos dies, cumque hij contractiores essent: bonam noctium partem legendo scribendoque consumebat, atque eam quam nactus erat Spartam, ita ornabat, ita vice Cancellarij munere fungebatur, credibile vt non sit, fuiße vllum in Regno Vicecancellarium, qui pari vigilantia munus hoc obierit: quique tam splendide, magnificeque, tantoque ex honore sui Regis et dignitate illud administraret. Nam et ipse scribendi finem faciebat nullum, et cum solus tantis laboribus sustinendis par esse non poßet, quasi vicaria quadam eorum opera vtebatur. quos potuit in pollitiore genere doctrinarum doctißimos reperire. /neque in Regno fuit quisquam, cuius Aula viris eruditis magis abundaret. Neque vero se satis officio suo functum esse putabat: si quæ prudenter inuenißet: eadem pure et eleganter: aut ipse scripsißet: aut ab aliis interdum scribenda curaßet. nisi ea ipsa pulcherrimis præterea characteribus, ab hijs quos habebat eius artis peritißimos pingi fecißet. adeo nichil habere voluit: nisi excellens, et quoad eius fieri potuit perfectum plane ac elaboratum. Accedebat ad hæc summus splendor et magnificentia: præcipue si qui aliquando aut a Summo Pontifice: aut ab Impera:

tore, cæterisq Regibus et principibus Oratores veniebant, quos ita prolixe accipiebat, vt nemo prolixius, neq quemq eorum indonatum abire permittebat.

In reddendis vero Regio nomine responsis fuit eiusmodi, vt dubitarent homines: quid in eo potissimum admirarentur, verum ne prudentiam an verborum elegantiam, an linguæ gratiam: an actionis venustatem: et eam quam in pronunctiando mirificam retinebat grauitatem. Non plurima ille quidem: sed magno cum pondere dicebat, ita vt mentes audientium eius oratio facile penetraret, atq aculeum in illis relinqueret, vt apposite admodum: a viro cum primis et ingenioso et erudito, hoc ei fuerit elogium tributum: Diffusa est gratia in labiis tuis. Quamobrem et hec eum tanta naturæ dos plurimum ornabat: et liberalitas atq insignis munificentia clarum et illustrem faciebat. ~~Qua in optimum quemq~~, quodcunq tandem ille vitæ institutum delegisset, vtebatur: Si qui magnum erant nomen militiæ consequuti: eis cum re, tum opera. benigne faciebat. Nam et præ manu multa dabat: et a Rege multo plura impetrabat. Ipse author fuit quoniam tenue est Imperatoris exercitumm Regni vectigal, vt imperata Clero pecunia, bona Busko redimerentur. atq Imperatoribus vtenda, fruenda perpetuo quoad vita cuiq eorum suppeditaret relinquerentur. Sed cum ea pecunia iam esset coacta: factum est: vt quo tempore morbo prepeditus, Regni Comitiis interesse non potuit, Rege quoq in Lithuania existente: in alios quam imperata fuit vsus: ea pecunia conuerteretur, fuitq ea res certissimo documento: quanti interesset ad Rempublicam constituendam presentem eum in Comitiis adesse. Sed et vectigal id quod Sancti Petri denarium appellant: vt in ædificandas in Regni finibus Arces conuerteretur: eius opera consilioq fuit effectum et a summo Pontifice impetratum.

Inopes vero et egenos multo maxima liberalitate prosequebatur, trecentos aureos in solas vestes pelliceas vna hyeme expensas

tulere Questores, quae inter pauperes fuerunt distributae.
Habebat in more cum ad bona Episcopalia sua diuertisset, vt Christi exemplo, omnes pueros illius pagi, aut etiam oppidi: quo veniebat: ad se venire iuberet: et stipem singulis ipse manu sua preberet: ex quo factum est: vt et aduenientem eum: et discedentem: magna semper puerorum caterua comitaretur: et ad aliquot spacia reduceret.

Iam vero literarum studiosos imprimis complectebatur, atque eos prae caeteris qui doctrinae fama clari habebantur, cuius rei, Lazarus Bonamicus, Erasmus Roterodamus, Sichardus, Cochleus, atque alii nonnulli viri doctissimi: testes esse possunt locupletes: quibus et in Italiam: et in Germaniam subinde munera missitabat: atque cum crebras ab eis literas acciperet: suas vicissim: sed eas praegnantes remittebat.

Alebat etiam complures tum pueros, tum adolescentes in studiis literarum, in Italia quatuor, quinque, plures interdum, nonnunquam pauciores adolescentes. Quae res magnae fuit Italis admirationi, quod vnus Episcopus tot in Italia adolescentibus sumptus suppeditaret. Neque enim ex vlla terrarum parte plures eo veniebant ab vno aliquo aut Episcopo: aut Principe, quam ex Aula Petri Cracouien. Episcopi, ex quo factum est, vt ea prae caeteris viris eruditis abundaret. Verum et Cracoviae multis liberalitatem impendebat: atque eorum tres quasi classes faciebat. Quorum tenues erant facultates: pueros presertim in Arce Cracouiensi in ludo literario instituendos curabat. Procerum vero filios vna cum fratris sui filiis, in Curia sua Episcopali fouebat. Fuitque ei vel maxime curae vt liberaliter educarentur, et a Magistris quos habere potuit electissimos ad humanitatem virtutemque tenerae mentes eorum fingerentur. Alebat autem ex clarissimis quibusque familiis, a Szamotuli, ab Ostrorog: a Pompow: a Czarnkow: a Tharnow, a Coszielecz: ab Opalenitza, a Iaslowiecz, a Conari, a Ruszecz: a Chlevicze: et ab aliis quibusdam familiis, circa quas multis etiam

tenuioris fortunae pueris: et ad victum necessaria suppeditaban-tur, et aliquid haurire disciplinarum licebat. Quae quidem illius liberalitas: ad plurima visa est pertinere: primum Reipublicae posteritati consulebat: cum satis esse non putaret, si prudentissimis ipse fidelissimisque consiliis suis eam et ornasset vivens, et adiu-uisset: nisi hoc quoque effecisset: ut se mortuo nihilominus posteri sui honeste educati, libero homine dignis artibus perpoliti, possent ipsi quoque aliquando Reipublicae, non solum esse ornamento verumetiam emolumento. adeo non praesentis modo, sed et conse-quentis temporis rationem habebat: consiliaque eius aut in sempi-ternum, aut certe in quam longissimum tempus spectabant. Etiam mortuus prodesse patriae suae cupiebat. Deinde ordinem sacrum cum prophano in gratiam ponebat, hac enim tanta benigni-tate sua principum virorum voluntatem plurimum sibi demerebatur: cum viderent Episcopum, suorum liberorum alterum parentem agere: atque ita in curam parentum succedere: ut si qui spoliati eis essent, se pupillos esse scirent, magis quam sentirent. Quinetiam si minus tum per aetatem intelligere potuissent, corroborata tamen ea, atque una confirmato consilio, praeclare secum actum cognituri essent: quod sub hoc Antistite pupilli facti essent, cum domi paternae, vix eis unquam tam honeste et liberaliter educari licuisset.

Postremo fratris sui filiis quos duos habebat superstites rationibus prospiciebat: quibus quam relinquere potuit hereditatem ampliorem: quam eorum stabilem et firmam amicitiam, qui non postremum aliquando inter Principes Regni locum essent habituri. Nam si magna inter eos consuevit esse amicitia, inter quos puerilis usus et consuetudo intercessit: qui sub iisdem praeceptoribus: eodem tecto: eadem mensa usi: iisdem studiis operam dederunt, quanto maior debetur his beneuolentia cum quibus, non solum ista communia habueris: sed etiam patrui eorum beneficio ea communia habueris: ut illi, acceptum ferre, propinquis eius

gratiam referre debeas, si quid sis laude dignum consequutus.
Firmissimam hanc fore amicitiam necesse est: vt quæ sit Adamantis ætis
quibusdam vinculis conglutinata: magnæ itaqz ei curæ fuit: vt
cum aliorum Procerum: tum fratris filii Nicolai Thomicij Castel:
lani Gnesnen qui aliquot ante annos diem suum obierat: recte
educarentur.

De augendis autem eorum facultatibus (vt plerique omnes faciunt
Episcopi) non fuit sollicitus adeo: vt ne teruncium quidem ex:
penderit in emendas possessiones: quę patrimonio eorum posset adijci,
quod et religione se dicebat impediri, ne pecuniam Ecclesiasticam in
rem verteret propinquorum: et multis qui hac ratione suos locuple:
tare volebant, infœliciter eam rem cecidisse pluribus exemplis
prolatis, sæpe commemorabat: vereri itaqz se: ne intempestiua sua
beneuolentia: non solum nichil eis vtilitatis afferret. Sed magnam
etiam aliquam calamitatem importaret.

Omnes autem suas facultates: partim in prædictos vsus conuerte:
bat: partim in templa et prædia Episcopalia ornanda. Exedifi:
cauit Sacellum in Ecclesia sua Cathedrali Cracouiensi maximo
sumptu, quo nullum est in toto Regno elegantius: cum a Regio
discesseris. In eo præbendam fundauit viginti quatuor Marcarum:
ea voluntate, vt nemini eam nisi Institutiones Imperiales publice
interpretanti habere liceret. Edem diui Michaëlis in Arce Craco:
uiensi latere cocto texit: multis picturis illustrauit, atqz fastigium
in ea pulcerrimum fabricatus est.

Domum in qua habitabat in Platea Canonicorum egregie ornauit:
atqz posticum illius vbi est Culina: magna pecunia construxit:
pluris enim quam facile quisqz credere possit: vel sola fundamenta
constant. Nam cum locus esset paluster et vliginosus: fodi exi:
nanirique et palis configi necesse erat: quas in res ingens fuit
erogata pecunia.

Iam in Luborzicza, Bolechowice, Siedlecz, Dobrowoda, Cunow, Bodzentin
Kielce, magnificas et sumptuosas ędes, ligneas licet, ędificauit.

Similiter in Vawrzinczice: cui prædio vicinam quandam curiā emit Ducentis florenis in Vola Zabirzowska: duosqȝ aduocatos redemit, quos ei adiunxit. In Radlow Castellū construxit ligneum: sed fundamenta ex lapide magno sumptu, ꝙ cum in vicinia lapides reperiri non possent: ex locis remotioribus eos conuehi fuit necesse. Ei Castello cum vicinus est fundus Rudka cuius dimidiam vnam partem Zakrzewski, alteram Abbas Thyniceñ possidebat: illi pro sua parte aureos dedit octingentos, cum hoc vero ita pactus est: vt villam ei daret Przeczicza prope Pilszno: quæ nulli fuit Episcopis vsui: propterea, ꝙ vsus fructub eius a certis hominibus semper impetrabatur: atqȝ in eius locū acciperet alteram partem dimidiam fundi Rudka: Et totum prædium Cargow: Quoniam vero omnes abbatū coloni: Et operas Et certum vectigal frumentariū Regi debent. non ita magno negocio apud Regem obtinuit, vt Cracouiensibub Episcopis in sempiternū tempub vtrumqȝ donaret. Simile quiddam fecit de villa Opathowiecz, prope Radom, quæ cum in eadem esset causa: atqȝ villa Przeczicza, permutatione facta, adiectis Ducentis Marcis: villam prope Cunow multo fructuosiorem accepit, et bonis illis adiunxit ....

In Bodzanczin ex lapide posteriorem Arcis partem. In Sievior totam Arcem fabricandam curauit: eamqȝ munitissimam, cuiub Arcis etiam fructub auxit: empta Aduocatia: duobus laneis: duobus hortulanib: Balineo, Et aliis id genub: ex quibus non parū ad Sievieriensem Castrum vtilitatis redundat.

In suburbio Cracouiensi stabulū ingenb extruxit Nosocomium præterea: multaqȝ membra, pro equorū curatoribub: Et piscinas aliquot. Ad quas res amplum fere spacium a Regia Mte impetrauit; tum sibi, tum suis in Episcopatu successoribub in eo loco quod ferale vocant: Curiam quoqȝ Episcoporū Cracouieñ exornauit.

Piotrkowiæ quoqȝ vbi Comicia haberi consueuerunt, egregiam

domum ligneam licet, construxit: Et cum antehac non habuissent Episcopi Cracouien certum locu, ad quem in Comicijs diuerterent, impetrauit a Regia Mte, vt ea domus propria esset ac perpetua Cracouien Episcoporu. Multo maximam itaq vectigaliu suoru partem in huius generis ędificia insumpsit: tum Et in orna:menta Ecclesiastica: quae Et primario suo templo: Et alijs complu:ribus liberaliter suppeditauit.

Prouidit etiam prudentia sua singulari: vt Harpijs Romanis quos vulgo Cortisanos appellant, adijtus ad Ecclesiasticos honores in Dioecesi sua esset interseptus, quae res vt maiore (opinione omniu) sumptu ei constitit: deliniendi enim fuerunt magnis muneribus. hij penes quos rerum omnium summa fuit in vrbe Roma potestas, ita ad maximam Ecclesiae vtilitatem pertinere videtur. Licebit enim deinceps Cracouiensibus Episcopis. viros eligere dignos, quibus mandent Sacerdotia. Quae ne Romanis artibus contra nutum eorum: Et voluntatem vsurpare sibi quisq possit: prudenter ab eo prospectum est. Obtinuit enim apud Sedem Apostolicam, vt omnium fere Sacerdotioru, quae paulo magis opima sunt, Et fructuo:sa, Iuspatronatus penes eos esset: quos Episcopus Cracouien Arcibus suis praefecißet. Qui cum prophani sint homines: non licet eorum Sacerdotiorum nomine: quae illi tamen non nisi Ex episcopi et do:mini sui sentencia collaturi sunt: litem cuiq intendere. Ipse vero in concedendis sacerdocijs hunc morem habebat: vt ea nec opinan:tibus plerunqz deferret. Petaces oderat: ex eo voluptatem capiebat maximam, si non solum preces anteuertißet, verumetiam ne per som:nium quidem cogitanti alicui honorem Ecclesiasticum mandaßet. Perinde autem laetabatur: si cui benigne fecisset: acsi beneficio ali:quo ipse: cumulatus esset. Accipere enim se beneficium cum daret existimabat.

Fuerunt apud eum virtuti Et erudicioni pmia posita, earum rerum imprimis rationem habebat. Nam si quisq ingenioru fuit amator maximus: literarum fautor: quas quantum potuit promouere stude:bat.

Alebat Hebraicarum, Grecarum, Latinarum lrarum interpretes.
Diuini vero verbi precones eiusmodi deligebat: vt post hominum memoriam, nemo fuerit in Polonia: cum doctrina, tum vitæ innocentia, cum eis comparandus, quos non solum insigni liberalitate: verumetiam veneratione quadam prosequebatur, eratq in eos humanissime effusus: inter quos Principem locum facile tuebat Joannes Leopolien insignis Theologus, non vita minus quam professione, in quo cum doctrina certabat integritas, vt neutra alteri concedere videretur, neq posset quisquam vtrum melior an doctior esset iudicare. De cuius morte cum nunctium accepisset, adeo perculsus fuit et perturbatus, vt modum lachrymis facere vix posset quod magno se atq Ecclesiam suam ornamento spoliatam esse diceret.

Eodem modo affectus fuisse dicitur, cum allatum ad eum erat, excessisse vita, eum qui verbum dei prædicabat, in Ede diuæ virginis in foro Cracouiensi Martinum Dobrogost, virum et ipsum cum sacrarum lrarum cognitione, tum vitæ morumq probitate. commemorandum: facile vt quiuis cernere posset, magnam illi cum viris bonis, atq aliqua vitæ sanctimonia præditis, cognationem fuisse, quos vt viuos in oculis ferebat: et mortuos non minori pietate deflebat. quàm si eorum aliquo fuisset orbatus: qui eum vel arctissima sanguinis necessitudine attigissent

Sed si non alia vlla ex re: extremo certe vitæ illius ex actu iudicium cuiq facere licebit: qui fuerit vitæ eius anteactæ cursus. Fieri enim plerunq solet: vt qualis fuit alicuius vita, talis ei excessus è vita contingat. Hic autem quemadmodum ex corporis sui diuersorio: æternam illam in domum migrauerit: res esse videtur vna dignissima, quæ lris mandari, et si fieri queat, immortalitati tradi debeat: optare sibi quisquam vix audeat mortem eiusmodi, quali ipse fuit, singulari Dei beneficio consopitus. Nam cum laboribus modum non faceret: seq perpetuo legendo: scribendoq conficeret anno a partu virginis Millesimo

quingentesimo Trigesimo quarto, pridie Idus Maij mensis, quo die servatoris nri ascensio celebrabatur: in gravem stomachi dolorem incurrit: quem uno mense interiecto, morbus est regius subsequutus: non sine ardore febrili, ex quo morbo cum esset medicorum ope recreatus, ad tercium Calendas Augusti febre terciana tentari cepit: quam postea tanti sunt et stomachi, et renum dolores comitati, ut iam extremum vite sue spiritum editurus videretur. Emersit utcunqz ex his periculis Dei potius misericordia, q ope aliqua humana: a febre tamen nunq prorsus liber esse potuit: quae cum aliquandiu statos dies quibus recurreret non haberet: tercio persaepe die, interdum quarto: aliquando quinto, sexto quandoqz nonnunqz septimo, octavo, nono, die redibat: itaqz ex Consilio Medicorum: cum lectissime faeminae Magdalenae Wrzesienska sorori sue germanae, Cracoviae mortuae iusta fecisset, ad tercium calendas Decembris in oppida sua Kielce et Bodzantim concessit: ut tanto libero magis: et soluto animo, solius valetudinis sue curam gerere posset. Sed eo quoqz negocia eum persequebantur. Quamvis igitur in solitudinibus illis meliuscule valeret: tamen tercio quoqz die: levi quidem: sed febre tamen tentabatur. Hanc autem sui corporis affectionem, certo quodam suo consilio diligenter celabat: vix enim unum aut alterum illius esse conscium patiebatur. Evenit dum se in Oppidulis suis contineret, ut Regia Mtas filiam suam Hedwigim Ioachimo Marchioni Brandeburgen Principi Electori collocatura, atqz nuptias apparatura Cracoviam proficisceretur. Quamobrem cum ad alios regni Proceres, tum ad ipsum quoqz Petrum Cracovien Episcopum lras dedit quibus eum ad filiae nuptias invitabat. Deteriore tum loco valetudo eius esse ceperat, Nam ad alia mala accessit intestini exitus. Longaonem vocant medici: quo misere excruciabatur: Nichilominus voluntati Regiae deesse noluit. Extremo mense Julio, cum solis ardores essent vehementissimi in viam se dedit Dici non potest quantos fuerit dolores intestini perpessus: dum

curru pensili vectaretur, præcipue si quando ad saxum rotæ impingebant: Sub id ipsum tempus aqua crescebat interius: quam hidropa Græci vocant: atq; ita Cracouiam est perductus: vt deposita iam salus illius esse videretur: nullo tamen periculo deterreri potuit: quin cum Regis aduentum septem plus minus diebus præuertisset aduenientem eum vna cum Prælatis et Canonicis suis in templo exciperet: atq; ex eo tempore nunq̃ in conspectum Regis prodire per morbum ei licuit, qui magis indies atq; magis aggrauescebat: Neq; tamen ideo de suo erga Rempublicam studio quicq̃ remittebat: officio quod gerebat Vicecancellarij ita fungebatur: vt ne Cancellarium quidem qui tum deerat: [Cancellariatus tunc vacabat ex morte S. Szydlovieczii] quisq̃ desideraret bona spe semper fuit: se ex hac quoq; sua incommoda valetudine emersurum.

Quanq̃ graui et periculoso morbo conflictabatur et maiores q̃ credi possit corporis cruciatus perferebat, tamen consilio prudentiaq; adeo non deficiebatur, vt quemadmodum ipse indicasset ita sibi Rex plurima facienda putaret.

Visebatur itaq; et colebatur a multis. Ipse etiam sponsus Joachimus Marchio: sæpe sibi adeundi ad eum potestatem dari cupiebat: quæ cum ei negata sæpe fuisset: q a tocius corporis doloribus oppressus: excipi pro dignitate non potuit, vsq; eo instabat atq; vrgebat: vt cupiditati eius resisti diutius non posset. Quare facta tandem ei fuit visendi potestas: quo ex mutuo congressu: magnam vterq; voluptatem capiebat: neq; potuit alter alterius dotes satis prædicare.

Toto eo tempore: quo fuit Regia M.tas Cracouiæ, bimestri fere, nisi q lecto fuit affixus: et in Senatum venire non potuit: cæterum et Senatoris et Vicecancellarij officia omnia perinde obibat: ac si nullo prorsus valetudinis genere tentaretur, videbaturq; apud Regem gratia et authoritate non minus q̃ cum maxime valeret, itaq; et sororis suæ filium Andream Cricium virum multis virtutibus imprimis suspiciendum, et omni

doctrinarum genere perpolitum Archiepiscopum Gnesnensem, Regniq Primatem renunciatur[?]. Et fratrem suum Stanislaum à Thomice, suis solius precibus ex Iuniorladislauiensi Calisien Palatinum absentem vidit designatum. Quibus ex rebus ingenti fuit elatus laeticia: verum discessu Regio inclinari valetudo illius coepta est. Ita enim accisae fuerant: et extenuatae vires eius, nichil vt esset vlli medicinae loci: Intellexit igitur non procul extremum vitae suae diem abesse: Octauo Calendas Nouembres compluribus eum circumstantibus, codicillum: quem sesqui mense: ante conscribi fecerat manu tenens: hanc esse extremam voluntatem testificatus est: quae in Codicillo perscripta esset: eam se ratam habere, ei vt satis fieret cupere. Non ita multo post, sigillum Regium fidei suae concreditum ipse suis manibus in aureum Sacculum imposuit: quem deinde signo suo obsignatum, in Capsullam pulcherrimam coniecit eam in Papyrum inuolui: multisq multorum sigillis obsignari atq ita in Ecclesiae thesaurum deferri iussit. Postridie legi sibi fecit ad amicum aegrotum consolationem, quae Diuo quidem Hieronymo inscribitur: Sed alterius cuiuspiam Scriptoris non minus eruditi esse videtur: Ea cum esset prope modum ad finem perducta: illico ad se Sacerdotem nulla mora interposita vocari iussit: qui se sacro oleo inungeret: Quod vbi recte fuit confectum: mox a percepta vnctione: non solum offensas, hys a quibus aliqn fuit laesus condonauit: verumetiam pecunias sibi debitas, reliquaq omnia, plus mille aureos remisit omnibus, Deum precatus vt pari liberalitate sibi quoq erratorum suorum gratiam faceret.



In sequenti die pridie Symonis et Iude omnes ad se famulos suos accerseri iussit: ignosci sibi primum petit, si qua re animum cuiusq eorum aliquando offendisset: Deinde dextra seorsum vnicuiq data: benedixit et valedixit singulis. Nemo tam ferreus fuit: qui tum lachrymas tenere potuisset. Ipso die Symonis et Iude venerunt ad eum tum fratris filij, tum qui cum eis vna erudiebantur aliorum Procerum liberi: hijs quoq singulis

simili modo benedixit et valedixit. Postridie qui fuit dies veneris: non dubia fuerunt signa impendentis iam mortis. Admonitus itaq; a Stanislao Borek: cui et se: et sua omnia commendaverat, vt preculas quasdam pulcherimas recitaret, accomodatas hijs, qui extremum vitæ diem morte confecturi, atq; cælestem in patriam sunt migraturi: preeunte eo, ita singula verba concepit atq; ita expressit: vt omnium circumstantium animos admiratio subiret: subinde pectus manibus tundebat. diuinam misericordiam implorando. Aderat iam meridies, cum passio secundum Lucam legi cœpta est, iam enim agere animam videbatur: Res accidit admiranda, cuius multi testes fuerunt oculati: Cum ea verba sacerdos recitaret: (Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hec dicens expirauit:) nobilissimus atq; optimus Antistes, eo ipso puncto vel potius momento temporis, quo fuerut illa verba a Sacerdote prolata, vno tantum habitu, extremum spiritum edidit, atq; eum in cœlestis patris manus commendauit.

Si quis exactius consideret inicium finemq; morborum, non ociosum esse reperiet, quod in ipso die Dominicæ ascesionis in morbum incidit: omen enim id fuisse videtur, eum quoq; ad patrem cœlestem non ita multo post Ascensurum. Quod vero sesquianno fere, omni cruciatuum et dolorum genere, miserandum in modum affectus fuit, atq; aflictus, signo esse debet, si quæ per eum peccata fuerunt et commissa, vt nemo est mortalium, qui non alicuius vicij sit affinis, qui non scelere se aliquando aliquo contaminauerit: Voluisse Deum hic comissorum pœnas ab eo expetere, vt supernj gaudij tanto celerius compotem facere posset. Cuius enim iam potitum esse, vel vita anteacta, vel quæ paulo ante mortem gessit: vel ob hoc deniq; ipsum certissimo potest esse argumento, quod ipso die Veneris vt Christus seruator et redemptor noster: quod hora quasi nona vt idem: quod cum ea verba legerentur: quibus idem patri suo animam suam commendauit: ipse quoq; Deo patri spiritum

suum tradidit. Quid quod qui fuit mortis dies: eundem natalem eius fuisse obseruatum est: annon ea quoque res magno esse potest indicio: natum eum in vitam meliorem fuisse: quo tempore ex hospicio corporis sui migrauit.

Rmus in Christo pr dns Petrus de Tomice Episcopus Cracovien et Regni Poloniae Vicecancellarius mortuus est Cracoviae feria sexta, in Crastino Sanctorum Simonis et Jude Apostolorum quae fuit XXIX Octobris, post horam XXI. minuto 30. Sepultus est vero XXI Nouembris Cracoviae in Ecclia Cathedrali, in Capella sancti Thomae Archiepiscopi Cantuariensis ab eo a fundamentis extructa: et dotata: positus in sepulchro quod viuens adhuc ipse sibi posuit.

In pariete eiusdem Capellę, maiusculis lris scriptum.

Deo. Opt. Max. suoque postremo muneri
Petrus Tomicius, primum Premisliensis
Dehinc Posn: post Cracouiensis Episcopus.
Et Regni Poloniae Vicecancellarius, mortalitatis
memor ipse posuit. anno salutis M°. D°. XXXII°.

In sepulcro vero incisum.

Petrus Tomicius Episcopus primum Premisliensis
dehinc Posnaniensis: postremo Cracouiensis.
Et Regni Vicecancellarius mortalitatis memor
ipse posuit. Anno salutis M°. D°. XXXII°.

Petro Tomiczki Episcopo Cracouiensi Regni Polonie Vicecancellario auunculo incomparabili

Andreas Krziczki Archieps Gnesnen nepos amari doloris plenus posuit.

Defunctum ploret semper Cracouia Petrum
Ingenti cuius pastor honore fuit
Publica res ploret diris obnoxia fatis
Consilio illius que bene fulta stetit.
Ploret religio, plorent ecclesia, clerus,
Inuictus quorum semper erat clipeus.
Mæreat aula suum quæ porrigit vna tenorem
Omnibus extinctum iam decus esse suum.
Ingemat et Princeps tam digno orbatus Achate
Quo sine succedat q sua facta videt.
Nam Petro extincto vigor aulicus ille refrixit
Consilii, eloquii, ponderis, et calami.
Oppressi ac inopes plorent doctiqz probiqz
Patronus quorum doctus et ipse fuit.
Denigz plorem ego naucleurus, cui tradita sacræ
Summa ratis, solo hoc remige fretus eram.
Exultent patrie pestes, et monstra sacrorum
Hercule ad hec vno cum satis esse nequit.
Heu Petro color est mutatus vt optimus vno,
Regni, aule, templi, principis, et populi.
Ille tamen fœlix mediis sublatus ab vndis
Quas scelus, ambicio, numina lesa mouent
Nunc ego auuncule mi, merentem hoc carmine mentem
Testatam volui cum tibi, tum patrie

Tu vita exutus vinces tamen. Omnia quamvis
Mors rapit in famam non habet illa manus

Epithaphium.

PEtrus hic est Comites artes, prudentia virtus
Maiestas, species, gratia et eloquium
Quem non ambicio, non dona, non aulica techna,
Sed regnum euexit gloria, voxque hominum
Constitit in sede hac potius, renuitque supremam
Sponte datam: regni sed potiore bono
Templorum columen, patriae laus, norma senatus
Iusticiae clipeus. pontificumque decus.
Haec summa hic tantum. nam non moritura viator
Fusius exponet singula fama tibi

Elegia in obitum Petri Tomiczki Epi
Craccouien: Regni Polo: vicecancell
per Stanislaum Hosium

Ergo te quoque iam rapuerunt impia fata:
O pater, ô patriae gloria magna tuae:
Et tua crudeles rapuerunt stamina Parcae:
Religionis honos, Pontificale decus.
Eheu quid tantum sceleris concepimus in nos?
Quod tantum admisit plebs tua Christe nefas?
Orbasti pastore gregem, pastore fideli.
Orbasti regnum principe consilii
Presidio orbasti doctosque probosque et egenos
Ab sole orba ta est terra Polono suo.
Consilii lucem porrexit hic omnibus vnus
Hic erat auxilii copia larga simul
Nunc re, nunc opera faciebat saepe benigne
Si quis aut opera re ve necesse fuit

Nec magis hunc vllo vidisses tempore letum
    Q᷒ decorandi aliquem cum fuit causa data
Premia virtuti posita hunc apud ampla fuere
    Et studiis fructum reddidit ille suum
Heu quantã accepit plagam respub.ca tota
    Heu quantum damni nunc sacer ordo tulit
Cuius tam presens patronus non fuit alter.
    Nemo fide nemo maior amore fuit.
Longa Petrum talẽ vix vnq᷒ proferet etas
    Qui sic tot prestet dotibus eximiis
Hic incredibilis quedam prudentia, qualem
    Non temere in quoquã nunc reperire licet
Hic doctrina fuit minime volgaris, et vna
    Magnarum hic rerum maximus vsus erat
Hic erat in cunctis ingens moderatio rebus
    Hic mitte ingenium vultus erat placidus
Hic animi inuictum robur, fidentia magna
    Si pia iusta simul causa tuenda fuit
Non sibi quemq᷒ hostem dubitabat sumere, dum pro
    Iusticia pugnat nulla pericla timens.
Jam vero in labris, suade illa medulla sedebat
    Qua facile potuit flectere corda virum.
Hinc adeo factum est, nemo vt mortalis haberet
    Tam certum quidq᷒, tam sibi propositum:
Quin id, quando suos voluit contendere neruos
    Mox extorqueret viribus eloquii.
Jnde gubernabat solus Comicia sepe
    Coniungens animos principis et populi
Nunc formidandum, nunc se prestabat amandum
    Nunc etenim comis, nunc erat ipse grauis.
Ergo Petrum extinctum sensit Respub.ca nuper
    Senserunt quibus est publica chara salus.

Sensit Sigismundus cunctorum gloria regum
    Cuius erat pectus pectoris ille sacri
Singula quid referam? nemo comprendere paucis
    Tot poterit dotes corporis atqꝫ animi.
Tum bene ut hiis vsus fuerit, tum commoda quante
    Cure illi fuerint Principis et patrie.
Optes talem alium Cracouia forte licebit:
    Quod speres nihil est, non cito talis erit
Sed quando summi patris fuit ista voluntas:
    Ut nostro orbaret nos pater ille patre
Quando proculdubio hoc enormia nostra tulerunt
    Tot scelera, in que iam prò dolor incidimus:
Nos deflere vicem nostram fortaße decebit
    Orbos pastore, et principe consilii.
Orbos presidio doctorum vna atqꝫ bonorum
    Orbos et solis lumine flammiferi,
Felicem ast illi vitam gratemur adepto
    Letus enim fruitur sedibus ethereis.
Sed quoniam hisce loqui timide de rebus oportet
    Religio nostra hoc nos, pietasqꝫ docet
Dicito cunctorum Lector pro more piorum
    Propicius famulo sis Bone Chrẽ tuo

Qui tibi cuncta refert acceptum, seqꝫ suosqꝫ
    Progressus si quos fecit in Italia
Hec Hosius grate mentis pietatis et ergo
    Apposuit tumulo chare patronę tuo.
Flens multum et lachrimans: fata impia, ò impia fata
    Impia fata, illi raptus es ante diem.
Hoc omnes de te doctiqꝫ boniqꝫ queruntur

Nemo fuit doctis, nemo bonis melior
Non alia vlla bonis est causa relicta querendi
De te, quam quod cis raptus es ante diem.

Elegia Rdi patris Ioannis Archiepi Vpsalensis
in funere Petri Tomicii Epi Craccouien. Vicecancell.

Is Archieps pulsus e Svetia per Regem, qui in
Lutranismum cōsentire Regi noluit, in Gdano
degebat. Quem Tomicius ope ac liberalitate sua
sublenabat.

Plange tuos tristes casus Cracouia plange
Et planctus renoua tempus in omne tuos
Lux tua, lux patrie, lux vnde Polonia tota
Illustris erat morte premente cadit
Tam dignus presul vix vnquam prodiet ex te
Quamuis preclaris es numerosa viris
Hic est quem finxit nature prodiga virtus
Et raras dotes ingeniumque dedit.
Quidquid virtutis fuit et probitatis ab illo
Fluxit, vt ex fonte flumina magna fluunt
Illius egregio facundia presule digna
Non Crispo inferior aut Cicerone fuit
Nec minor eloquio fuit experientia rerum,
Qua se monstrauit esse patrem patrie
Nec potuit nomen sapientis iustius vlli
Attribui, sapuit dogmata praua vetans
Illius exemplo regitur sapienter Ouile
Christi, Nam sapuit non sapiendo nimis
Sobria sit inquit Paulus, sapientia nostra
Nam qui plus aliis non sapit ille sapit
Quid loquar? illius tantum sapientia nobis
Profuit vt numeris non numerare queam

Dulces eximias mecum seruo sapientis
Presulis, et veneror, plurima scripta mihi
Felix Rex, felix regnum: felicia cuncta
Que per tam sanctum sunt moderata virum
Nec fuit infelix aut importabile nrum
Exilium, quando is auxiliator erat,
In duros aliquos cecidissem forte Tomitas
Ni Tomicius hac me reuelasset ope:
Cui si pro merito lacrimis succurrere possem
Totus ego in lacrymas soluerer absque modo.
Sed scio quid faciam: Te Christe precor miserator
Suscipe defunctum. Nobile plasma tuum
Nec mea solius est tamen ista precatio: turbas
Innumeras audi, que simul ista petunt.
Illis magnifica donaria contulit, vt si
Non audire velis, vim tibi ferre velint
Est illis violenta manus: celumque rapaces
Inuadunt: rapiunt vi tua regna Deus:
Num tantis turbis Deus ipse resistere possis?
Quas facit inuictas lex bonitasque tua
Quid? cecis, surdis nudis, claudis, et egenis
Pupillis viduis, Christe negare potes?
Hos prudens presul multo conduxerat auro
Vt secum properent Judicis ante pedes
Horum aliquis dicet. O clementissime Iudex
Pro nostro Iure, ducere patitur sine
Regnum celorum nostrum est, vt testis es ipse
Tam verax, quod te nemo negare queat
Hoc ergo a nobis bonus iste Tomicius emit
In nos profundens quidquid habebat opum
Non potes obniti: debes subscribere: Fiat:
Te cogit pietas, te tua pacta ligant

Respice quam sancte, quam iuste, quam moderate
Vixit et in cunctos qua pietate fuit
Felix et nimium falix, qui talibus usus
Artibus ad superos tutus habebit iter.

Epithaphium Petri Tomicii Episcopi
per Wolfgangum Drossium

Hospes cur properas? non te sermone morabor
Longo, sed dicam paucula, siste gradum.
Vis scire ornandi fuerit que causa sacellum?
Id simul, hoc lecto carmine doctus eris.
Petri Tomicii iacet hoc sub marmore corpus
Felices campos, sed tenet umbra levis
Quem Deus omnipotens donavit dotibus amplis
Corporis, atque etiam dotibus ingenii
Huic populum verbo Christi bene pascere quondam
Evehere et doctos maxima cura fuit
Sacri Sigismundi quoque magna negotia Regis
Multo prudenter tempore sustinuit.
Consiliis eius pollebat mens celer aptis
Et poterat certa cum ratione loqui
Aurea miraris crebra hic insignia Navis?
Desine, sunt pariter gentis et officii.
Luctantem Petri Navem perducere Petreus
In portum studuit fluctibus e mediis
Clara et cumprimis veteri de gente Polona
Nobilia hec veniunt stemmata Navicule
Fastu correptus nunquam, sed corde benigno
Vultu et gaudenti prestitit officia
Fovit et innumeros quorum fortuna noverca
Corpora divitias, fregerat insidiis

Ergo tu quotiens hac tendis amice viator
Dic, vivat celo, vir bonus atque pius
Et maneat terris, se nullo et terminet evo
Tam clarique probique inclyta fama viri.
Hec breviter dixi, sed dignas dicere laudes
Factu non facile est, nonque tabella capit.
CEtera preclari sublimia facta Leonis
Unguibus ex istis amplius ipse putes
Certus perpetuo nihil hoc sub sole quod extet,
Virtutem excipio, cetera morte cadunt
Aspice tot Regum totidemque heroum sepulcra
Mors tulit hos omnes pallida falce sua
Egregiis factis inventa at gloria vivit
Vixisse et recte, fama perennis exit
Sed frustra hec legi, ne dicas lector amice
Munere pro grato, iam hoc tibi carmen habe.
Vade, vale felix, et gaude in Nestoris annos
Immemor at nunque funeris ipse tui.

Aliud . eiusdem Volffgangi

HEc Petri corpus condit tumba ecce viator
Ellisiam vallem spiritus ipse subit
Scire cupis fuerit vivus quo nomine clarus?
Prudens, magnanimus, pastor et egregius
Sigismundo Regi sacro gratissimus heros
Et charus populo, charior atque piis
Iustus, compatiens miseris, virtutis amor,
Osor perversi maximus ille fuit
Fastus nec lucri cupidus, non invidus unque
Sed mitis, largus, commodus atque bonus.
O utinam referat divina clementia talem
Publica privatis qui anteferenda putet

Nilq; animo voluat melius q pascere plebem
Seruire et Chro sanctius esse nihil

Epithaphium Petri Tomiczki Epi Crac: Regni Pol: Vicecancell: qui moritur Craco 29 octobris 1535 vixit annos 70. per Joan: Dantiscum Epm Varmien

Hic iacet Antistes templi clarissimus huius
Gentis Tomicie Petrus in orbe decus
E viuis fractus lenta egritudine cessit
Illi quam Regni sedula cura dedit
Ardua tractabat qua sepe negotia, magnus
Consilio, triplici magnus et eloquio:
Iudicio quoq; sublimi, prudentia et equi
Cultura, constat non habuisse parem
Hunc aula, et lugens Respub.ca sensit adeptum
Cuius presidio, commoda multa tulit
Omnibus hic post se virtutu exempla reliquit
Per quas cum Chro viuit in arce Poli

Aliud Epitaphium

Hoc viuens Bustum sibi struxit Epus iste
Prudenter reputans q moriturus erat
Exornauit et hoc pulcrum cum dote Sacellu
Nec desunt Mystis munera larga sacris.
Pauperibus pius et doctis esse pater solebat
Nulli cui potuit facere, negabat opem.
Quidquid habent Zophie, duplicisq; volumina iuris
Hauserat in Latiis non sine laude Scholis
Hoc igitur fieri vita durante sepulchrum
Iussit et hic oculis vidit adesse suis
Qui memor est mortis, metuit peccare subinde

Peccat, qui mortis non solet esse memor.

Plorans hec posuit Culmen. Epus imo
corde suud dominum vel prelate patrem

Stephanus Brodericus Eps Sirmien
Petro Tomicio Epo Cracovien Et
Regni Poloe vicecancell° viventi

Brodericus fugiens bellu civile inter Joanne et Ferdinand reges in Vngaria ortu deserens Vngariam comoratus est in Polonia. Hunc tum eius familiaris Tomicius alebat. Js postea in Vngaria reversus: adducta Joanni Regi suo ex Polonia uxore paulo post mortuus est in patria sua. Vir erat integerrimus doctus Sapiens.

Quas tibi nunc referam Presul dignissime grates?
Vnde petam meritis premia digna tuis?
Tu me dum patriis longe exulo pulsus ab oris
Et medice infirmus quero salutis opem.
Complexus vero patrie pietatis amore es
Tu pater et dominus, tu mihi frater eras.
Nil passus tunc deesse mihi cum cuncta deessent.
Cum premerent variis me mea fata malis.
Ergo cum nequeam quas vellem soluere grates:
Persoluant meritis Numina sancta tuis.
Jlla tibi optatam tribuant longamque salutem.
Et tribuant votis omnia fausta tuis
Sis columen patrie sis tanti gloria regni
Sis patrum et regis cura benigna tui.
Atque utinam iratos potuisses ungere Reges.
Laus erat hec Titulis annumeranda tuis.
Hoc quoque sollicita versantem mente labores.
Vidimus: in magnis et voluisse sat est.

707

Doctissimo viro Lasaro Bonamico
Professori Patauino: preceptori.

Hosius Stanislaus Discipulus
S. P. D.

Memini me tibi paucos ante menses scribere, Lazare doctissime: quo tempore et grauissimis occupationibus prepeditus, et merore fui maximo debilitatus: iam tum enim, quod postea euenit, euenturum metuebam. Scripsi itaque tibi magis adeo, ut officio meo quoquo modo defungerer, neue illud, cum tam certi hominis mihi potestas fuisset, requiri diutius paterer: quam quod eo animo essem, ut mihi ad tantum presertim virum quidque scribere vel liceret, vel liberet. Nunc ita fortuna tulit, quam ego nimis nouercam experior, ut de occupationibus quidem meis non nihil detractum, ad luctum vero meroremque animi permagna facta sit accessio. Quisque ne tam ferreus esse potest, quem non commoueat optimi Presulis mors, atque immortalitate dignissimi? Magnum Reipublicae nostre fortuna vulnus inflixit. Ego vero quantam plagam acceperim, tanti viri, tanti patroni mei, vel parentis potius interitu, in opinione tua relinquere malo: nam pro eo atque sentio, verbis exprimere non possum. Neque dubito, que tua est prudentia, cum singulari humanitate coniuncta, si in tanto luctu meo, quem ex patris, ex heri, ex sororis proxime continuatis funeribus acerbissimum hausi, nihil ad te literarum dedissem, quin facile fueris iusto meo dolori eo veniam daturus. Sed ego debere tibi diutius nolui, atque vel ob hanc ipsam causam, ut ab iis molestiis, in quas inciderit animus aberraret, faciendum putaui, ut eruditissime tue et elegantissimeque epistole respondere in qua quo certiora impressa vidi vestigia amoris in me tui, beneuolentieque minime vulgaris, hoc minus cunctandum, et primo quoque tempore aes alienum istud dissoluendum esse existimaui, ne si diutius tacuissem, secus tibi de meo in te animo existimandi copiam fecisse viderer. Qui quanquam ut scribis, perspectus tibi magis est et exploratus, quam ut unque

713

de meo in te studio in dubium sis venturus: tamen non omnino temere illud dictum videtur, permultas amicitias silentio et taciturnitate dirimi solere. Itaque ut aliquando longo licet intervallo epistole tue respondeam, pergrate mihi mi Lazare, et periucunde lre iste tue acciderunt: quas quoties lego, lego autem eas sepissime, toties incredibili tui desyderio inflamor: nihil ut mihi sit longius, quam in conspectum optatissimosque complexus tuos venire. Cuius rei quando sim facultatem habiturus, nihil adhuc certi habeo et explorati. Magna equidem spe tenebar, fore nobis hic pre-sentis tui potestatem: qua de re, que sit spes reliqua, puto te iam ex Ludouico Aliphio cognouisse. Is tua causa laborauit plurimum: is etiam unus nouit optime, quid in causa fuerit, per quem steterit, quo minus ardentissimo desiderio nostro satisfieret. Mihi lris omnia committere tutum non fuit, sed quando nos pertenuis spes consolatur, fore nos hic tui compotes, quid aliud mihi relinquitur, quam ut ad te istuc aduolem. Huius quoque rei ab amicis mihi facultas preciditur, qui se suo iure, vel maiorem mei partem, sibi vendicare posse putant: et nonnullum in me presidium suis fortunis constitutum esse arbitrantur. Sic vita est nostra, non quod volumus id facimus: sed transuersos nos agunt amicorum consilia: qui dum suis, ut ipsi putant, commodis prospiciant, quid nre ferant rationes, non magnopere attendunt.

In pistrinum compingere me conantur et detrudere; ubi neque mente sana, neque corpore sano esse licebit. Abiicienda est animi, abiicienda corporis cura: ex alterius prescripto ut viuam, ad alterius me nutum voluntatemque ut conuertam necesse est. Cum liber esse possim, atque eo me vocent liberalia studia, quibus tinctum iam tamen animum esse meum oportet: isti tamen gloriosius esse putant, seruire, quam in libertate vitam degere: qua meo quidem animo, nihil cogitari potest iucundius. Erat, mi Lazare, qui me liberali causa in libertatem assereret, omni ratione contenderet: qui me ad studiorum suorum societatem, et prece, et precio inuitaret. Sed quibus autoribus ea in re me uti oportebat ii deterrebant maxime. Quam tandem ob causam? impura fuit vita, et contaminatis moribus, qui id à me tanto studio flagitabat? nihil dici

potest sanctius: ipsam virtutem ipsam integritatem, ipsam esse diceres ino-
centiam: at nullo est ingenio, nulla doctrina praeditus? immo hac quoque
in parte nulli est in patria nostra secundus. atque ita in eo cum probitate
certat eruditio, neutra ut alteri concedere velle videatur: neque possis utrum
doctior sit an melior iudicare: sed fumosarum credo imaginum illi deest
commendatio, desunt opes? desunt divitiae? nam haec isti ad rem putant
maxime pertinere? immo his quoque rebus ita eum fortuna cumulavit,
ut principis viri personam facile tueri possit. Vis uno verbo complectar
cuiusmodi sit? Vir est Reginaldi Poli simillimus, ne solis polonis Polum
aliquem deesse putes: cum in templis quoque canant sacerdotes nostri, a Polo
Poloniam esse nuncupatam: Nomen etiam scire cupis? Ioannes est a Lasco,
is cuius in fide fuit Amianus olim noster, quem nobis ante diem fata rapue-
runt. Miraberis procul dubio, quam tandem isti causam attulerint,
cur me tanti viri, tantae voluntati deesse voluerint. Si dies complures
divinando consumas, non tamen assequeris. Quae res adiumento mihi
debebat esse maximo, ea fuit adversaria maxime. Vir is optimus, qui
et allegabat nonnullos ad me, et ipse praesens a praesente flagitabat,
ut secum una studiorum societatem inire ne recusarem, tanto est ocii
et quietis amore captus. ut se ab aulae strepitu removerit, in arce
quadam sua concluserit, familiarium etiam prope sermone sibi interdi-
xerit, ut animo tranquillo, et ab omnibus curis vacuo. vorare possit
eas litteras in quas ab ineunte adolescentia incredibili semper studio
ferebatur. Hoc ego vitae genus cum obviis, quod aiunt, manibus am-
plecti cuperem, propinqui mei et necessarii, quorum de rebus expeten-
dis et fugiendis longe diversum est iudicium, omnes adhibuerunt ma-
chinas, ad me de certa iam et deliberata sententia dimovendum, quod
multis Regni proceribus ultro invitantibus. fas esse mihi negarent ab
aula discedere, in qua et mihi, ut ipsi putant, et ipsis quoque multo ma-
iori esse queam emolumento. Ego autem cum aetatem fere in litteris consumpse-
rim, neque tam prudens adhuc esse didici, ut me potius quam alios audire,
neque tam fortis, ut iis urgentibus atque instantibus negare possim, cum quibus
aliqua mihi necessitudinis causa intercedit. Ita contra animi mei sententiam,

cogor ei Nunctium remittere, cui adiunctus esse vehementissime cupiebā: et in id vitæ genus descendere, à quo natura mea plurimum abhorret. Sum tamen adhuc liber: quod neque dū statutum cum animo meo habeo, cui potissimum me addicam: etsi quorsū animi propinquorum inclinent, video. Hic est mi Lazare nunc rerum mearum status. video meliora, proboq̨, deteriora sequor. Neq̨ dubito quin tu, quę tua est in me beneuolentia, istam meam infelicitatem ne dicam insaniam, misericordia putes prosequendam. Nam quod ex me certior fieri cupis, quibus in l'ris verser: hoc te scire volo, ex quo tempore te reliqui, quo sum in l'ris preceptore vsus, mihi minime pēnitendo, totos me dies scribendo consumpsisse, succisiuas tantum horas lectioni tribuisse. quę tn̄ ipsa et parum vtilis, et minime fuit iucunda. Ita enim scribendo animus defatigabatur, vt eum ad cogitandum instituere non possem: neq̨ aliud me magis à scriptione, q̨ nihil agere delectabat. Quare quòd in grauiore aliquo studii genere versarer, nihil erat, inspexi tamen quandoq̨ Ciceronis libros, sed inspexi tantū. Te vero mi Lazare, non possum non laudare plurimum, tuamq̨ istam felicitatem tibi inuideo, qui tuo istic arbitratu viuis, atq̨ in l'ris vitam degis, neq̨ vnq̨ ab earū studio recedis. Quod vero, autore viro integerrimo, atq̨ eodem omni doctrinę genere perpolito, ad sacras iam l'ras animū adpulisti tuū, quo te vel ętas ista tua ingrauescens olim vocare videbatur, eo tibi nomine vehementer gratulor: faceremq̨ id verbis pluribus, nisi modum iam epistolę inprudens excessisse viderer, dum amore tui et tecum q̄do corā non licet per l'ras colloquendi studio, prouectus sum longius. Hoc tamen preterire non potui, quin tibi magnas habere grās, de carmine ad me misso: quod mihi a te scriptū diuinitus videtur. Atq̨ vt intelligas, quātū apud me tua valeat authoritas, exemplo tuo prouocatus, ipse quoq̨ faciendū putaui, vt me totum sacris literis traderem. Augustinum legendū mihi sumpsi: qui videtur inter latinos teologos omnium concessu principem locū obtinere. Quam cuperem diutius tecum colloqui, sed et capitis quandā grauedinem sentio, et manus iam scribendo deffessa est. Cogor itaq̨ in medio cursum consistere, aut potius alteri epistolę partem hanc reseruare.

Te quaeso, pro tuo in me amore mutuo, vt me clarissimo viro Reinaldo Polo q̄ poteris officiosissime commendes. simul et Petro nostro Becbinio, iuvenem virtute predito singulari. Servet te Chrus, idemq̄ tibi tribuat constantem animum, atq̄ adeo non tibi solum, sed vtriq̄ nrum, quo possimus in coepto Christianae philosophie studio perseverare. Neq̄ enim qui ceperit, sed qui ad finem vsq̄ perseveraverit salvus erit. Cracoviae pridie Nonas Februarii Anno domini M° D° XXXVI°

Petro Bembo Cardinali
Stanislaus Hosius

Antea pudore terrebar, quo minus ad te aliquid literarum darem, ita enim iudicabam, nihil nisi perfectum ingenio, elaboratum industria scribi ad te oportere, qui cum tam ampla fortuna, tantam eruditionem coniunxisti, quantam tui loci atq̄ ordinis alius, fortasse nemo, imbecillitatis itaq̄ sue, vel potius nullitatis conscius animus a scribendo refugiebat. Nunc autem vicit pudorem leticia, cuius qnta vis esset, nunq̄ antea per aeque atq̄ nunc intellexi. Quanq̄ enim natura mihi nimium quendam planeq̄ subrusticum pudorem attribuit, qui me plus equo reddit meticulosum, multosq̄ persepe conatus meos retardat, simul atq̄ tn̄ fuit mihi renunciatum, te a Paulo tercio Pontifice, vere maximo optimoq̄ in Cardinalium Collegium esse cooptatum, tanta fuit gaudiorum vis, quibus incredibilem in modum exultabam, vt omni verecundia profligata, omniq̄ metu prorsus absterso, tenere me nulla ratione potuerim, quin diuturnum silentium istud meum rumperem; te lr̄is meis appellarem, quodq̄ eum qui virtuti tue debebantur fructum sis consecutus, tibi gratularer.

Etsi quid potissimum tibi gratuler nescio, an quod in amplissimorum patrum
ordinem cooptatus, an quod à Paulo tercio cooptatus, an quod cum Sadoletis et
Contarenis cooptatus es ——— ——— ———

Roffenses quoque et Erasmos collegas habiturus, nisi crudelis mors hunc
illis honorem invidisset. Est aliquid proculdubio, ad tantum hunc digni-
tatis gradum pervenisse. Sed videre sunt plerosque licet, hec virtutis insignia
sine virtute consecutos. Quare mea semper hec fuit et est opinio, pluri-
mum ad laudem et gloriam interesse, non quem sed à quo sis honorem assecutus.
Nam quemadmodum qui à turpi, atque aliqua ignominie macula notato,
honos est alicui delatus, is contaminare magis eum, cui delatus est,
quam honestare videtur, ita si quis cui à viro virtute prestanti honos
est mandatus, eum ego vere dici honestum et honoratum, neque nomen
tantum, et insigne honoris, verum ipsum honorem adeptum esse puto,
tantoque clariorem esse statuo, et magis illustrem, quod virtutis sue pre-
mium ab eo meruit accipere, qui cum ipse virtute tam sit preditus, quam
quo qui maxime de virtute alterius optimum, minimeque fallax, iuditium
facere possit. Cum itaque Paulus iste Pontifex, non solo nomine San-
ctissimus habeatur, atque ea esse solertia prudentiaque predicetur, ut in
dinoscendis discernendisque viris, dignitate dignis, non sit cuiusque iudi-
tium, cum illius iuditio comparandum, merito tibi non tam honos
iste venit gratulandus, qui potest etiam minus digno tribui, quam quod
à Paulo tercio, hoc est ab optimo prudentissimoque virtutis cuiusque et merito-
rum estimatore dignus eo sis iudicatus, quem si soli tibi, viro uni
dignissimo detulisset, inveniri fortasse non nemo potuisset, qui non tam
id eum iuditio fecisse diceret, quam casu aliquo atque fortuna in virum
ista dignitate dignum incidisse. Nunc cum honorem hunc cum Con-
tarenis et Sodaletis tibi communem esse voluerit, cum in societatem illius
eos viros vocaverit, qui doctrina integritate atque omni laudum genere
maxime insignes, in toto terrarum orbe, atque illustres habentur, quid
aliud quam planum fecisse videtur omnibus, non esse aliud de cuiusque
virtutibus iuditium facere necesse, quam quod ipse fructum illis tribuendo
tulit. Rursus de ipso vero maximo Pontifice, si quis cognoscere

cupiat, qui vir sit, qua prudentia, intelligentiaq;, quibus moribus prêditus, non aliunde facilius et rectius coniecturam fieri posse, q ex iis quos in consilium suum adhibendos, atq; in amplissimo isto dignitatis gradu ponendos putauit. Qualium enim quisq; bonori studet, ipse quoq; esse iure optimo censetur. Quamobrem vt eo vnde cepi redeam, gratulor tibi vir clarissime honorem istum non ambitioni, verum virtuti tue doctrineq; vltro delatum, gratulor, iudicium de te Pontificis vt Summi, ita summa prudentia, sapientiaq; prediti, gratulor demiq; collegarum dignitatem, ex quibus tamen non plus ad te, q ex te ad illos bonoris et ornamenti redundare iudico. Deum prêcor vt bonorem hunc tibi fortunet, quo Petri nauicula variis iam fluctibus agitata, seuis procellis, et tempestatibus, diu multumq; iactata, suo collegarumq; suorum consilio ita gubernetur, vt ad optatum quietis et tranquillitatis portum, tandem aliquando peruenire possit, cui rei adiutorem eum fore certa spes est, qui summo, atq; eidem scientissimo gubernatori, mentem banc iniecit, vt eos lateri suo adiungeret, eorum iuditio consilioq; niti in animum induceret, qui apud cunctos Christiani orbis mortales, doctrineq; atq; integritatis, non laudem solum verum et admirationem sunt consecuti. Quod superest opto te dignitatem banc rite atq; e repub.ca Christiana complures annos feliciter gerere, atq; vt qua semel cepisti, eadem semper deinceps voluntatis in me tue inclinatione propendere pergere, etiam atq; etiam vehementer opto.

DE Guleta et Tuneto expugnato et rebus a Carolo V.to Cesare. in Affrica gestis

Epistola Alloisii Armerii: ad Loxanum Consiliarium et Vicecancell: Ferdinandi Romanor. Vngae. Bohemie regis. Archiducis Austriae.

Quanta mihi et quam grata tecum fuerit consuetudo mi Loxane, dum Augustae in illo celebratissimo conuentu Cesaris, ac totius Germanie simul essemus, vel ex hoc conijcere poteris, quod inter arma et tot belli Affricani tumultus, non solum tui obliuisci non possum, sed etiam te conueniendi vehementi afficior desiderio. Quod quia & temporum ratio, et interualla locorum ingentia non permittunt, vt presens prestare queam, absens per literas, que vices presentis prestabunt, omnino facere decreui. Et presertim his temporibus quibus Caesarea M.tas apertum bellum, et expeditionem nullo vnquam tempore reticendam, contra hostes Christiani nominis suscepit, seque in Affricam ingenti numero classis et maioribus copiis ad augendam Christi religionem transtulit. Non te latet mi Loxane quo animo Cesar semper in Christianam rempub. fuerit, et quantopere desiderauerit, non solum obuiam ire infidelium furori, sed etiam Christi nomen vbique locorum celebre reddere: quod Deo Opt: Max: fauente, ita iam suis auspiciis duces prestiterunt, vt non solum orbi nostro, sed etiam ad Antipodas, et ignotas aliquando nostris regionibus nationes, et pertulerint, et continuo ita perferre non cessant, vt breui fore speremus, quod Spiritus sanctus per os Dauidis dixerit. In omnem terrarum orbem Christiane religionis nomen emanaturum, nostroque Caesare superstite quod Christus dixit,

Vnum ouile atq; vnum pastorem Christi vicarium humani generis futuru.
Satisq; cōstat suam Maiestatem id semper cogitasse, q̄ et quietem inter Christia:
nos pareret, et non solum nouas hereses recens exortas sedaret, sed
etiam Machumetanum dogma penitus deleret, audatiamq; Turce com:
primeret, qui Christianorum discordiis adeo creuerat, vt non contentus
occupatis olim sedibus, totq; Christianorum regionibus, pulsis inde vi
et armis legittimis possessoribus, non sine magno Christiane reipub: detri:
mento, quisquis Christi nomen coleret, infestis armis opprimere conaretur,
iugumq; Mahumetane secte, vniverse Christianitati imponere; hinc
Hungariam delesse, et his in Germaniam impetum fecisse, ac pleraq;
igne, et ferro deuastasse, omnia peruastaturus, nisi Cesar prohibuis:
set, non satis existimans, piratas et latrones Affricam deuastantes,
et infestum mare nauigantibus reddentes eo vsq; sollicitare non desi:
stit, donec ex latronibus Duces, et prefectos classis et copiarum constitueret
et pecuniis adiutos, ad Tunetum et regnum totius Affrice occupandum
transmitteret: ratus hac potissimum via faeliciter rebus succedentibus, nō
solum Italiam, sed Galliam etiam Hispaniasq; facile peruastaturum,
imperiiq; fines late promoturum. Itaq; comparata classe, octuaginta quatuor
nauigiorum, citra biremes, et triremes, eademq; et militibus, et sociis na:
ualibus, et non contemnenda pecuniaru summa instructa, duce Barbarosso
latronum, ac piratarum principe, ad occupandam ciuitatem Tuneti, quam
fraterne regum discordie in duas partes diuiserant, misit: deditq; in man:
datis, vt in transitu regni Neapolitani littora deuastaret: nec fortuna votis
defuit, nactus incustodita regni littora, multis abductis mortalibus, non
mediocre damnum regno Neapolitano intulit. Et mox Tunetum adnaui:
gans ciuitatem in Affrica positam, quindecim milibus passuu à ruinis
antique Cartaginis distantem, delusis Tunetanis, quibus persuaserat fratrem
se Regis aduexisse, regnum Tuneti nomine Turce, adiuuantibus, qui partes
Regis sequebantur expulso Rege qui Regno potiebatur occupauit,
Quod vbi Cesar intellexit, quantumq; inde damni Christiane reipub: euc:
nire possit, si Barbarossum in Affrica regnare permitteret diligenter cogi:
tasset, statuit Christianis principibus, periculum iudicare, vt communibus

armis hosti obuiam irent: et non solum Barbarossum è regno Tuneti depellerent, sed etiam contra Turcam bellum susciperent; ciuitatemque Hierosolimitanam, in qua Chrus se pro nobis victimam obtulit, è manibus Turcarum eriperent. Sed cum preter paucos, alios rem chrianam intelligeret neglire, non nullos etiam Turcas atque id genus Chriani nomis hostes et consilio et armis iuuare, decreuit ipse tam preclaram et Deo gratam expeditionem suscipere, presensque rebus omnibus interesse. Itaque per hyemem non solum Genuae, sed in Sicilia etiam Neapoli, apud Cantabros, atque in aliis locis iussit classis apparatum fieri. Et nondum hyeme peracta, milites in Germania, Italia, atque Hispaniis conscribere, aliosque Genuae, nonnullos Neapoli, atque Sicilia, multos Barcinone, atque in circumvicinis locis naues conscendere: vt quam primum in Affricam trajceret. Dum haec à Caes. M.te geruntur, Barbarossus à nonnullis qui se Chrianos profitentur certior factus, de apparatu et classis et copiarum, quas Caesar ad trajciendum in Aphricam parabat, discordesque Christianorum mentes, et nonnullos principes, qui se propterea quod Christi nomen gerant Christianos appellant secum recensens, vana omnia et ad incutiendum sibi metum conficta putabat. Quippe neque Caesarem id negotii solum suscepturum existimabat, et nonnullos Principes Chrianos, qui Caesaris nomen et potentiam perhorrescunt, ceptis obuiam ituros arbitrabantur, neque quod recte constitutum erat, facere permissuros, veritos scilicet, ne eò potentia Caesaris augeretur, vt multis formidabilis esset. Quapropter non solum huiusmodi apparatum negligebat, sed adeo vanum existimabat, vt regi Turcarum bellum cum Sophonis et Persis in Mesopotamia gerenti scriberet, si quem apparatum Caesaris ab Christianis, vel per lras, vel per Nunctios intelligeret, conficta et vana omnia atque ad impediendam expeditionem, quam contra Sophonos susceperat, existimaret nam se pro certo nosse omnia vana esse, et si etiam aliquid paratum erit, id adeo exiguum fore, vt satis superque esset, ad repellendum hostem, quod ipse virium haberet: atque eo vsque in eadem opinione perstitit, neque quidque quod aut ad muniendam Tuneti Ciuitatem, aut classem refficiendam pertineret egit, donec triremes

duce ex Maßilia soluentes ad eum quosdam rebelles Cæsa. Ma. ex Sicilia et regno Neapolitano simul cum quodam Gallo domino de Foresta die xxiiii Aprilis perduxerunt, ex quibus quae Cæsar parauerat cognouit, proque certo intelligit, quod omnino in Affricam trajicere decreuerat, qua re adeo consternatus fuit, vt de fuga cogitauerit, sed quia classem, qua cum copias à Turca creditas posset Constantinopolim reducere vix tribus mensibus reficere poterat, conuersus est ad Ciuitatem Tuneti, Castellumque Golletæ muniendum, reliquosque piratas qui ad Christianorum diuersa loca infestanda perrexerant, euocandos, quo communibus armis, communem piratarum ac latronum ciuitatem à Cæsareo exercitu defenderent, neque id satis existimans ex omnibus Castellis atque oppidis, quae suae ditioni subiecta habebat milites Tunetum ad se venire iussit, belli fortunam qualemcunque sors tulisset tentaturus, et ne in aliquo sibi deesset ad auxilia ex Constantinopoli accersenda etiam misit, sed id irritum atque inane fuit, quoniam et si non multos triremium alueos in naualibus vetustate collapsos haberent, tamen vix aliquot reficiendos curarunt, deductosque neque socijs naualibus, neque remige, neque milite qui non aderat, complere potuerunt, coactique sunt ergastula soluere, et remiges triremibus inponere, vixque septem triremes conferunt, quas cum et propter vetustatem alueorum, et propter inperitiam sociorum naualium inutiles ad longam nauigationem satis perspexissent, domi retinuerunt, Barbarossoque auxilium vel inuiti denegarunt.

Interea Cæsar omnibus recte administratis, militibusque non solum in Hispania, sed etiam qui in Italia diuersis erant in locis, in naues inpositis præparatisque, quibus opus erat ad exercitum in Affricam transmittendum, ipse xxx. Maii sacris optimi Christiani prius rite peractis Barchinone triremem conscendit, prouectusque cum paucis triremibus mille passus in altum, donec onerariae naues, quae remis agi non poterant, vela expedirent, cæteræque triremes, et reliqua classis nauigia, tanto itineri se aptarent, stans in anchoris totum sequentem consumpsit diem. Postridie eius diei orto sole sublatis anchoris

cum triremibus enavigare cepit, sed statim non solum ventus, qui secundus erat, flare destitit, sed in contrarium etiam versus est: quapropter coactus fuit ceteras naves in alto relinquere: ipse vero cum triremibus solis, vix ad maiorem ex Balearibus fortiter eremigans, cursum tenuit: ciuitatesque Insule donec reliqua classis ad eum appelleret, nonnullas adiuit, inque eo negotio pauculis diebus consumptis ad portu Machonis, qui in eadem insula est, contendit, quo loci etiam eadem die naves onerarie, reliquaque classis navigia, que aliquantulum in mari tempestate iactata fuerant, illesa peruenerunt: eademque die Caesar eo loci moratus, postero die ex portu vento adeo remisso cum tota classe recessit, ut in prospectu Insule usque ad noctem semper manserit, sed noctu ventus invaluit. Itaque Caesar totam illam noctem cum posteriori die enavigans, vix tercia die cum triremibus solis ad Golfu peruenit, locus hic in insula S. Petri non longe à Sardinia posita. Et quoniam reliqua pars classis propter tempestatem eo loci cursum non tenuerat, sed in mari diutius conflictata permanserat, Caesar expectandum ratus, eo loci cum triremibus in anchoris mansit, arbitratus etiam classem reliquam eo venturam. Sed cum id minus succederet existimans reliquam partem classis beneficio venti usam preteruexisse insulam S. Petri, atque in Sardiniam enavigasse, soluit ex insula, et cum ea parte classis, que cum eo erat die x. Iunii ad Calexum ciuitatem, Sardinie Regiam sedem peruenit, quo loci non solu navigia, que cum illo ex Barchinone soluerant, in anchoris invenit, sed etiam que Marchio Vasti à Genua Neapoli, atque Sicilia cum Germanis, Hispanis atque Italis militibus cum ingenti commeatu machinisque, ceterisque huiusmodi, que bello usui sunt, ante sex dies traduxerat, inque eo numero CAE. MAtas. sex triremes pontificis, et quatuor Hierosolymitanorum militum comperit, classemque recensens, summam quadringentorum navigiorum invenit, septuaginta scilicet triremes. xxx. intra biremes, celoces, et exploratoria navigia: onerarias vero naves, inter quas plerasque maxime capacitatis, galeonesque, et Lusitanorum carauellas, reliquaque huiusmodi que ex Cantabria venerant,

tercenta erant, bombardis reliquoque machinarum genere, sociis naualibus, militibusque optime instructa. Quibus peractis Caesar ad Ciuitatem inuisendam in terram descendit, honorificeque et cum summo incolarum gaudio, velut a sue iurisditionis hominibus exceptus à Caleritanis fuit, deque commeatu, et his que et classi, et militibus opus erat abunde prouisum. Quod Caesarem non mediocri affecit leticia. Itaque quum omnia satis parata ad proficiscendum cerneret, intelligeretque à quibusdam captiuis Christianorum, qui proxime ex Tuneto profugerant, Barbarossam omnes triremes ad Tunetum, et vicina loca reduxisse, ciuitatemque Tuneti, et Gollete castellum, quod in faucibus lacus est, cui Tunetum adiacet, munire, presidioque militum firmare: nequa diuturnior mora noceret, cum omnibus classis nauigiis Deo Opt. Max: fauente, quem votis tam preclaris, et Christiane reipub. summopere necessariis non defuturum spero, ex Caleritano portu die xiiij Iunij soluit, rectaque ad Tunetum profectus est, ventoque prospero vsus ante lucem postero die, cum maiore parte triremium, nauiumque ad portum Vticae, qui nunc potius farine dicitur in Aphrica positus cursum tenuit reliquae vero triremes, que tardius aliquantulum cum onerariis nauigauerunt, eo loci cum reliquis exercitus copiis paulopost applicuerunt, eademque die Caesar cum tota classe ad locum, quem Sarraceni Goefbe Tuneti dicunt, transiuit: iussitque nonnullas triremes, atque Biremes propius Goleta accedere, quo et castelli munitiones inspicerent, et locum explorarent, vbi pedites simul cum equitibus in terram tuto exponerent. Itaque triremes tam prope Golletam accesserunt, vt pile ex bombardis emisse ab his, qui in presidio Gollete erant ad triremes pertingerent, sine vllo tamen nostrorum periculo, nostrique eodem modo iactu bombardarum hostium castellum impeterent. Postero die Caesar locis bene exploratis, milites in terram descendere iussit, itaque primi Germani expositi sunt, hos Hispani secuti, deinde Italicique miles. Postremo CAE: MA: multis comitata Principibus, domusque sue, nobilioribus aulicis statimque ad expugnandam quandam Turrim, que aquis preest, et est in littore maris non longe à Castello Gollete distans, ab ea parte que

occidentem respicit posita, et turris aquae ab incolis recentioribus appellat(ur)
milites misit, nec fortuna coeptis defuit, nam et turris illa virtute militum
primo impetu capta est, et nonnulli vici, opidulaque in vestigiis antiquae Car:
taginis posita, eadem die à nostris recepta fuerunt. CAEsar vero eo
loci quo in terram descenderat castra posuit, et qua parte castra littus
attingebant triremibus, reliquisque navigiis circumdedit. Sub idem tempus
Sarraceni quidam cum Turcis capti fuerunt, ex quibus cognitum est,
Castellum quod Golletam vocant, et munitionibus et bombardis, et prae:
sidio militum, ceterarumque rerum, ad quamvis tollerandam oppugnatio:
nem ita Barbarossum munisse, ut vix expugnari queat. Quod ubi Caesar
intellexit, ratus id sine maximo suorum periculo à tergo relinquere non
posse: quoniam illo Tunetum oppugnante tam munitum castellum non solum
molestias classi afferre poterat, sed etiam ne commeatus ad castra nisi cum
maxima difficultate pervenirent, impedire. Ad haec magni interesse puta:
bat, si antequam Tunetum aggrederetur, Golleta potiretur: quippe castello
in potestatem redacto, alveos omnes biremium triremiumque, qui in lacu et
circa Golletam erant, in sua potestate fore certissime existimabat. Itaque
nostri vineas, cuniculosque, ceteraque quae ad oppugnationem necessaria puta:
bant, facere coeperunt: et quo minus eruptiones timerent, dum nostri qui
ad oppugnationem pertinebant, in opere occupati essent, aggerem satis
munitum, bombardisque instructum castello Golleto opposuerunt, cohortique
militum praefecto Comite de Sarno munitionibus ab eruptione hostium
tuendis praefecerunt. quod ubi hostes qui in praesidio Gollette erant con:
spexerunt, existimantes si machinis et bombardis, quae in aggere tam vi:
cino continebantur, potirentur, perpetuam sibi securitatem parituros,
eruptione cum hostibus pugnandum statuerunt. Itaque ex improviso cum
non spernendo numero equitum, peditumque eruperunt, protinusque ad mu:
nitiones aggeris accesserunt, vi conati erumpere: sed nostri qui munitio:
nibus praeerant, acriter pugnantes, non solum hostes à munitionibus
reiecerunt, sed indignantes tantum obsessis animorum esse, repulsos
persecuti sunt. Id qui in castello erant conspicati, plures suis subsidio
miserunt, animosque fugientium ita erexerunt, ut non solum fugam sisterent,

sed recenti subsidio confisi, nostros iam defatigatos, quos numero militum
valde superabant, terga dare cogerent, fugientesque persequenti simul cum
ipsis intra munitiones irrumperent. Nec mora, Hispanorum accurrit legio,
hostemque loco pellit, et ad castellum retrocedere cogit. In illa pugna ex
nostris centum desiderati sunt, inter quos Comes ipse Sarni, pluresque
vulnerati, ex quibus turcica ictus lancea quidam ex Sarni Comitis
consanguineus: hostes vero ducenti ceciderunt, inter quos ut postea
à captiuis cognitum est, aliqui non contemnendę apud suos autorita:
tis viri, et centum et quinquaginta ex hostibus capti sunt. Sed hac
clade minime perterriti, die xxiiij.a Iunii denuo ex Castello maiori
impetu prosilientes, aggeris munitiones adorti sunt, despicientes for:
sitan nostrorum paucitatem, qui munitionibus preerant, arbitrabantur
quippe, interfectis qui ex nostris in statione erant: facile et munitio:
nibus et bombardis posse potiri. Sed longe aliter res cessit, nostrorum
quippe virtute, et agger optime defensus est, et ab eo cum magno
detrimento hostes repulsi: ex quibus triginta cęsi, multoque plures
capti et vulnerati fuerunt, ex nostris quatuor desiderati, et totidem
vulnerati sunt. Et quoniam eadem die non solum hostes ex castello
prosilientes in nostras munitiones impetum fecerant, sed nostris in aliis rebus
occupatis, equites quidam peditesque simul Barbarossi nonnullas bombar:
das inter Golletam et Tunetum, ut latera exercitus Cęsarei infestarent
posuerant, postero die bombardis exercitum nostrum ita impetere cępe:
runt, ut plerique globi usque ad castra peruenirent: idque hac de causa
euenerat: quoniam Cęsar leuioribus preliis: hostem lacessere prohi:
buerat: sed cum id milites sine summo dedecore non passuros arbi:
trarentur, ut iam vicinus hostium equitatus sibi illuderet, statuit et
equitatum Barbarossi loco pellere, et bombardas si quo modo posset,
hostium intercipere, erat quippe locus quo consisterant hostes et bom:
bardas posuerant, densis arboribus consitus, pariterque fructiferis,
nam ficus, arbores oliuarum, cęterarumque huiusmodi quę vicina Tuneto
loca plurimas ferunt. Quapropter Cęsar ad hostem ex loco fu:
gandum leuis armaturę equites emisit, binasque peditum legiones,

quarum in altera Hispani milites erant in altera Germani, hos Cesar cum equitibus ad corporis sui custodiam deputatis, vnaq; Sclopetariorum legione sequebatur. Quod vbi hostes conspexerunt, quorum equites erant mille, et peditum non contemnendus numerus, relictis bombardis protinus fugere ceperunt: quos nostri insecuti inter equites peditesq; quinquaginta ceciderunt: reliqui fuga saluti consuluerunt: quos eo vsq; Cæ. Max. secuta est, donec oculis ciuitatem Tuneti subiiceret, circumspiceretq;. In eo prelio, ne dicam fuga, septem ex nostris sunt cesi. Marchioq; ex familia Mendoza equitum leuis amaturę prefectus grauiter volneratus est, sed medici salutem pollicentur. Eodem tempore Marchio de Alarcone ad exercitum venit, nonnullasq; triremes et naues secum duxit, et plerosq; ex Sicilia, ac Neapoli militares, insignesq; viros, qui vt tam preclare, ac necessarie Christianorũ reipub. expeditioni interessent, sponte et non accersiti venerant, multeq; ex diuersis locis ad exercitum naues onerarię cum comeatu venerunt, interquas magna illa nauis, quam Cesar Barchinone Commendatori Rosę reliquerat cum ingenti bombardarum copia, rerumq; aliarum que bello vsui solent esse. Dum hec geruntur tres equites Numidarum ad Cesarem venerunt, binasq; literas attulerunt, quarum alteras Rex Tuneti à Barbarosso Regno et ciuitate spoliatus: alteras vero proceres quidam Regni, iidemq; regis consanguinei scripserant. Ex quibus Cesar percepit, Regẽ Proceresq; summopere M.tem suam conueniendi desiderare polliceriq; quicquid in his opis esset, Barbarossum è regno Tuneti pellendum, rogareq; vt ad illos triremes transmitteret, quibus cum ad M.tem suam tuto nauigare possent. Qua re intellecta Cesar letus, non tam quod auxilio regis ad bellum conficiendum indigeret, quam ipse suis viribus Deo. opt. Max. fauẽte quam citissime sperabat conficere, quam quod existimaret blandiciis et humanitate et Regem, et Proceres omnes tempore procedente relicta impurissima Machumeti religione, vere Christianos efficere. Itaq; duos ex Numidis remisit, qui regi nunciarent gratissimum Cesari fuisse Regis voluntatem intelligere, dicerentq; se et triremes, et alia quibus opus esset ad eum

transmissuros. Statimque xii triremes ad Regem devehendum misit.
Nec Rex diutius moratus est, sed quam primum ad eum triremes per:
venerunt, illas centum equitibus Numidicis comitatus conscendit, rectaque
ad castra Cesaris, que prope Golletam erant, enavigavit. Dieque XXIX
Junii eo loci pervenit, quippe parum intervalli preterierat. Nam locus
quo triremes conscenderant à castris Cesaris mari navigantibus
per x. miliaria Italica distat. Quod ubi Cesar intellexit, classicum
canere iussit, copiasque in aciem non secus, ac si pugnandum esset, dedu:
cere, Regique ut honorifice reciperetur obviam exire. Destinaverat enim
tres Principes viros ad suscipiendum hominem, Ducem scilicet de Al:
ba. Marchionem de Alarcone, et comitem Beneventanum. Hi Re:
gem satis honorifice exceperunt, atque ad tabernaculum Cesaris dedu:
xerunt. Inveneruntque in tabernaculo Regis Lusitanie fratrem, multisque Prin:
cipibus viris comitatum Regem Tuneti alacriter expectante. Quo
viso, atque ad se deducto, manum porrexit, et ad osculandum invitavit
genasque exosculari permisit. Deinde non solum Proceres Principesque,
qui cum rege Tunetano venerant, sed etiam ipse Rex more Sarrace:
norum, sedentem in sella Cesarem, humi prostrati venerati sunt. Hisque
peractis, adhibito inter Cesarem et Regem interprete, multa de communi:
bus rebus inter se locuti sunt. Dimissoque à colloquio Rege ad exer:
citum videndum circumduci iussit. Quem sclopetarii, ut magis honorifi:
ce exciperent, non semel sed sepius more suo accensibili pulvere intra
sclopetas incenso sonitu terribili sclopetarum salutarunt. Mirabaturque
Rex insuetam rem, et tam diuturnum sine aliqua interpolatione instar
tonitru scloperarum sonitum. Sed postquam ad bombardas pervenit, ce:
lum ruere, et terram dehiscere arbitrabatur, et pavens ac velut attoni:
tis rerum novitate, deducentes se circumspiciebat. perlustratoque exer:
citu, et visis omnibus copiis, tabernaculo, quod ei Cesar pro hospitio para:
verat, exceptus fuit. Et quoniam prohibente religione Mahumetana, qua
Sarraceni superstitiosius, quam Turce observant, neque vinum bibere, neque ex
animalibus que Sarraceni non iugulassent, carnes edere voluit, aqua
recens multaque alia condita saccharo ad bibendum, edendumque per

ministros apposita fuerunt. Dicuntur Regem sequi octingenti cameli, onusti rebus ad cibum pertinentibus, illumque viginti milium Numidarum equitum exercitum habere in mediterraneis locis, quibus omnibus Numidicus est habitus, armaturam nullam habent que corpus ab ictu protegit, utuntur lanceis à XXXVI usque XL palmas longis utrinque cuspidem habentibus, gladio incurvo quemadmodum et Turce, sed alterum collo suspensum habent, alterum vero femori alligatum. Ita Rege excepto, Cesar omnem animum in Collete oppugnationem intenderat, cunctaque per suos, que ad id negotii pertinebant, quam diligentissime administrari iusserat, operaque atque munitiones presens inuisebat, vultuque atque alacritate, quam pre se ferebat, militem adeo exhilarabat, ut laborem in opere non sentiret: et quam letissimus sese omnibus periculis exponeret. Die iiij Iulii conspicientes hostes in dies inimicorum munitiones propius ad muros accedere, sibique omnia arctiora fieri eruptionem fecerunt, et cum magno impetu ad munitiones nostrorum peruenerunt: sed nostri non solum fortiter impetum sustinuerunt, sed etiam à munitionibus reiectos, usque ad muros persecuti sunt: parumque abfuit, quin hostibus intermixti, castellum non ingrederentur: et omnium iuditio, si aut scalas secum tulissent, quoniam murus castelli à latere nullas munitiones habebat, quibus prohiberi poterat, ne murum conscenderent: aut si plures illis subsidio venissent, Colletam eo die capi potuisse in confesso fuit. Sed quum diutius ibidem morandum non iudicarent: retrocedere, et ad suos se recipere visum est: nec impune retrocesserunt, nam quos vicinos muris, neque bombarde, neque alia tela offendere poterant, retrocedentes ledere ceperunt, trigintaque ex nostris interfecti sunt, plures vero vulnerati: sed ex hostibus, duplo maior numerus cecidit. Et quoniam pro admouendis muro bombardarum tormentis, necesse erat apertos cuniculos facere, quos recentiores trinceas vocant (fosse sunt, in obliquum ducte velut meandri quidam, quibus milites bombardas muris admouentes, ab hostium tormentis reliquisque telis se tegunt) ceperunt opus longius quam par erat, à muris: que res effecit, ut tam cito muris bombarde admoueri non possent. Propterea quod in cuniculis faciendis plus temporis impensum erat, oppugnationem aliquan:

tulum differre coacti sunt: et iam omnia parata erant, quum subito mare intumuit, nec naues quas Cesar admouere castello decreuerat, atque ex his muros bombardis concutere, commode ad Golletam accedere poterant. Itaque licet omnibus paratis, donec mare detumesceret expectandum decreuerunt. Die vero xiii Iulii ad noctem declinante die mare quieuit: ratusque Cesar satis commode tam mari quam terra, postero die oppugnationem confici et castellum capi posse. processit ad munitiones inspiciendas recteque omnia administrata recens, virtutem ac diligentiam militum collaudās, dixit. Multa atque egregia facinora, meis auspicijs, quę nulla vnquam posteritas tacebit, absente me milites gessistis: nunc presens sum Dux, Imperator, Commilito vt, nullum militię munus detractās, et si inter primores necesse fuerit ad muros accedere, vique in castellum irrumpere: Admonens meminerint gestorum virtutisque, et que se absēte ducibus auspicijs suis res gerentibus prestiterunt: Cęsarem presentem, atque intuentem omnia putarent, ignauos pariter atque strennuos, conspicientem: sed strennuis premium, ac militaria dona exhibentem, ignauis aute turpitudinis notā: nauarēt igitur operam egregie, tormentisque muros quaterent, diruerentque, irrent denique alacriter ac pro fide acriter con. Chri nominis, hostes pugnarent, totque preliorum foeliciter gestorum, Regnique ac principum in his captorum pristineque virtutis, cui nullę arces, nulla vnquam ciuitatum munimenta restitissent memores, castellum Golletę ē manibus latronum eriperent, existimarentque, eo capto cetera omnia facilia futura. His dictis ad Andream Auriam pergit, hortaturque vt mane orto sole maiores naues, golloneisque muris Golletę admoueret, fortiterque muros tormentis quateret. Diuise Cęsar Hispanos, quos ex Italia deduxerat. Italosque in duas acies: Hispanisque ex vna parte ad concutiendos muros tormentorum xiiij, curam demandauerat, totidemque attribuerat Italis: vtrique grauiter operam prestiterunt. Sed Hispani paruo tempore, qua parte steterant, magnam partem muri deiecerant, nec diutius morati acie instructa, ad conserendas cum hostibus comminus manus leti processerūt. At qui in presidio Golletę erant, hinc à mari, hinc à terra, varijs malis se conflictari

cernentes, nudati presidio murorum, corpora pro muris apposuerunt, et
cum nostrorum impetum egre sustinerent, viderentque in aliis partibus
etiam muros ictos bombardis funditus ruere, nec diutius posse resistere,
retrocesserunt, seseque ex Golleta partim navigiis, partim nando ad
Tunetum recipere conati sunt. Hispani Golletam ingressi multos tumul:
tuantes ceciderunt: alii dum lacu ad Tunetum ire pergunt, summersi
mari perierunt. Quod ubi Itali animaduerterunt, per ruinas quas
Hispani fecerant, ipsi quoque Golletam ingrediuntur: iamque ad predam
miles, velut in vacuo castello discurrebat, cum naute sociique navales
prede cupidi in triremes, biremesque hostium, que in lacu erat, impetum fe:
cerunt, omnibusque armamentis navigia spoliarunt. Sed prede cupidi,
quod ad milites attineret, parum Gollete inventum, ceterum commeatus
aliquantulum, quo refecti sunt: preterea sexcente bombarde, preter sclo:
petas et alia minora tormenta, inter quas enee trecente, quarum centum
quinquaginta valde magne. Interfecti sunt in ea oppugnatione octin:
genti hostes, ceteri ad Tunetum profugerunt, ex nostris sexaginta deside:
rati, capti vero sunt in lacu Gollete xxx alvei triremium et xxxxij
maiorum biremium, et xv biremes minores, celocesque et exploratoria
navigia plura: tantulo tam magni momenti victoria stetit. Laetus tam
felici successu Caesar, existimans bene ceptam expeditionem Deo. Opt.
Max. favente exitum meliorem habituram. Deo rite sacris persolutis.
hostibus modica clade perculsis, nulla interposita mora instandum esse
ratus, Primores ex suis ad consilium vocat: atque in eo de profectione
ad oppugnandam Tuneti civitatem agit: varie Principum erant sententie:
nam alii satis negotium gestum existimabant Golletam captam, clas:
sem pene totam Barbarossi in manibus esse, fractas Regis Turcarum
vires, possessioneque maris hominem privatum arbitrabantur, nec ita facile
classem Barbarossum recuperaturum, ut amplius aut Hispanie, aut Gal:
lie, aut Italie pertimescendus esset, temporeque procedente, putabant, cum
modica classe hominem prohibere posse, ne piraticam exerceret, tutumque
navigantibus mare reddere. Preterea dicebant satis constare Barbarossum
ingentes copias, et non spernendum exercitum peditum equitumque confecisse

quo cum ad Tunetum oppugnandam, euntibus pugnandum erat, ad hec exercitum Cesareum estiuo tempore et ingenti estu Aphricam exurente, et interuallo loci à Golleta usque ad Tunetum pertinente, in agro nimis siticuloso, et sine aquis, rebantur difficile, nec sine incomodo maximo militem, qui propter iumentorum necessitatem, et bombardas trahere, et cibaria secum deferre cogeretur, posse conducere: conductumque si locum, quem castris mei occupare destinauerant, Barbarossus occupasset in arido solo sine aquatione diutius detinere. Postremo dicebant commeatus auxiliaque, que Rex Tuneti promisserat, aduenisse nulla, quod inditium erat, alienati penitus à Rege Tunetano totius Aphrice prouincie animi. Item quod si Barbarossus deffessis estu, fatigatisque tam incommodo itinere nostris militibus copiam pugnandi fecisset, verebantur ne nostri facile hostibus integris et nullo labore defatigatis, ac tam in propinquo loco Tuneti, iniquo loco prelium conserere, detrimentique aliquid ab hostibus reciperent. Hisque rationibus conabantur Cesari persuadere, ut rebus, quas faeliciter gesserat contentus, Aphricam relinqueret, atque in Hispaniam nauigaret. Alii vero penitus contraria sentiebant, perculsisque hostibus tam ingenti clade omnino instandum esse iudicabant, exercitumque victorem postposita itinerum, aliarumque rerum difficultate ad oppugnandam Tunetum ducendum: nec ullo modo virtuti militum diffidendum: Barborossique Numidas et Sarracenos semiinermem, atque inexpertem pugnandi multitudinem, nullo modo pertimescendam: quippe huiusmodi generis milites, viso hoste statim consuesse terga vertere: et effusos sine ullis ordinibus profugere. His Cesar assentiebat, ratus non posse ex Africa sine summo dedecore, ac totius Christiane reipub. pernicie eius ex Aphrica, animum Barbarossum ita erecturum, ut id quod reliquum erat in Aphrica facile subiugaret: Regemque Tuneti, quem ipse Cesar sub tutela receperat, penitus profligaret, totaque Aphrica depelleret: opeque atque auxilio Regis Turcarum alueis triremium refectis, classem iterum qua cum Italiam, atque Hispanias peruastaret, comparaturum. Ad hec Cesarem Principem Christianissimum plurimum

angebat, quod iam pridem compertum habebat, viginti milia captivos Christianorum esse in manibus Barbarossi, quos Deo Opt. Max. favente, si ad oppugnandam Tunetum processisset, Christiane libertati restituere posse sperabat. Quod non minus erat Christiane reipub. utile, quam tanto Principe dignum. Itaque omnino ad oppugnandam Tuneti civitatem proficisci constituit. Dum hec geruntur ad Golletam, Barbarossus ob captum Gollete castellum ingenti clade perculsus, sepiusque pre dolore manu pectus contundens, exclamansque fundamenta Regni sui iam collapsa esse, ultimam statuit experiri fortunam. Itaque ex gentium colluvione, que propter metum ex vicinis locis ad Tunetum confugerat, remigibusque ac locis navalibus, quos ab alveis triremium à Cesare in Gollete lacum interceptarum exemerat, Tunetanisque civibus ceterisque, quos ipse secum tum nationis Turcine, tum Sarracenorum habebat, exercitum, quo cum Cesari obviam iret, parat: atque ad hec Numidarum equitum XVIII milia conducit: manendumque Tuneti decernit, donec Cesar ex Gollete castello moveat. Interea Cesar omnibus ad profectionem rite paratis, ratus tanta clade, hostibus perterritis mature instandum esse, iussis militibus quinque dierum cibaria deferre, provisoque, ut Andreas Aurias Prefectus classis, scaphis navigiorum per lacum Gollete, et aquam, et reliqua que ad commeatum pertinerent ad exercitum perferret, ipse die XX Iulii orto sole ex castris movit, exercitumque non secus ac si presentem, atque in prospectu hostem haberet, Tunetum versus ducere cepit. Diviserat quippe in tres acies omnes copias: primamque Marchioni Vasti deducendam concesserat: quam in duo cornua diviserat, alerum Italicus miles, dextrum Hispanicus ex Italia utrique evocatus tenebat: sed eo modo inter se divisi, ut bombardis, quas inter duo cornua posuerant, locus esset. Hispanos à tergo sequebantur Germani. Italas vero omnes Cesaris aulici, quibus ipse Cesar preerat, et hec erat secunda acies. Tercia erat ex Hispanis, quos Cesar ex Hispanis secum deduxerat: inter quos duo milia equites, ceteri vero omnes erant pedites, hosque in subsidiis locaverat, ~~atque his~~ Ducem Albe prefecerat. Impedimenta vero omnia ita locaverat, ut à leva lacum Gollete

pro munimento, dextra vero omnes Caesareas copias eo modo quo supe:
rius est dictum, instructas haberet: idque hac ratione administrauerat, ut
quam tutissime incederent. Itaque instructo exercitu lento gradu procedebat.
Decreuerat quippe eadem die castra in quodam loco ponere, tria milia
passus à Tuneto distantem, quo à peritis locorum intellexerat, satis com:
modam exercitui aquationem fore. Sed aliquantulum processit in iti:
nere, miles armis onustus, et æstus, ac caloris intemperie, quæ Aphricæ
loca, et præsertim æstiuo tempore vehementer infestat, torridisque à sole
arenis exustus, que omnia etiam itineris labor, et defatigatio in dedu:
cendis bombardis adauxerat, aque puteum inuenit, protinusque ad puteu
relictis ordinibus, ut aqua sitim leuaret, accedit. Quod ubi Cæsar
animaduertit quantumque inde periculi eueniret, si hostis ex improuiso
dissipatos, et in aqua haurienda procul à signis occupatos adoriretur
cogitasset, statim misit qui milites ab aqua prohiberent, et ad suos ordi:
nes signaque reducerent, iterque cæptum confici iuberent: quæ res celeriter
administrata nostris salutem peperit. Nam haud longius progressi hostem
inter oliveta (quod genus arboris frequens in hac regione est) delitescentē
conspicati sumus, putauimusque anteambulares esse, et quos Barbarossus
quippe intelligens per exploratores Cæsarem cum exercitu ad Tunetum
venire, die xviij Iulii copias, quas in Ciuitate Tuneti habebat, atque un:
dequaque collegerat: recensuerat, inueneratque non contemnendum exercitū:
sed an omnes idem animi haberent, ut pro domo Alibus et Mahumeti
impurissima heresi, quecunque sors tulisset, æquo animo paterentur, incertus
erat. Itaque Numidas equites ad se vocat, iuramentoque velut milites,
quos pecunia conduxerat, adigit, ut parato animo ad pugnam cum
hostibus conferendam secum ciuitatem exirent: et quicunque ex ciuib9,
aut aliis, quos exercitu conscripserat idem facere nollent, armis,
ac vi mandata exequi cogerent. Numidæ omnia se facturos, et quo:
cunque duceret ituros, iuramento polliciti sunt: ac si qui essent etiam ex
ciuibus, qui munus militiæ detractarent, ut in officio manerent, coa:
cturos. Itaque postera die Barbarossus congregatis omnibus copiis,
quas tam diligenter conquisiuerat docet, Cæsarem ex Golleta prope:

diem cum exercitu moturum, rectaque ad Tunetum venturum, mititurque per:
suadere, ne vires et copias Cesareas pertimescerent: multo plures in exer:
citu suo, instructioresque, et armis et aliis, que ad pugnandum necessaria
essent, quam in Cesareo esse dicit. Preterea narrat multa incomoda, que
Cesarianos in itinere, tam commeatus, quam aquationis aliarumque rerum
pati necesse erat, tandemque exponit fessos, ac defatigatos estu, ac itineris
labore, sitique enectos cum recentibus, et sub muris pene ciuitatis pugnatu:
ros, se vero omnia, que exercitui suo necessaria erat, satis abunde prouidisse:
comeatum locumque castrorum ita expedisse, ut hostibus nihil reliqui esset, nulloque
modo neque aquationis neque pabulationis facultatem haberent: hortaturque
ut bono animo sint, et certam sibi victoriam polliceantur. Itaque que ad custo:
diam arcis ciuitatisque pertinerent, rite ordinatis. Ipse die xx Iulii quam primum
diluxit, copias extra ciuitatem educere cepit, processitque ad locum quem
Caesar castris destinauerat, atque eodem loci, quoniam et à ciuitate non
amplius quàm tria milia passus distabat, et aquationem satis comodam
habebat, castra posuit, Cæsarisque prompto ad pugnandum animo expe:
ctare exercitum constituit: erant quippe in exercitu Barbarossi equitum
Numidarum xviii° milia, quos paucis ante diebus non negligenda pecu:
niarum summa, corruptos à Rege Tunetano adduxerat: preterea Turca:
rum equites mille, sclopetariorum vero xv milia, inter quos Turce
x milia numerum explebant: ceteri vero Sarraceni erant, conducti pe:
cuniis ad hec centum et viginti milia hominum, partim ex ciuibus Tunetanis,
partim ex vicinis locis tumultuarie collecta, ita, quod amplius quam centum
quinquaginta hominum milia, in exercitu Barbarossi fuisse dicuntur.
Quibus copiis confisus, aut exercitum nostrum ab obsidione Tuneti prohi:
bere posse sperabat, aut propter multitudinem certam, si pugnaret, victo:
riam habere. Sed Cæsar instructo ut supra dictum est, exercitu proce:
dens, visis inter oliueta anteambulonibus, hostiumque exploratoribus,
existimans hostem non procul cum omnibus copiis abesse, cepit cautius
progredi: nec diutius in itinere moratus hostem conspicit eo loci quo ipse
decreuerat castramentari, instructa acie pugnam prestolantem. Qui cum
Cæsarianos appropinquare vidit, positis ante primam aciem xii bombardis



parumper processit, nostrisque copiam pugnandi fecit. Letus Cesarianus
miles pugnam non detractat, res utrimque eminus prius bombardis agi
cepta, et mox nostri pedem retulerunt, propiusque hostem cum sclopetis acces-
serunt. idemque hostes faciunt, et iam eo res devenerat, ut comminus et prope
cum hastis pugnaretur: quum vim, impetum, virtutem, atque agilitatem
nostrorum sclopetariorum, quorum ictus more fluminis: vel instar venti
continue cum ingenti impetu flantis hostes non ferentes, terga verte-
runt, relictis tribus bombardis cum aliquot militibus, quas nostri cesis
custodibus receperunt, ceteras bombardas secum non ita effuse fugientes
abduxerunt, moxque constiterunt, atque iterum ad nostros conversi aliquot
globos ex bombardis proiecerunt. Sed ubi viderunt nostros pedem
inferre, denuo terga verterunt, atque eodem modo quo prius fugere ce-
perunt: quos nostri et itineris labore defatigati, et estu ac siti confecti,
insidiasque veriti persecuti non sunt ausi. In prelio quoque paucissimi utrimque
ceciderunt, ex hostibus quippe trecenti desiderati sunt, ex nostris octo tantum,
qui prede cupiditate ordines reliquerant. Barbarossus vero postquam
se in conspectu nostrorum vidit, collectis ex fuga suis ad proximos mon-
tes, qui ab ea parte sunt, qua orientem Tuneti civitas spectat se recepit.
Cesar autem nactus idoneum castris locum eodem loci quo hostis fugerat
mansit, militesque noctu, ne quod a vicino hoste damni reciperent, in ar-
mis excubare iussit. At Barbarossus ubi nox advenit, primores ad
consilium vocat de ratione belli cum iis acturus: propositisque hinc
atque inde sententiis, tandem iterum fortunam pugne tentare decrevit.
Sed postquam illuxit, nonnulli quos in presidio Tunetane arcis reliquerat,
ad eum venerunt, arcemque in potestatem captivorum interfectis
pluribus ex his, qui in presidio erant, devenisse nunciarunt. Nam qui-
dam ex his, qui in arce erant, et Christi fidem ad Mahumeti heresim
transiens denegaverat, postquam vidit Barbarossum prelio victum, ad
montes confugisse, venerat ad captivos, remque suo ordine narraverat,
certioresque fecerat, Barbarossum decrevisse omnes captivos Christianos,
si quid gravius contigisset, interficere, et propterea vicinia loca ergastulo
accensibili pulvere bombardarum complesse, ut igne id momento

temporis conficeret: hortatusque fuerat homines, ut effractis ergastulis, quecunque sors arma dedisset sumerent, atque in presidium in arce relictum impetum facerent. Quod captiui alacriter peregerant, pluresque ex iis, qui arci preerant, interfecerant: reliqui fuga elapsi ad Barbarossam profugerant, ipsi vero portas arcis occluserant, vexillisque et fumo Cesarianis signum dederant, arcem in potestate sua esse. Quod ubi Barbarossus intellexerit, protinus cum parte copiarum ad arcem accurrit, multisque pollicitacionibus captiuos onerat, rogatque ut arcem adaperiat, seque in eam admittant. Sed postquam nihil proficere vidit, captiuosque arcem iam pro Cesare tenere percepit, veritus ne Cesar eum persequeretur, deploratis rebus suis fortunam incusans, iterum ad montes se recepit. Interea CAEsar ex castris mouerat, ut copias ciuitati Tunetane admoueret, signaque que ex arce dabantur conspicatus, Marchionem Vasti ad eam recipiendam cum parte copiarum misit: quem captiui portis apertis alacriter in arcem introduxerunt. Caesar vero interim ad suburbium ciuitatis cum copiis accesserat, substiteratque parumper consultaturus an Tunetum in predam militibus daret: clementissimus quippe vir hostibus etiã parcere cupiebat, sed virtus militum, totque labores exhausti, operaque non solum in expugnando Golleta Castello praestita, sed etiam in profligando Barbarosso nauata, id facere non permittebat. Itaque ut et contumaces ac rebelles puniret, simulque militum labori satisfaceret. Tunetum predam militum esse voluit, sed antequam quidque faceret, placuit Regem Tuneti aduocare, interrogareque, an quenquam haberet in ciuitate, quem conseruari cuperet: promittens Caesar curaturum se ut quoscunque vellet conseruarentur. Ad hec Tuneti Rex respondit se neminem habere, qui conseruandus esset: rogauitque Caesarem, ut omnes interfici iuberet. Itaque die xxi Iulii miles ingressus ciuitatem ad preda discurrit: multaque alia, que in capta urbe solent fieri, perpetrat: biduoque pene toto per ciuitatem discurrens predam egit. Ex Tunetanis multi cesi sunt plures capti, tandem die xxiii Iulii miles ex Tuneto preda onustus exire iussus est: sed minor preda, quam ex tanta ciuitate milites animo conceperant, extitit. Nam ex captiuorum venditione plus prede fuit, quam ex

aliis omnibus rebus. Et in arce quecunque de Tesauris Barbarossi post tot impensas in apparatum belli, militibusque tam Numidis quam aliis conducendis factas superfuerat, id totum, fama est, et in manus Christianorum, qui se ex captiuis effractis ergastulis in libertatem vendicauerant ante aduentum nostrorum peruenisse. Licet Marchio Vasti, vt quidam dicunt xxv. vt alii vero xl. milia aureorum, qui primus arcem ingressus fuerit, pro parte sua dicatur habuisse. Commeatus vero, aliarumque rerum que bello vsui futura Barbarossus, et diuturne obsidionis tollerande causa in arce congesserat, abunde repertum est, quod Cesar conseruare voluit. Dum hec geruntur, quidam ex transfugis ad Cesarem venerunt, nunciaruntque Barbarossum ad Syrtim paruam, quam nunc Gerbas vocant, profugisse, sed vt postea compertum est, eodem non profugerat, sed ad Hipponem quam nunc Sonam dicunt, se cum quinque milibus ex suis contulerat, (distat enim Hipponis oppidum à Tuneto centum et triginta milia passus.) In itinere quippe eadem fide qua Regem deseruerant amiciciam Barbarossi Numide secuti, postque afflictas hominis res, et retro omnia labi viderunt, non solum ab eo desciuerant, sed etiam postremum agmen adorti, plures ex iis qui Barbarossum sequebantur, interfecerant: multique estu, siti et labore itineris perierant: pluresque fuga ad vicos proximos delapsi profugerant. Cesar autem Andrea Auria ad Hypponē recipiendam cum parte classis, copiarumque misso, animum ad Regni Tunetani res ordinandas conuertit. Itaque Rege Tuneti ad se vocato, exemplum rare libertatis, nullaque vnque temporum obliuione delendum, vereque sublimitate Cesarea dignum edidit, Tonetumque restituit, atque in Regni possessionem induxit: et quo magis hominem ab hostibus muniret, arcem Tunetane ciuitatis, Golletaque castellum proprio milite muniuit, vectigalque regem decem milia aureorum annua pendere iussit, quatuorque equos, decemque accipitres, qui vulgo falcones dicuntur. Sed Rex qui si vitam proijceret, vix minimam partem beneficiorum à Cesarea Mta. in se collatorum equare posse arbitrabatur, vectigalia quotquot sunt tam in Tuneto quam vicinis locis, Cesaris esse voluit, subsidio presidii militum qui Gollete atque in arce Tunetana relinquuntur futura.

Caeterum mi Loxane, ne quid te lateat, quoniam saepius de Golleta, et Tuneto mentionem feci, antequam ad finem veniam, visum est non solum arcem, sed etiam lacum Gollettae, caeteraque adiacentia simul cum Tuneti ciuitate descri: bere. Lacus igitur est quo mare succedit longius, faucesque satis angu: stas habet, utpote per quas vix triremium aluei sine remis ingredi possint nec maiora nauigia admittit, et licet tam angustis faucibus mare succe: dat, tandem postea se latissime pandit, ambitumque lacus efficit amplius quam quadraginta milia passus laeuoque latere ingredientibus quod orientem aspicit angustam habet penes littus lacus et arenosam viam. Caetera, mons a septentrione in meridiem porrectus, natiua arbore consitus, atque in maiori parte asper obtinet. Dextra vero lacus pars planiciem habet, ficus ar: bore, olyuetis, citriisque atque aliis huiusmodi generis arboribus consita, pulcher: rimum cernentibus exhibet aspectum quod lacus est in medio, valde limosum est, caeterum quo magis ab utraque parte littori appropinquat, eo plus arenae, minusque altitudinis habet, totusque locus vadari posset, ni limus qui in medio est, homines id conantes facere impediret. Augetur hic minuiturque, prout mare ad littus Aphricanum accedit, vel ab illo recedit. ac plerumque aestu maris, et tempestatibus ita fauces lacus obturantur ut necesse sit, quo nauigia possit admittere, illas egerere. Fauces duo cornua habent, alterum ab ea parte, qua orientem respicit, alterum qua occidentem, utrumque planum, atque arenosum, sed multo magis in longi: tudinem quam latitudinem porrecta. Nam a lacu usque ad illud mare, quod sinum Tuneti vocant, utriusque cornu latitudo est, quod vix quin: quaginta passus habet. In cornu quod orientem respicit, domus quasdam habet, quae mercemonia mercatorum solent recipere. In eo vero quod ad occidentem est, castellum est, quod Golletam vocant, faucibus lacus appositum, quod Barbarossus, et operibus et bombardis, et satis valido praesidio, ut superius dictum est muniverat. Ab Faucibus ad Tunetum recta nauigantibus a septentrione scilicet in meridiem nouem milia passus sunt. Sed Tunetum aliquantulum a littore lacus recedit, in ipso vero littore nauale est xiiii triremium capax, et quaedam etiam domus ad recipiendas merces aptae: ipsa vero ciuitas partim in colle est,

et partim in plano ab ortu solis in occidentem porrecta. Quaque parte orientem spectat, ex eadem etiam arcem tenet in plano totam positam atque à ceteris ciuitatis munitionibus muro quodam diuisum, eodemque loci suburbium habet. Crebatum incolæ vocant, quod à Christianis incolebatur ab occidente, partim in plano est, et partim in colle leuiter accliui. Habet ab ea parte suburbium quoddam angustum aliquantulum sed in longitudinem valde porrectum. Quod vero muri ad septentrionem vergit, totum est in plano, sed quo magis ad meridiem procedit, eo magis attollitur, donec ad summum collis ascendat, in quo muros meridiem spectantes habet. Ambitus totius ciuitatis est nouem milia passus: sed pro tanta amplitudine frequentiam incolarum non habet. Sed iam tempus est, vt unde digressus sum redeam. CÆSAR post inductum in possessionem regni Tunetam Regem, nuncios ab Andrea Auria, quem vt supperius dixi, ad Hypponem recipiendam miserat, de capto oppido, et re bene gesta recepit, Barbarossus quippe, qui se cum suis post fugam ad eum locum contulerat, et eo modo, quo temporis breuitas exigebat, triremium nonullos alueos refecerat, quos eo loci in lacum quendam mare succedente longius, lateque postea restagnante, ante aduentum Cæsaris in Affricam conduxerat Duce quodam, quem vulgo Caccidiabolum vocant, ad Arcerium transmiserat, ipseque eodem loci exploratus, quo se Cæsar cum exercitu classeque transferret, prestolabatur. Sed breui tempore, postque Duce Caccidiabolo triremes ad Arcerium expedmerat, ad eum venerunt quos in speculis constituerat, retuleruntque classem Cesarianam in mari visam quæ recta cursu ad Hypponem direxerat. Quod vbi intellexit, veritus ne etiam hostiles copiæ terra venirent, collectis suis relicto oppido profugit, atque iter versus Arcerium, vt ex transfugis, captiuisque postea cognitum est facere cœpit. Sed vt à peritis locorum audio, si nullum etiam impedimentum à Numidis, reliquisque latronibus qui afflictas hominum fortunas predæ auidi plerumque prosequuntur, recepit, vix cum decima parte suorum tum propter itineris æstusque laborem, tum etiam propter inopiam commeatus, quem in itinere,

hominem alioquin tyrannum, et toti Affrice exosum minime habere posse
existimant, ad Arcerium peruenturum. Classis vero Cesariana post:
eaque ad oppidum Hipponis peruenit, statim oppido potita est, et quoniam
Andreas Auria cum triremibus Caccidiabolum paulo ante reces:
sisse, atque versus Arcerium nauigasse perceperat, relicto presidio
in oppido, ratus celeritate opus esse, statuit ad Arcerium recta na:
uigare, idque eo consilio fecit, vt et si quo modo posset Caccidiabolum
cum triremibus assequeretur, easque interciperet, antequam ad Arce:
rium peruenirent, quod multum interesse arbitrabatur. Et ut ad Ar:
cerium priusquam Barbarossus veniret ipse adnauigaret, quod rei bene
gerende occasionem non minimam prestare posse secum considerabat:
Putantque homines et felicitatem Cesaris cogitantes, et diligentiam
celeritatemque Principis Aurie, quam semper in omnibus prestitit
rebus deo Opt. Max. tam pie expeditioni fauente vtrunque ex voto
consecuturum: Nam Arcerium ab Hyppone distat pene per cccl.
milia passus, quod spatium cuius principem triremibus, et presertim
noctu, diuque prospero vento in mari nauigantem sperat quam Barbaros:
sum tantis caloribus exusto milite, et maxima penuria comeatus
vexato, quem aliquando quiescere oportebit terrestri itinere con:
fecturum. Cesar igitur intellectis que ad Hypponem gesta erant,
oppidum Regi Tunetano concessit, hac conditione, vt septem milia
aureorum pro iis qui in presidio arcis Hypponensis relinquebantur,
penderet. His ordinatis, multisque Hyspanorum domum redeundi con:
cesso comeatu. Ipse Panormum in Siciliam cum Germano, atque Italico
milite, plurimisque ex Hispania transire decreuit, et mox Neapolim
inuisere, parata iam sunt omnia. Et cras CAE: Max: classem in
Siciliam transfretatura conscendet. | Valde preclaram mi Loxane,
et nulla vnquam posteritatis obliuione delendam. Christianeque Reip.
non solum vtilem, sed etiam vehementer necessariam Cesar conse:
cutus est victoriam: Quippe que non solum a continuis Turcarum,
Pyratarumque incursionibus perpetuam Hyspaniis, Gallieque, atque Italie
reliquisque Christiane ditionis prouintiis securitatem pepererit, sed etiam

furorem Christi nominis hostium ita contuderit, ut non solum
Barbarossi minas, et in Christianum nomen rabiem repreßerit,
sed Turcam etiam perpetua maris possessione cum maximo de:
trimento rerum Turcicarum detruserit: remque maritimam ita
in libertatem asseruerit, ut nullo modo Christianis Turca in mari
pertimescendus sit: Mare navigantibus pariter nostris, aliisque natio:
nibus liberum reddiderit, iugumque quod Barbarossus Turce suffultus
et classe et presidiis iam palam Christiano nomini minabatur, retu:
derit, ad hec xx. milia Christianorum, quos perfidissimus hostis
Barbarossus in carcere, et vinculis detinebat, liberaverit, inter
quos nonnullos nautice rei peritißimos, quorum coacta opera
multa damna Christianis intulerat, eratque illaturus, nisi Cesar
hominis insolentiam compressisset: plerosque etiam bombardarum fa:
ciendarum artifices, qui coacti velut in vinculis et ergastulo
existentes compellebantur artis sue industriam prestare, et que
Christiano homini indigna sunt facere, servitute exemerit. Non
puto etiam reticendum quod inter captivos, septuaginta Galli reperti
sunt, quos Cesar Oratoris Regis Gallie domum transmittendos
tradere iussit, testes victorie, libertatisque Cesaree semper futuros.
Quapropter quisquis Christi nomen ex animo, et vere colit, infinitas
Deo Opti: Max: gratias agere debet, quod tam ingenti metu atque
consternatione Christianam Rempub. liberaverit, plurimumque sese
fateri Cesari debere, qui in hac expeditione ita se gesserit, ut et optimi
Imperatoris, et fortissimi militis operam prestiterit, nihilque quod ad
tam magnam, tamque sanctam expeditionem neceßarium fuerit, usque
pretermiserit, palamque omnibus fecerit, se quibusvis magnis Impera:
toribus equandum esse, quibus omnium nostrorum in se animos non
sine magna admiratione converterit. Sed ne te diutius in enume:
randis Cesaris virtutibus in hac expeditione palam exhibitis de:
tineam, de quibus satius esset tacere quam tam pauca dicere, ad rem
venio. In recensendis bombardis, quas CAE: Mai. et in arce Tu:
netana, et in Golleta Castello receperat, quedam tormenta, globique

insignibus Regis Galliæ notata reperta sunt. Quapropter quidam existimauere, Regem Gallorum et armis et munitionibus, et pecuniis etiam Barbarossum contra Chrianos iuuisse: alii tantum scelus in Regem Christianissimum nullo modo posse cadere reputantes, vt rem indignam, et suo nomine, et Chrianitate perpetraret, arbitrabantur Barbarossum tormenta illa, et machinas dedita opera ea nota signasse, quo Tunetanis, reliquisq; qui cum eo sentiebant, latronibus, palam faceret, se in Christianitate etiam magni nominis Principes amicos habere, qui se et opibus, et omnibus rebus, que ad vsum belli pertinent, re ita exigente, iuuarent, alacrioresq; omnes suos ad defendendum Regnum Tuneti redderet: putantes non solum hæc, sed etiam multo maiora subsidia à tam magno Rege quotienscunq; ita contingerit habituros: Plerisq; dicebant, captis aliquando Gallicis nauibus Barbaroßum illa recepisse, atq; ad arcem Tuneti et Golletam aduexisse. Itaq; variæ in hac materia sententiæ dicuntur. Qua de re satis superq; dictum sit. Cætera que sequuntur ex Italia, eadem fide ad te perscribam. Intelligo quippe CÆ: MA. non contentam hac victoria Deo fauente Opt. Max: multo maiora moliri. Quæ et Chri nomen ad externas nationes emanare facient, et perq; necessaria Chrianæ Reipub. futura sunt. Quæ omnia prospere, et feliciter tam piis votis Deo iuuante cessura vnusquisq; arbitratur. Vale & me vt semper fecisti ama.

Ex Cæsaris fœlicibus castris, apud Golletam XVIII Calen. Septe. Anno domi M° D° XXXV°

Incerti authoris.

Fata tibi imperium Cæsar terræq; Marisq;,
 Occiduas parant atq; orientis opes.
Huic tibi tam magnos præstat fortuna triumphos.
 Totq; tuo subdit colla superbia iugo.
Huic tu regna aliis donas, concedis habenas,

Arbitrio imperium dasq; adimisq; tuo.
Te capti decorant Reges, atq; aurea tellus,
Temporibus nostris cognitus antipodes.
Victrices Aquilas orbis, victricia signa,
Suspicit imperii, et sceptra tremenda tui.
Teq; velut caelo delapsum numen adorat,
Et canit invicta fortia gesta manu.
Ergo age, nunc belli quod restat confice Caesar,
Turca cadat tandem perfidus ense tuo.



Въ сей рукописи 357 (триста пятьдесятъ семь) листовъ, не считая бѣлыхъ
Младшій помощ. библіот. Акаѳалов

